BIBL. NAZ.
VITT. EMANUELE III
152
F
50

1 d3
8
92

Digitized by Google

Digitized by Google


Böcklin ſc.

RELIQVIAE
MANVSCRIPTORVM
OMNIS AEVI
DIPLOMATVM
AC
MONVMENTORVM
INEDITORVM ADHVC.

TOMO II. HABENTVR

I. CHRONICON KIRSCHGARDENSE REIPVBLICAE *Wormatienſis.*


II. DIPLOMATARIVM BOICO-VENEDVM.

III. DIPLOMATARIVM VIENNENSE LAMBECIANVM.

IV. DIPLOMATARIVM PEGAVIENSE ET MISCELLVM.

EX MVSEO

IO. PETRI a LVDEWIG, ICTI.



FRANCOFVRTI ET LIPSIAE, CIϽ IϽCC XX.

PRAEFATIO
ad
RELIQVIAS
MANVSCRIPTORVM
atque
DIPLOMATVM
OMNIS AEVI
TOMI II.
RECENSIO.

MUltiplex & utilis rerum atque documentorum in hoc RELIQVIARVM TOMO ALTERO eſt uarietas & adparatus, ut ei non opus ſit hedera & commendatione. Accedit, quod pleraque tabulariis debeantur cum AVGVSTISSIMI IMPERATORIS, tum extraneorum PRINCIPVM & RERVMPVBLICARVM, ut uel ex locorum dignitate pretia eorundem adaugeantur. Inſtitui, ANNO cIↃ IↃ CC XV. pridie NONAR. AVGVSTI, cum mei, tum aliquot principum cauſa, iter in FRANCONIAM, SVEVIAM, uiciniamque RHENI. Exegi in eodem ſpatium ſemeſtre, redux HALAM Venedorum factus die III. NONAR. menſ. FEBR. anno

Itineris an. cIↃ IↃCC XV. rationes.

ANNI. cIↃ IↃ CCXVI. Profeci ex illa decurſione multifariam. Salutaui MATREM, uiduam ſeptuagenariam, de meis fortunis ac litteris meritiſſimam. Exceperunt aduenientem dulciſſimis amplexibus FRATER unicus; triga SORORVM, honeſtiſſimis connubiis felicium. COGNATORVM & ADFINIVM conſpexi ſuauiſſimam coronam. Recolui memoriam PATRONORVM olim adoleſcentis. Recreauerunt me officia FAMILIARIVM & in LITTERARIO ludo quondam commilitonum. Etiam illorum, qui olim mihi INSTITVTORES, magiſtri morum, interpretes rerum diuinarum humanarumque, ſubii conſpectum multa officiorum commemoratione, quibus me habui illis obſtrictiſſimum. Quod uero principio dicere debueram, cum magna gratiarum actione. Honorauit hoſpitem, olim ciuem & alumnum ſuum, SENATVS REIPVBLICAE HALENSIS; altero, poſt acceſſum meum die, munuſcula obtulit in uino poſt etiam in aere monetae ſuae cum fauoris in me ſui longa ſignificatione, per curiae ſecretarium publico nomine declarata. Ego certe, in his conſtitutus, ueritatem ac uim edicti intellexi: DVLCE NATALE SOLVM. Neque enim mihi temperare potui, quin adfectus extorqueret lachrymas nolenti & diſſimulanti hanc παθοποιΐαν. Sed haec in gra-

tiam

tiam mei meorumque. Reſtant alia, quae iter hoc muſis meis attulit, in commoda eorum, qui meis utuntur libris & doctrinis. Cum abirem ex Fridericiana inter uaria ἀῤῥωστήματα corporis, nimio uigiliarum uſu, forte attriti: recollegi in itinere uires, recreatus omnino ſiue aeris & coeli clementia ſiue praeſtantia uictus ac potus ſiue conſortio amicorum ſiue PRINCIPVM uariorum gratia & indulgentia ſingulari, praeſertim in curia ONOLDINA, quae me aluit fouitque per bimeſtre conuictu principali, ut fuerim redux factus corpore uelut renato uerſoque in ſtatum meliorem. Ex hoc enim tempore iterum licuit inſudare muſis & otia litterarum trahere in ſeram noctem. Vnde in alios tantum commodi emanauit, quantum dare nunc iterum potui relectionibus & collegiis auditorum. Quod magis eſt. Ex iſtius orae conſuetudinibus, iuribus, uſu, colloquiisque, cum uiris doctis uſuque peritis rerum publicarum, ibidem inſtitutis, didici plurimum, cuius utilitas ſe diffundere ſolet in muſulae meae otia diuerſi generis rerum ac diſciplinarum. Inprimis uero inde lumen ſubortum eſt meis differentiis iurium Latii & Germaniae. Cum inprimis hi populi eant itinere maiorum & priſtini moris retinentiores ſint, quam Germaniae populi plerique alii,

Fructus cimelia chartarum.

§. 2. Sed ad rem. Illud etiam mihi attulit commemoratum iter, ut RHEDAM, qua geſtabar, ditarem numeris & cuſtodia CHARTARVM plurium, hincinde a me conquiſitarum, nunc precibus nunc pretio, utcunque potui. Quibus tantopere onuſtus fui, ut iam opus eſſet qua drigis. Imo neque ita ceſſaret rhedariorum querela, de grandiori uehiculi pondere, quam legitimum eſſet conductitiis celerum quadrigis. Atque hic ille CHARTACEVS THESAVRVS, quem condere nolo; ſed litterariae reipublicae ciuibus omnibus, larga manu, in his RELIQVIARVM TOMIS recludere & copiam eius, omnino magni faciendam, ſuppeditare. Recenſio erit breuiſſima eorum, quae in hoc TOMO SECVNDO habentur, cum quilibet lector facile inuenerit, omnia momentoſa eſſe utiliaque in omni genere iuris ſacri & ciuilis ſtudiorum.

Recenſio I) chronici WORMATIENSIS.

§. 3. Primo loco habes WORMATIENSEM HISTORIAM monachi KIRSGARTENSIS inde a principio urbis ad annum usque cIↄ D. Nomen ſcriptoris non conſtat: ſed *Kirsgartenſe* coenobium principio uirginum, poſtea monachorum ipſe deſcribit(*), *extra muros Wormatiae ciuitatis ſitum*

(*) Locus meretur euolui *cap.* 38. *p.* 113. ubi uerba ſunt haec: *Henricus epiſcopus an.* 1226. *fundauit monaſterium in* KIRSGARTEN *extra muros ciuitatis Wormatienſis uerſus Spiram. In area ſiue horto* (cui ceraſa nomen) *dominorum maioris eccleſiae, qui locum reſignarunt.* Et *p.* 115. ite-

tum uerſus Spiram. Et licet chronici huius compilator uixerit demum an. cIↄ D. ad quae tempora hiſtoriam quoque continuauit; pluraque porro in eo ſint deſideranda, quod ſacris portentis ſit nimius & fabuloſus; quod ſtudeat partibus epiſcopi; quod ſermone utatur lutulento; quod deſit in ciuilibus & ſacris ei iudicium: meretur tamen inter rerum Germanicarum ſcriptores & ipſe legi atque ob plures cauſas multis anteferri. Nam *principio* auctor nititur multoties *diplomatibus*, ad quae ſaepe prouocat inſeritque non pauca ſuae hiſtoriae uerbatim, nunc Caeſarum iterumque epiſcoporum ac urbis. *Deinde* prouocat paſſim ad CODICES MEMBRANACEOS & manuſcriptos, quos legit, ne uideatur tantummodo ſequi ſcriptores uulgares. *Porro* WORMATIENSIVM EPISCOPORVM deſcribit uitas resque domi ac foris geſtas. Tum IMPERATORVM, qui Wormatiae uel comitia coegerunt uel dixerunt ius uel habitarunt in palatio Auguſtali diligenter commemorat. *Praeterea* cum WORMATIAE DVCVM neſcio quae figmenta inter illos hodie regnent, qui plus ſibi ſapere uidentur in notitia iuris Germanici, quam ueterani: ex noſtro demum intelligitur, quod hoc nomen non imperii alicuius fuerit vel in urbem uel in

)(4 tractum

iterum: *Hortus b. Mariae. Qui ore ruſticorum & puerorum a nomine* ceraſorum *non potuit amoueri.*

tractum ac territorium Wormatienſe, ſed dignitas gentilitia, cognominata ab urbis incolatu (*). Vt adeo fruſtra ſint, qui de loco ducis W., quem occupauerit, gloriantur, cum ille fuerit circumſcriptus area domus unius. Vrbs enim ipſa, ut aliae omnes, quae Rheno uicinae, imperatori erat addicta absque domino ac duce intermedio. Succeſſu temporis eſt factum: ut largitionibus Caeſareis nunc epiſcopus acquireret, nunc ciuitas ipſa fieretque ultimae nexus laxior erga imperatorem, inſtar aliarum S.R.I. ciuitatum. Pro quibus iuris coniecturae ſunt, quoties cum ſuis litigant praeſulibus & antiſtitibus. Quicquid enim ultimi habent, illud fere circumſcriptum ac definitum eſt baſilicis aedibus, alienis a ciuitate. Cum res Wormatienſes inter *epiſcopum* & *ciuitatem* in ſummis S. R. I. tribunalibus agitentur, prolixis eo fine libellis in publicum editis, *hiſtorici Wormatienſes* omnino maioris habendi, quam alibi, ubi omnia pacata & expedita. Verum eorun-

(†) Quae auctor chronici de his WORMATIAE DVCIBVS habet, haec fere ſunt. *Cap. X. p.* 50. dicit, intra ciuitatem illos habuiſſe *domum* munitam, furum receptaculum & rebellium hominum aduerſus epiſcopum. *Cap. XXV. p.* 68. *cap. XI. p.* 53. 54. quod Henricus S. imperator eo redegerit WORMATIAE DVCEM, ut hanc *domum* munitam uenderet epiſcopo, qui deſtructam uerterit in coenobium & eccleſiam. Nihil hic de territorio, nihil de ducatu, nihil de potentatu. Ergo ducis nomen gentilitius honor fuit, inde a Carolidarum tempore ei conſeruatus cum palatii honore in urbe Wormatienſi. Quae ceteroquin imperialis & aliqua illius loca epiſcopi.

eorundem ſunt pauciſſimi. Quod mirum in tanta urbis uetuſtate & celebritate frequentiaque ciuium, quorum numeri quondam *ſex millium*, hodie *ſexcentorum*, adeo in tantis calamitatibus Wormatia decreuit. Meis muſis, poſt ſcriptorem *Kirſchgartenſem*, innotuere quidam alii. *Franciſcus Bechtoldus a* FLERSHEIM, nobilis imperialis, edidit in uernacula CHRONICON WORMATIENSE ab urbis origine ad an. cIↃIↃ cxx. Quod omnino meretur euulgari, cum non adeo ſit prolixum, occupatum tamen deſcriptione iurium ciuitatis & incolatus Iudaeorum recitetque multoties diplomata & alios publici iuris codicillos. ZORNII, ſcholae quondam Wormatienſis magiſtri & rectoris CHRONICON VVORMATIAE paruum eſt & in libraria ſupellectili Francofurtenſium reperitur. Vidi etiam *Reinbardi* NOLZEN ſenatoris Wormatienſis *diarium Wormatienſe* ab an. cIↃ cccc xc. ad an. cIↃIↃ IX. ſcriptum in uernacula refertumq; plurimis ſingularibus reipublicae Wormatienſis. De TABVLARIO autem WORMATIENSI ſolicitus fui menſe *Octobri* an. cIↃ IↃ cc xv. cum agerem in urbe. Sed pleraque eius periiſſe incendiis, quibus urbs multoties redacta eſt in cineres & fauillas, ideo credibile eſt, quoniam nullius fere loci memini, qui eius generis calamitates ſaepius paſſus ſit, quam Wormatia. Quod reſiduum fuerat, ante ultimam combuſtionem Gallorum, illud fuerat translatum Francofurtum finitioque bello in patriam reductum. Fama enim fuerat, id propoſuiſſe ſibi animo Ludouicum XIV. regem, ut omnia Rheno uicina tabularia combureret, deleret quasque urbes ac munimenta uerſus Rhenum atque ditionem omnem auelleret a Germania recuperaretque Galliae, nomine reducto Galliae orientalis, id eſt, ueteris REGNI AVSTRASIAE, cui regem dare uoluerit principem archipalatinum,

)(5 ſiqui-

quidem ipſe lubens & ultro ſubire uellet Galliae regis clientelam. Sunt etiam alia in *chronico Kirsgartenſi* memoratu digna, quae pertinent ad hiſtoriam uniuerſim. Quo cenſu aeſtimo illa, quae habentur DE AVLA DAGOBERTI; de FILIIS Caroli & Ludouici pii; de EXERCITV *ordinato* Ottonis M. de formula iuriſiurandi SVB TESTAMENTO DEI; de auctore decretorum Burchardo, antiſtite Wormatienſi; de iudaea partura MESSIAM foeminam; de uerbo ſectae DEVM NON TIMENTIVM & centum aliis rebus, quas inde eruet induſtria lectoris.

2) CODICILLVS DIPLOMATVM uariorum ab an. 1000. ad a. 1400

§. 4. Excipit in *tomo II.* monachum Kirsgartenſem *uariorum* & MISCELLORVM DIPLOMATVM codicillus ab anno cIↃ ad annum cIↃcccc. Poſt miſcella diplomata, quae paſſim ei inſerta, *quatuor* complectitur diplomataria. Vnum HOHENLOICVM, decerptum ex chronicis Hohenloicis, adhuc *ineditis*, quorum mentionem feci in *tomo altero* rerum Germanicarum. Quem inſcripſi memoriae ac meritis illuſtrisſimi comitis ac domini LVDOVICI GODOFREDI, *Pſedelbaci* ſedem habentis, patroni mei, etiam hic honoris cauſa nominandi. Et ſane plurima didici ex *Hohenloicis*, cum quae ad priſtinum FRANCONIAE & SVEVIAE ſtatum pertinent, tum quae faciunt ad notitiam Germaniae uniuerſae, de qua omni fere tempore optime meriti ſunt dynaſtae ac domini rerum Hohenloici. Nam diplomate XIX. Godofredus de HOHENLOHE ſalutatur adpellaturque ab imperatore Friderico II. COMES ROMANIOLAE; *Diplom. XXI.* commendatur comiti Hohenloico TVTELA FRVCTVARIA. Idem pluribus locis donatur a Caeſare in Rheni uicinia, *dem* RHINGAV: *diplom. XXII.* pincerna Limburg ueniam rogat a Caeſare & dynaſta Hohenloico ſub poena infamiae & banni (*ehrlos und rechtlos*): *dipl. XXIV.* imperator laudat eorundem ſingularem fidem caſtrumque

1) Diplomatarium HOHENLOICVM.

illis

illis firmat SCHIPT, pro quo Goldaſtus & Spenerus olim *ſemperfrey* legerunt, quod uiderent ei *pincernae imperialis* munus fuiſſe admixtum. Sed correximus errorem in commentario ad ABullam. *Diplom.* XXVI. pignoris loco accipit ciuitatem ROTHENBVRGVM ad Tubarim, quam ſuam dicit imperator. *Diplom.* LVI. nobilis a Hofdonat *omnia bona* ſua Hohenloicis, licet Romano iure *donatio omnium bonorum* interdicta. Cauſas damus in utriusque iuris differentiis. Imo aliunde conſtat, quod Hohenloici fuerint Caeſarum VICARII per Sueuiam ac Franconiam iuraque habuerint WILDFANGIATVS & TVTELARIA FABRORVM. Taceo alia plura in Hohenloico diplomatario notabilia. Vnde ſatis conſtat, Hohenloica *dominia* menſurae ac meritis olim reſpondiſſe non infimi in Germania PRINCIPATVS.

Diplomatarium PEGAVIENSE.

§. 5. Alterum diplomatarium *ſecundi tomi* eſt PEGAVIENSE (*) cuius plerasque chartas debemus BIBLIOTHECAE SENATVS LIPSIENSIS. Omnia hic deſcripſimus ex autographis & alicubi addidimus *ſigilla*. Singularia etiam hic multa neque momenti nullius. In *dipl. V.* utitur imperator formula: *propria manu noſtra, ut uideri poteſt, corroboratum.* In *diplom. XV.* ſententia habetur imperatoris, plurium momentorum. In *dipl. XVI.* bulla pontificis Innocentii III. unde non ſolum *cap. cum temp. X. de arbitris* atque *cap. ult. X. de probat.* accedit lumen; ſed etiam cauſas illa tangit ualde litigioſas *de adpellatione e Germania Romam* facta; *de iure euocandi ad curiam Romam*; *de Caeſaris interceſſione* & ſequeſtratione coeno-

bii,

(*) Coenobium *Pegau*, Lipſiae & Merſeburgo eſt uicinum. Paruit abbas *Pegauienſis* epiſcopo Merſeburgenſi. Quapropter, epiſcopatu hoc *euangelicae formulae* addicto, *abbatia Peganienſis* & ipſa conuerſa eſt in *ciuilem praefecturam*, poſtea Saxoniae ducibus lineae *Naumburgenſis* adſcriptam. Vt inde caperet ea, quae pertinent ad uictum & cultum.

Google

bi, reliqua. In *diplom. XVII.* inuidenda omnino priuilegia MONTIS PETRI in noſtra uicinia & iura Romam ſoluendi cenſus. In DIPLOM. XVIII. exemplum iudicis AVSTREGALIS an. CIↃ CC XIIX. In *diplom.* LXXXIII. an. 1405. nuntium mittitur in Germania auxiliis iurium canonici & ciuilis, cetera.

3) Diplomatarium BOICVM.

§. 6. Tertium DIPLOMATARIVM dici meretur BOICVM, quod Ludouici IV. Bauar. imperatoris, codicillos exhibet, ſcriptos in gratiam ſuorum filiorum, marchionum Brandenburgicorum. In quo certe innumera ſunt cum ad MARCHIAE dignitatem pertinentia, tum ad iura imperii docenda in regna extranea. Perfuſus ſum gaudio & mecum Marchiae hiſtoricus *Io. Chriſtoph.* BECKMANNVS cum hunc offenderemus theſaurum. Ille, ut hiſtoriae Marchicae expleret lacunas; ego uero, ut nouis argumentis adſerta firmarem de BRANDENBVRGICO DVCATV, in opuſculo deſcripta, quod in MISCELLIS *meis* habetur *tom I. lib. I. num.* 4. Indice digito attingam aliqua. In *diplom. XLI.* deſcribitur EXPECTATIVA in SAXONIAE DVCATVM, qua Brandenburgicum ducem inſtruxit imperator Wilhelmus an. 1252. Et forte cauſa haec ſatis idonea, quare Saxoniae duces & Haſſiae Landgrauii ſocium uoluerint PACTI SVCCESSORII Brandenburgicum Marchionem, ne, caſu in Saxonia ſic ferente, ille prouocaret ad hanc imperialem indulgentiam. Nam haec SPEI iura in SAXONIAM confirmauit etiam in *diplomate LXXIII.* Ludouicus Bauarus imperator Brandenburgicis principibus an. 1340. Idem imperator in *diplomate LVIII.* an. 1324. eandem ſuccedendi ſpem largitur Brandenburgicis in PRINCIPATVM ANHALDINVM. Porro, quod quaeſo! maius eſſe poteſt argumentum ad dignitatem & amplitudinem *formulae* BRANDEBVRGICAE? quam hoc, quod, ipſo Caeſare teſte, princeps BRANDENBVRGICVS praepotentes duces habeat uaſallos. Quod alii nulli contigit Germaniae archiprincipi electori & nedum ipſi olim Bohemiae regi. Verum in *diplomate LVII.* anni 1324. imperator Ludouicus IV. non ſolum *feuda* Brandeburgici principatus agnoſcit teſtaturque POMERANIAE ducatum & tractum STARGARDENSEM: ſed etiam quatuor annis poſt in *diplomate LXVI.* an. 1328. concepto, iubet duces *Pomeraniae, Caſſubiae*

ſubiorum, Slauorum, (Venedorum) *Stettini,* ut renouent repetantque inaugurationem clientelarem a principe Brandeburgico. De MECKLENBVRGICI ducis clientela a BRANDENBVRGICO marchione pariter loquuntur diplomata, edita ante aliquot annos in lucem. Taceo clientelares tractus alios marchionatuum LANDSBERGENSIS & SANGERHVSANI in *diplom. LXVII.* WERNIGERODANI *in diplomate LVII.* Et quantopere ad limites imperii in POLONIAM proferendos & firmanda Conringii argumenta illud facit, quod in *diplom. LXII. LXIII.* atque *LXX.* habetur, ubi imperator inſtituit recuperatorium iudicium Poloniae terrarum S. R. I. ſubtractarum. *Poſt* certum eſſe, principatus IMPERIO aperiri, aliis conferri apertos nonniſi ADSENSV *principum electorum* & procerum imperii, ipſe imperator teſtis eſt an. 1328. in *dipl. LX.* Plura non addo, ne praeripiam lectoris induſtriae, quae illi debentur.

§. 7. Sequitur huius tomi DIPLOMATARIVM ultimum VIENENSE. Quod idem illud eſt, cuius olim ſpem fecerat P. LAMBECIVS ita ab eodem inſcriptum: CODEX EPISTOLARIS *antiquitatum epiſcopatus* MAGDEBVRGICI, *continens plusquam* CENTVM DIPLOMATA *antiqua uariorum priuilegiorum, fundationum aliorumque contractuum ab anonymo quadam collectore ante aliquot centum annos in unum uolumen membranaceum redacta. Quod etiam adhuc in Augg. bibliotheca Caeſarea authenticum adſeruatur.* (*) Hoc ſcilicet elogio uolumen dimittit uir doctiſſimus. Cui nolo aliquid addere, cum ſatis hoc ſit prolixum & amplum. Fateor, me hoc fine pluries ſcripſiſſe Viennam ad amicos, ſed dimouere non potuiſſe lapidem, meae petitioni obiectum. Licet enim *muſis* meis illi bene cuperent, quod olim, licet Reatholicis ſacris addicti, doctrinis meis induſtrii adfuerint auditores: tamen nunc bibliothecarii abſentiam; nunc pericula longi itineris; nunc legem nouellam, ne membranacei codicis ulli copia daretur multo minus transmitteretur ſine Caeſaris praeſcitu conſenſuque; nunc alia reſcripſerunt. Vt demum faſtidirem, porro requirere toties negata. Ex eo autem tempore, ex quo TABVLARIVM MAGDEBVRGICI ducatus curae fideique meae creditum fuit, non potui extinguere deſiderium, quo animus laborabat inſpiciendi codicem, rebus Magdeburgicis refertiſſimum. Tandem, fortuna & fauore amici accidit, ut codex deſperanti ob-

4) diplomatarium *Vienenſe.*

(*) Addit HERTIVS *in bibliotheca: Editionem eius promiſit P.* LAMBECIVS *in ſyntagmate rerum Germanicarum, Cum additionibus neceſſariis & tabulis chronologicis.*

obueniret,ea quidem lege; ut illico remitteretur poſt quatuordecim dies,intra quod tempus poſſet deſcribi. Parui ego & fidem,ut debui,liberaui. Pergo ad codicilli recenſionem. Aetas codicis deſcripti eſt ſeculi XIV. forma eius minor, ordinis octaui. Complectitur ille DIPLOMATA *Caeſarum*; *pontificum* RR. antiſtitum *Magdeburgici*, *Bremenſis*, *Brandenburgici*; etiam principis Marchionis pluriumque aliorum. Vnde ſingularia plura erui poſſent, conducibilia praeſertim Magdeburgico ducatui & illius uiciniae. Diplomatarium re ipſa non eſt archiepiſcopatus Magdeburgici, uerum COENOBII S. MARIAE in urbe. Cuius hodieque ſacri collegae,addicti ſacris euangelicis. Vt ſeminarium nunc ſit theologiae candidatorum, qui inde promouentur ad ſacerdotia. Vertit coenobium in alium ſtatum *S.* NORDBERTVS, cuius actus plures in libellis hic deſcribuntur. Inter ſingularia, quae occurrunt ſunt haec, *Principio* nihil factum fuiſſe & commutatum,multo minus alienatum in Magdeburgico archiepiſcopatu; niſi *conſenſus* acceſſerit *papae* & imperatoris (*p*. 334. 352). *Deinde* ad priuilegium prouocatur archipraeſulatus, quod *heres* ſit ipſo iure omnium *ſacerdotum* (*p*.430). Tum *cathedratici* & *ſynodatici* uſus (*p*.469. 473). *Porro ſerenitatis* uerbo adpellatur antiſtes (426). Indicitur excommunicatio *ſub banno* SS. Petri & Pauli (*p*. 399). Principum Magdeburgiorcum, antiſtiti ſubditorum fit mentio (*p*. 343). *Foemina* iudex producitur & *arbiter* (*p*. 344). Formula ſingularis ad cogendos milites & ſtipendia ad bellum *ſacrum* (*p*.449). Neſas eſſe,*patrem* alienare aut matrem ſine *conſenſu liberorum* intelligitur ex multis exemplis (*p*. 350. 355. 365. 366. 367. 379) Autonomia data collegio *ſutorum* & opificum (*p*.389).Luculentum de iure *ſubfeudorum* S. R. I. offenditur ſchema (*p*. 355). Donatio probatur *omnium bonorum* (*p*.375). GREGORII pontificis & HENRICI Caeſaris lites, ſtudia, rationes arcanae aperiuntur (*p*. 427. 435. 445). Contra duritatem,uehementiam cleri in uitam procerum & laicorum reſcriptum pontificiale (*p*.428). Contra acris cenſura morum aduerſus clericos, (*p*. 437). *Burggrauii* ſynonymum comes urbanus & illius auctoritas ab archiepiſcopo(*p*.349).QuerelaR.pontificis aduerſus Friderici I. Caeſaris filium *Henricum* (*p*. 409). Contra ANTIOCHENVM patriarcham inuectiua, quod declinet primatum Romanum (*p*. 452. 453). Infinita certe alia occurrunt, unde proficere licet in ſtudio patrii iuris ciuilis,ſacri,clientelaris. De his praefari debuimus ad mouendam ſaliuam lectoribus.Sed aliis alia eſſe ſolent ad palatum.

Scripſi in FRIDERICIANA die XV. ante Kalendas menſis MAII, anni CIƆ IƆCC XX.

RELIQVIAE
MANVSCRIPTORVM,
OMNIS AEVI
DIPLOMATVM
ac
MONVMENTORVM,
INEDITORVM ADHVC,
ex
MVSEO LVDEVVIGIANO
TOMVS II.

Google

NVM. I.
CHRONICON VVORMATIENSE

AVCTORE
MONACHO KIRSGARTENSI ANONYMO.

CAPVT I.

Defectus ſcriptoris hiſtoriae Wormatienſis.

INter uarias hiſtorias cronicaſque, iam per artem impreſſoriam ualde multiplicatas, in quibus iam regiones, iam ciuitates, exponuntur & laudantur, in nulla tamen *VANGIONVM* nobiliſſimorum geſta uel laudes legimus, quod tamen multum admiror. Vnde, quantum potero, operam dabo, &, ſi quae inuenire potero, de laude horum in unum conſcribam & poſterorum memoriae tradam. Certum eſt, *Vangiones* nobiles fuiſſe & potentes etiam ante Chriſti aduentum. Vnde & *Iulius Caeſar*, primus imperator Romanorum, uir bellicoſisſimus & doctisſimus, qui bella ſua & geſta propriis ſcripſit & dictauit manibus, horum *VANGIONVM* facit mentionem in ſuis commentariis de bello Gallicano, quos & nos habemus in noſtra *libraria*, licet ſatis, propter impreſſorum ignorantiam, incorrectos. Dicit itaque in fine *libri primi* de bello *Gallicano*, quod triplici acie inſtructa usque ad hoſtium caſtra acceſſit. Tum demum neceſſario Germani ſuas copias caſtris

Vangiones I. Caeſaris aeuo.

eduxerunt gregatimque ſteterunt, paribus interuallis, *Harudes*, *Marcomannos*, *Triboces*, *VANGIONES*, *Nemetes*, *Seduſios*, *Sueuos*, omnemque aciem ſuam rhedis & carris circumdederunt: nequa ſpes in fuga relinqueretur. Ecce hic inter fortisſimos Germanos *VANGIONES* enumerat. Et licet finaliter Caeſar praeualuit, magnas tamen ab eis ſuſtinuit reſiſtentias. Subacta igitur Gallia & Germania, permanſerunt fideles Romano imperio *VANGIONES*, ut in multis inuenimus hiſtoriis, prout etiam poſtea patebit. Quia multis poſtea elapſis temporibus plurimi imperatores in *ciuitate VANGIONVM* ſuam habuerunt *habitationem* & interdum reſidentiam ad tempus & manſionem, ſicut infra dicetur de *IVLIANO* apoſtata & *CAROLO* magno & aliis. *LVCANVS* quoque poëta inſignis, patruus Senecae, horum Vangionum etiam facit mentionem *in libro primo Pharſal.*

In ditione Romanorum.

Wormatia ſedes imperialis.

Et qui te laxis imitantur Sarmata braccis.
VANGIONES: Batauique truces, &c.

Hoc ille. Quid uero ulterius dicat de illis, modo tranſeo. Sed doctus quisque in Lucano quaerere poterit. Floruit autem Lucanus tempore Chriſti. Et ſufficit hic mihi oſtendiſſe, *VANGIONES* fuiſſe ante tempora Chriſti *nobiles & notabiles* atque famoſos & bellicoſos uiros.

CAPVT II.

Quomodo Vangiones exiſtentes in deſtructione IERVSALEM adduxerunt ſecum IVDAEOS.

In expeditione Hieroſolymorum Wormatienſes.

TEmpore autem *Neronis* imperatoris, cum rebellarent Iudaei Romano imperio, permittente hoc Domino Deo, ut ſic mors Chriſti uin-

uindicaretur, miſſus eſt ab imperatore *Nerone* *Veſpaſianus* cum filio ſuo *Tito*, contra Iudaeam. Unde dicit gloſſa ſuper illum uerſum *Pſalmi: Dixit Dominus ex Baſan conuertam, conuertam in profundum maris;* quod Veſpaſianus ſit miſſus contra Iudaeam, undique ſtatuit inuadere Iudaeam terra marique, & ſic undique ex *Italia, Gallia, Germaniaque* collectis uiris fortisſimis & exercitu magno, uenit contra Iudaeam. Inter quos nobiles erant cum caeteris *VANGIONES*, iam Romanis ſubiecti & expugnati per Iulium, ut dictum eſt ſupra. VESPASIANVS igitur tempore paſchali Iudaeorum *Ieruſalem* circumdans & per biennium obſidens, poſt multas clades Iudaeis illatas, ipſam cepit ciuitatem. Et, ut *Ioſephus* ait, *decies centena millia* Iudaeorum interfecit, & *undecies centena millia* uendidit. Sicut enim ipſi Chriſtum pro triginta emerant argenteis; ita & ipſi ſunt triginta uenditi pro uno denario. Igitur expugnata *Ieruſalem* & tota terra diſſipata, *VANGIONES* noſtri, redeuntes ad propria, prout militaris conſuetudo eſt, & adhuc hodie cernimus in his, qui de praeliis & *guerris* inferioris *Almaniae* reuertuntur, ſecum duxerunt puellas pulchras, ut eis pro ſeruiciis ſuis uterentur. Vel etiam quia gentiles erant & nobiles, licet uxores aliqui habuerunt, eis pro lubitu ſuo & libidine explenda abuterentur. Deinde quia nobilium more rari erant parentes, puellae ipſae parientes, proles ſuas, prout ualuerunt & potuerunt, educarunt & ſecundum legem ſuam, in quantum poterant, inſtruxerunt. Ecce hi ſunt Iudaei noſtri, qui, quantum adhoc, potius ſunt filii Vangionum quàm Iudæorum, licet ipſi audire noluerunt & nolunt.

Vnde Iudaei traducti Wormatiam Hieroſolymis deuaſtatis.

Ioannes MARCI. DOMINUS namque *IOHANNES MARCI* piae recordationis, Canonicus ſancti *Martini*, officialis Domini Præpoſiti maioris Eccleſiae, quem Iudaei ipſi, non ad fidem catholicam recipiendam uiſitare conſueuerant, ſed ad debita ſua à ruſticis extorquenda, ſaepe dicebat ipſis Iudaeis. Non enim uos ueri Iudaei eſtis, ſed filii *iuuencularum*, ut honeſtius loquar. Quod ſi eſſetis, ut putatis, ueri Iudaei, ob *Patriarcharum* & *Prophetarum* reuerentiam in maxima vos haberem reuerentia. Sed quia hoc non eſt, ideò tanquam illegitimos uos parui pendo. Dixique ego hoc ipſum *IACOBO IVDAEO* ditisſimo uiro, qui ad tempus regem ipſum ſecutus eſt per terras & patrias uarias; ſed nunc timens ſibi ad *Ratisbonam* rediit, ubi pridem manere conſueuerat. Hoc ad confutationem falſorum Iudaeorum dictum ſit, nunc ad ciuitatem Vangionum reuertamur.

CAP. III.

Quomodo PTOLEMAEVS in ſua Coſmographia VANGIONVM ciuitatem nominat & hiſtoria eius ad annum usque 500.

Ptolemaeus vixit anno dom. 144. *Antonini pii Imp.* *Quid de Wormatia Vangionum?*

PTolemaeus Philoſophus rex natione Alexandrinus, hiſtoricus & mathematicus ac inſignis aſtrologus, qui tempore floruit Antonini Pii imperatoris, anno Domini centeſimo quadrageſimo quarto, qui plus aſtronomiae addidit, quam id totum, quod ante inuenit, quo *almegiſtum* opus diuinum & alia praeclara multa edidit in arte ſua, dicit in Coſmagraphia ſua, deſcribendo ſuperioris Germaniae ciuitates *Ruſſiniana VANGIONVM Berbetomagum, &c.* Ibique

Ibique uiri docti eum, aiunt, nominare Vangionum ciuitatem *Berbetomagum*. Nunquam enim ciuitas ipſa Vangio eſt dicta, ſed ſemper additur, ut in ſequentibus patebit, *CIVITAS VANGIONVM*, id eſt, nobilium *Vangionum hoſpitium*. Videntur enim *Vangiones* ipſi in circuitu ciuitatis in caſtris & fortalitiis habitaſſe, quemadmodum de Florentia referunt, quod in circuitu ciuitatis in caſtris eius in locis extra urbem nobiles ſuas habent habitationes, ſicut in *Nuhuſen* ad ſanctum Paulum & ad ſanctum *Martinum*, in quibus utique caſtra aliquando fuerunt poſita. IVLIANVS etiam apoſtata in hac ciuitate moram contraxiſſe uidetur. Vnde & in hiſtoria ſancti Martini Epiſcopi ſic dicit *SEVERVS SVLPITIVS*. Interea irruentibus intra Gallias Barbaris, *Iulianus* Cæſar, coacto in unum exercitu, apud Vangionum ciuitatem donatiuum coepit erogare militibus. Et, ut eſt conſuetudinis, ſinguli citabantur, donec uentum eſt ad ſanctum *Martinum*. Tum uero opportunum tempus exiſtimans, quo peteret miſſionem (neque enim integrum ſibi fore arbitrabatur, ſi donatiuum non militaturus acciperet) hactenus, inquit ad Cæſarem, militaui tibi, patere, *ut nunc militem Deo*, donatiuum tuum pugnaturus accipiat alter; Chriſti ego miles ſum, mihi pugnare non licet. Tum uero tyrannus aduerſus hanc uocem infremuit, dicens, eum metu pugnae, quae poſtera die erat futura, non religionis gratia, detrectare militiam. At *Martinus* intrepidus, imo, illato ſibi terrore conſtantior, ſi hoc, inquit, ignauiæ aſcribitur non fidei, craſtina die inermis ante aciem aſtabo, & in nomine Domini Ieſu ſigno crucis non clypeo

Iulianus Wormatiae

Sulpitius Seuerus l. 1. *c.* 3. *hiſtor. D.Martini.*

Anno C. 356. *S. Martini martyrium.*

protectus aut galea, hoſtium cuneos penetrabo ſecurus. Retrudi igitur in cuſtodiam iubetur, facturus fidem dictis, ut inermis Barbaris obiiceretur. Poſtera ergo die legatos de pace hoſtes miſerunt, ſua omnia ſeque dantes. Vnde quis dubitet uerè hanc beati uiri fuiſſe uictoriam, cui praeſtitum ſit, ne inermis ad praelium mitteretur. Et quamuis pius Dominus ſeruare militem ſuum inter hoſtium gladios & tela potuiſſet, tamen ne uel aliorum morte ſancti uiolarentur obtutus, exemit pugnae neceſsitatem. Neque enim aliam pro milite ſuo Chriſtus debuit praeſtare uictoriam, quam, ut ſubactis ſine ſanguine hoſtibus nemo moreretur. Haec de Sulpitio. Veruntamen usque hodie in Eccleſia ſancti *Martini* in ciuitate Vangionum oſtenditur carcer, in quo ſanctus Martinus detentus fuit in tempore illo, in quo hoc a tyranno *Iuliano* agebatur. Sed modo eſt ibi capella pulchra, in honore eius facta, multis dotata indulgentiis, quam etiam, ut ipſe uidi, de longinquis quidem ueniunt, ad uiſitandum partibus. In hiſtoria quoque ſancta *Genoueuae* uirginis, quam ſanctus Germanus Antiſidorenſis Chriſto conſecrauerat, tempore Valentiniani Caeſaris etiam mentio fit ciuitatis Vangionum. Sed pro dolor! non longo poſt, tempore *Arcadii* & *Honorii* imperatorum, *Attila* rex Hunnorum, qui ſe flagellum Dei nominauit, hos nobiles Vangiones cum ciuitate eorum, penitus delevit. Vnde glorioſus *Hieronymus*, tunc temporis adhuc uiuens, dicit in epiſtola ad Aagaruſium ſic: innumerabiles & ferociſsimae nationes uniuerſas Gallias occuparunt, quicquid inter alpes & Pyrenaeum eſt, quicquid Oceano &

Wormatiae ueſtigia martyrii S. Martini.

Attilae irruptio in Wormatiae uiciniam.

S. Auguſtinus de vaſtatione Wormatiae & circum iacentium locorum.

& Rheno concluditur, Quaddi, *Vandali*, *Sarmatae*, *Alani*, *Geſipedes*, *Heruli*, *Saxones*, *Burgundiones*, *Alemanni*, etenim lugenda reſpublica, hoſtes Pannonii uaſtauerunt. Etenim *Aſſur* uenit cum illis. *MOGVNTIA*, quondam illa nobilis ciuitas, capta atque ſubmerſa eſt, & in eccleſia multa millia hominum trucidata. *VANGIONES* longa obſidione penitus deleti. *Remorum* urbs praepotens, *Ambiani*, *Antrabitae* extremique hominum *Morini*, *Tornaci*, *Nemetes*, id eſt, *Spira Argentorat.* translatae in Germaniam *Aquitaniae* nouemque populorum *Lugdunenſis* & *Narbonenſis* prouinciae, praeter paucas urbes depopulatae cunctae ſunt. Quas & ipſas foris gladius, intus uaſtat fames. Non poſſum absque lacrymis talium facère mentionem, quae adhuc usque non ruerunt, *EXVPERII* Epiſcopi merita praeſtiterunt. Ipſe Hiſpaniae iam iamque perituraе cotidie contremiſcunt, recordantes irruptiones Africae, & quicquid alii ſemel paſſi ſunt, illi ſemper timore patiuntur. Praeterea taceo, ne uidear de Dei deſperare clementia. Haec de *Hieronymo*, in quo fortaſſe prolixior fui, quam debui. Sed dum oſtendo *VRBIS* noſtrae & *VANGIONVM* totale excidium, etiam aliarum urbium uolo oſtendere deſtructionem, ne dicam totalem oppresſionem. Vbi tunc quaeſo *iudaeorum* permanſit perſidia? num quid inter fortes *VANGIONES* ipſi ſuperſtites remanere potuerunt. Friuola ergo eſt opinio eorum, quod ueri *iudaei* ſint: ſed ſolum reliquiae aliquae ſunt pro parte Iudaeorum, ut in memoriam mortis Chriſti inter Chriſtianos remaneant. Item dominus Iacobus de *KüNIGSHOFEN*, uicarius eccleſiae Argentinenſis in ſua *Koenigshofen.* cronica

cronica Teutonicali dicit, non longè poſt tempora Abraham Patriarchae conditam fuiſſe *Treuirim* a filio Semiramis reginae Babylonis Trebeta. Qui dum in Treuiri, & in circumuicinis locis multum acceptus eſſet, coeperunt multi ex diuerſis locis ad eum confluere & cum eo manere. Vnde ipſe ciuitates alias nominatiſsimas aedificauit, ſcilicet *Coloniam Agrippinam*, *Moguntiam*, *Wormatiam*, *Argentinam*, *Baſileam*, & uillas alias propinquas. Tempore itaque illo fundatis ciuitatibus illis, Treuerenſes tanquam fundatores & domini tributum ab eis annuum exigere coeperunt. Quod & illi ad tempus ſoluere non recuſarunt. Elapſis tamen poſt hoc aliquot annis, cum iam & ciuitates praedictae incrementum ſumpſiſſent, non modicam libertatem ſibi uindicare uoluerunt & tributum ſolitum dominis *Treuerenſibus* amplius dare noluerunt & obedientiam, eis annis XXX & amplius ſubtraxerunt. Inde quoque Deo permittente accidit, ut grando ingens & turbo maximus agros & uineas praedictarum quinque ciuitatem laederet & comminueret. Ex his homines ciuitatum harum commoti arbitrabantur, ſe hoc ob ſuam rebellionem erga ciuitatem ſuam ſuperiorem *Treuirim* ſuſtinere. Et ſic conuenientes inſimul conſuluerunt, quid facto opus eſſet, concluſeruntque ne talia de caetero patrentur, ſe uelle ſoluere tributum deinceps dominis ſuis *Treuerenſibus*. Non ſolum autem, ſed & de praeteritis triginta annis eis ſuum tribuebant tributum. Quo uiſo *Treuirenſes diis* ſuis immolabant & gratias de hoc referebant magnas. Permanſeruntque ſic usque *ad Iulii Caeſaris* tempora, qui *Treuiri* per proditionem capta

De ciuitate Treuirorum.

pta

pta, reliquas cepit conſequenter Rheni ciuitates, quae ſ. e Romanis ſubiectae usque ad *Attilae* tempora, qui eas, ut ſupra dictum eſt, euertit, tempore Hieronymi permanſerunt. Sed ut idem *Iacobus* refert, non tamen ciuitates iſtae adeo munitae, quemadmodum modo fuerunt, unde & cito a furente populo *Hunnorum* euerſae ſunt & deſtructae. Quis autem noſtram *CIVITATEM VANGIONVM* reaedificauit ſolotenus euerſam, non manifeſte ſcriptum reperi. Dicit namque dominus *Iacobus* Argentinenſis, ſupra dictas ciuitates Rhenenſes poſt earum euerſiones ab Attila, in manus deueniſſe regum *Franciae*, ſicut in multis inuenimus locis hiſtoriarum. Vnde & inuenimus in *Nuhuſen* caſtrum fuiſſe regum Franciæ, & aula regia dicebatur. Similiter & in Wormatia inuenimus pulcherrimum fuiſſe regum *palatium*, quod hiſtoria *Caroli* magni dicit tempore Caroli fuiſſe igne crematum. Et ideo uidetur, eam eſſe reaedificatam a *Franciae* regibus propter optimiſſimos agros & uineas circa eam. Puto enim ego, quantum deſcendens & aſcendens circa Rheni fluuium uidi, non tum eſſe optimos agros & uineas, cum arborum diuerſarum fructibus, ſicut eſt hic in Wormatia. Similiter & hoc eſt in carnibus & piſcibus. Vnde & carnifex quidam ſemel dixit multis: Si, inquit, dominus Palatinus cum duobus millibus ueniret armatorum ad nos, & ſolum per medium diem ante ſciuerimus, omnibus illis altera die copiam carnium, cum aliis cibis & uino optimo miniſtrare optime uellemus. In hiſtoria quoque Francorum regum a Roberto *Guagnino* conſcripta ſic dicitur in principio libri tertii; audita legatione Lotharius ea, quae proceres

Wormatia deſtructa & inſtaurata.

Nuhauſen palatium.

Wormatiae ſtupenda fertilitas.

ceres uelle intelligit, impigre complet. Caſtello quod proxime d[illegible]imus agenti Clothario *Brunechildis* impia regina, cum non longe abeſſet. Nam Wormatiae, quae *Vangionum* caput eſt, ad ulteriorem Rheni ripam agebat, mandat, finibus regni Auſtraſiae abeat quod Sigiberto filio *Theodebertus* pater rilinquiſſet &c. Haec autem *Brunechildis* vixit anno Domini 503. Ex iſto poſt *CIVITATEM VANGIONUM* rurſum poſt ſuam deſolationem reaedificatam & *Wormatiam* dictam, antea in hiſtoriis hoc nomen non inuenitur.

Ann. Dom. 503. natales Wormatiae.

CAPVT IV.

DE CATALOGO EPISCOPORUM huius ciuitatis, & quod dicitur fuiſſe Archiepiſcopatus.

WORMATIENSIS archiepiſcopatus num translatus MOGVNTIAM?

Esque ſedes Epiſcopalis in urbe hac. Et aiunt quidam hic fuiſſe *Archiepiſcopatum*, quod quoque Archiepiſcopus iſte XVI. ſub ſe ſuffraganeos habuit, è quibus Moguntinus primus fuit. HERMANNVS namque ordinis ſancti Wilhelmi in cronica ſua, quam *flos temporis* nominauit, dicit de Gregorio papa tertio ſic. Eo, inquit, tempore in Wormatia fuit *Archiepiſcopatus*, qui nunc in *Moguntiam* eſt translatus. Et uocabatur *Archiepiſcopatus Vangionum*, ſicut *Spira* olim *Nemetum* uocabatur. GEROLDO igitur Archiepiſcopo *Vangionum* in bello occiſo, ſucceſſit ei filius eius naturalis Geruilio, qui propria manu interfectorem occidit patris ſui dicens hunc uerſum:

Accipe hoc ferrum, quo patrem uindico carum.

Idem papa Gregorius legatum miſit, qui comperta ueritate, auctoritate papae, ſedem archiepi-

piſcopalem de *Wormatia* transſtulit in *Moguntiam.* Hic Hermannus, *in Schoenbouia* monaſterio Ciſterſienſium circa Heidelbergam haec eadem in antiquo habentur libro; *Celebrato ibi conſilio,* ut in alio libro habetur, *praeſentibus principibus Carlomanno & Pipino duobus Francorum,* dictum Geruilionem conuictum degradauit, & Epiſcopalis dignitatis beneficio priuauit, & *BONIFACIVM* ſanctum in Archiepiſcopum ordinauit. De hoc ſic habentur uerſus: *Schoenbouen coenobium.*

Ecce MOGVNTINVS almae dat Epiſcopus urbis
Culmen metropolis, quod tibi erat WORMATIENSIS.

Fuitque nuper apud nos quidam dicens; ſe in loco fuiſſe, ubi *Geruilio* interfectorem patris uerbis pacificis & in dolo interfecit, & ibi ſignum quoddam erectum in huius facti memoriam perpetuam. Sed mirum hoc uidetur, ſi uerum eſt. Hiſtoriam uidi antiquisſimam ſancti *BONIFACII,* ubi legitur quatuor inſtituiſſe epiſcopatus, ſed de huiusmodi translatione, per eum facta, nihil dicitur. Item in catalogo epiſcoporum noſtrorum nulla fit mentio *GEROLDI* & *GERVILIONIS:* Sed in catalogo *Moguntinae* ciuitatis epiſcoporum *Geroldus* ponitur XV. in ordine, & Geruilio decimus ſextus. Item catalogus epiſcoporum noſtrorum in *maiori* habetur *eccleſia.* Similiter ad *ſanctum Paulum.* Item ad *ſanctum Cyriacum* in *Nuhuſen.* Item ad *fratres praedicatores.* Item in *Francken-tal.* Item apud nos. Sed in omnibus his nulla fit mentio *Geroldi* & *Geruilionis.* *Catalogi epiſcoporum Wormatienſium laudantur MSC.*

CAP.

CAPVT V.

EPISCOPI WORMATIENSES

INCIPIT CATALOGVS EPISCOPORVM ECCLESIAE WORMATIENSIS.

I. VICTOR.

VICTOR namque primus inuenitur epiſcopus. Sed nihil de eo ſcribitur, quo tempore praefuerit eccleſiae Vangionum, uel quot annis. Secundus epiſcopus fuit ROCHOLDVS, de quo etiam nihil ſcribitur. Tertius fuit in ordine AMANDVS, de quo etiam nihil ſcribitur. Quartus fuit RVPERTVS vel ROBERTVS, uir ſanctus, de quo pulchra habetur hiſtoria. Iſte, inquit *Hartmannus in cronica ſua*, ex regia ſtirpe fuit Francorum ortus. Et tempore Hildeberti Regis Francorum anno ſecundo regni eius *Wormatienſem* rexit eccleſiam. Et licet fuit ex regali proſapia Francorum ortus, ut & alia dicit hiſtoria, nobilior tamen erat fide & uirtutibus. Erat autem manſuetus & caſtus, ſimplex & prudens, in laude DEi deuotus, plenus Spiritu ſancto, prouidus in conſilio, iuſtus in iudicio, & a dextris atque à ſiniſtris uirtutum armis munitus, gregi ſuo forma bene agendi paſtor factus, quia quicquid uerbis monuit, hoc operum prærogatiua confirmauit. Hinc frequentibus ſe exercebat uigiliis, inde continuatis macerebat inediis, opus ſuum miſericordiâ ornabat, quo theſauros ſuos diſperſit, ut ſe egente pauperes diteſcerent; qui ſuum hoc ſolum eſſe credidit, quod nudus & inops accepiſſet. Cum igitur fama eius undique procul iuiſſet, multi nobiles non ſolum à uicinis, ſed etiam ab exteris nationibus ad eius ſanctisſimam confluxerunt doctrinam, ut uel eius ſanctisſimo elogio in triſtitia cuiuslibet aduerſitatis & anxieta-

II. ROCHOLDVS.
III. AMANDVS.
IV. RVPERTI uita & acta.

tis

tis conſolationem acciperent ; uel eccleſiaſticae religionis ab eo puram ueritatem audirent. Vnde & multi eius benigna deuotione a laqueis hoſtis antiqui liberati, uias perpetuas ingrediebantur. Sed infideles, qui plurimi erant in regione *Wormatienſi*, illius ſanctitatem non ferentes, multis eum ſuppliciis affecerunt, & tandem mortuo Hildeberto Francorum rege, a BARTHARIO, impiiſſimo duce, qui eccleſias Arriana prauitate infectus deuaſtauit, publice uirgis caeſus eſt, & ſic a ſede *Wormatienſi* cum multis iniuriis publice pulſus. Non enim digni fuimus habere talem Pontificem ſanctum. Sed poſtea extinctis *Arrianis*, fideles apud nos memores ſanctitatis eius magnae, parochiam in honore eius circa eccleſiam beati *Pauli* erexerunt, quæ usque hodie apud nos eſt. Quis Plebanus laudes huius uiri & geſta ſancta ſuis poterit praedicare parochianis & aliis ciuibus? Ideo eodem tempore THEODO, dux Bauarorum, audiens uiri beati ſanctitatem & miracula, quae faciebat, deſiderauit illum uidere. Et miſſis optimatibus ſuis obnixe eum poſtulabat, quatenus regiones Bauarorum uiſitare dignaretur, ut eis ſalutiferae credulitatis uiam inſinuaret. Sanctus uir ubi hoc audiuit, ſciens huiusmodi caſum ex diuina diſpoſitione procedere, gratias coeleſti agebat clementiae, quod ſedentes in tenebris, auctorem uitae Ieſum agnoſcere optabant. Iraque ſacerdotes ſuos cum eisdem legatis quaſi radios fidei ad ducem ipſum praemiſit, & non longe poſt ipſe ſecutus eſt. Quod ubi dux audiuit cum gaudio magno, multis ſtipatus proceribus eidem occurrit, & in urbem Ratisbonam cum gaudio illum recepit. Tum ſanctus Ru-

Barthariu dux, Arrianus, moleſtus orthodoxis Wormatiae.

B. Ruperti memoria.

Euocatio eius in Boioariam paganam.

Digitized by Google

Conuerſio Theodonis *ducis Boioariae.*

Rupertus ibidem indicto ieiunio coeleſtibus myſteriis ducem informauit, & in fide uera roborauit, & idolorum cultibus abrenunciare fecit, & in nomine ſanctae & indiuiduae TRINITATIS baptiſauit. Baptizati autem ſunt multi nobiles cum eo & populares laudantes dominum de coelis, qui eos ad admirabile lumen ſuum uocauit per beatum Confeſſorem ſuum Robertum per eius uerbum irradiata ſunt corda tenebroſa. Deinde iuſſu ducis *Theodonis* per alueum Danubii aſcendendo, uillis & caſtellis libera uoce Euangelium Chriſti praedicauit, & per terminos *Noricorum* usque ad inferiorem *Pannoniam* ipſe clara lucerna ſuper candelabrum poſita, lumen fidei miniſtrandae peruenit. Inde quoque per terram reuerſus *Lauricenſium* urbem intrauit, in qua multos aqua baptiſmatis regenerando ab idolorum cultura conuertit, & plures uariis languoribus oppreſſos in nomine Domini ſanauit.

Zelus Ruperti aduerſus paganos & arrianos.

Lauriato namque, in quocunque loco amplius gentilitatis errorem feruere cognouit, illic intrepidus acceſſit, deſtruens idola, communiens ſimulacra, commendans ubique Domini noſtri *Ieſu Chriſti diuinitatem*, prout & ſacram eius incarnationem, ut unus idem quod Deus eſſet crederetur. Et hoc ante luciferum a Deo patre uerus Deus genitus in fine temporum pro ſalute humana ex virgine Maria uerbum Dei uerus homo natus, qui illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Sed cum iam uir domini ſecundum poſtulationem *ducis* & populi ſibi locum ad epiſcopalem ſedem aptum meditaretur, ſecus ſtagnum *Valarii Lacus* uenit, ubi in honore beati Petri principis Apoſtolorum eccleſiam conſtruxit & dicauit. Exiitque

Cathedralis eccleſia

que inde ad *Iuuauium* fluuium, ubi olim *IVVAVIA* fuit ciuitas, quae nunc *Salsburga* appellatur, quae olim inter barbaras urbes eminebat nobiliſsima, ſed dilapſa & virgultis operta erat, raro incola inhabitante. Quem locum cernens ſeruus Dei ad *Cathedralem* ſedem eſſe idoneum, quippe inter montana à populari tumultu ſemotum, proprietate huius a duce ſibi tradita, cum ſummo ſtudio renouauit, conſtruens ibi Baſilicam, quam in honore beati Petri Apoſtolorum Principis dedicauit, & clericorum officiis rebusque neceſſariis munificentia Theodonis ducis magnifice dotauit. Poſtea uero delegato ſacerdotum officio, omnem ibidem cotidie curſum congruo ordine fecit celebrari. Sanctus itaque uir domini cupiens augmentare loca à praefato duce aliquem fundum ſuum, uocabulo dictum pidigen, inter aurum & argentum cum millenis comparauit ſolidis & ſic deinceps Deo auxiliante ex traditione regum ſiue ducum ſiue fidelium uirorum loci res accreſcere coeperunt. Porro his diebus uiri quidam probabiles beato uiro cum magna admiratione narrauerunt, quod ipſi in fundo, qui tunc temporis uerbo appellationis caruit, *Wongobi* nunc dicitur, coeleſtia prodigia ardentium lucernarum terquaterque uidiſſent, & mirificae ſuauitatis odore ibi redolere ſenſiſſent; mirantibus autem cunctis qui aderant, ſuper talibus prodigiis, ſanctus epiſcopus *Domingum* presbyterum ſuum ad eundem locum miſit praecipiens, ut ueritatem huius rei diligenter probaret, ponendo in locum illum crucem ligneam, quam idem uir ſanctus ſua manu benedixit & ibidem deſtinauit. DOMINGVS uerò cum illic conueniſſet, ſtatim primo noctis exordio cum uiris re-

SALSBVRGENSIS erigitur per Rupertum Wormatienſem.

Domingus.

ligioſis, qui ſecum aderant, coelitus emiſſas aſpiciebat claras lucernas deſcendere, & totam illam regionem loci inſtar ſolaris radii irradiare, & hanc uiſionem per tres noctes cum ſuauitate mirifici odoris ibi uiderat radiare. Tunc ipſe in eodem loco crucem benedictam euenit, & fabricato deſuper oratorio ad ſanctum Rupertum eſt regreſſus, priorem aſſertionem certa relatione confirmans ſanctus quoque Rupertus communicato conſilio cum Theodone duce, per ſemet ipſum eundem heremum adiit, & uidens locum humanis habitationibus poſſe fieri aptum, annoſa arbuſta exſtirpare, ſyluarumque condenſa in planiciem redigere, ac eccleſiam cum habitaculis ſeruorum DEI aedificare coepit. Non longe poſt dux Theodouiam uniuerſae carnis ingreſſus praecepit filio ſuo Theoberto, ut ſancto Ruperto ad Chriſtianitatem & ad eccleſiam Salsburgenſem erigendam adiuuaret & ſibi obediret. Quod & ille humiliter fecit & multa donaria pro eccleſia in heremo praedicto conſtructa donauit Sanctus autem Rupertus poſt hoc uidens Bauaricae dignitatis culmen iugo Chriſti ſe ſubdidiſſe, duodecim ex ſuis elegit, cum quibus caeteras prouincias uarias praedicando circuiuit, & eas ad fidem Chriſti conuertit. Fecitque alia multa in urbe Salisburgenſi praeclara, ſed quia ea urbem noſtram non reſpiciunt, dimittimus, quia in libro illuſtrium uirorum ordinis noſtri conſcripſimus, de quo & ipſe fuit. Similiter & ipſi fratres eccleſiae Salsburgenſis adhuc hodierna die Canonici ſunt regulares ſimul comedentes in loco uno, neque ualentes eligere epiſcopum niſi de conuentu ſuo. Vnde & archiepiſcopus Salsburgenſis Anno domini MCCCCXCV in conuentu

Salsburgenſ. archie-

prin-

principum, quem & Maximilianus Romanorum rex in Wormatia habuit, cum eſſet ibi & audiret apud nos Canonicos eſſe religioſos regulares, ſtatim uenit ad uiſitandos nos, & diligentisſimè noſtrum requiſiuit modum uiuendi, non erubeſcens ſe Canonicum eſſe regularem, dixitque ſe pluries ad nos uenturum, quod & feciſſet, niſi morte praeuentus fuiſſet. Dixitque ſanctum Rupertum collegium ſuum inſtituiſſe, & in eccleſia illa eſſe ſepultum. Valdeque admirabatur, ubi audiuit, eum a nobis fuiſſe expulſum, quod in hiſtoria ſua non habetur. Vbi ergo ſanctus Rupertus 44 annis in eccleſia praefuit, per prophetiae ſpiritum diem mortis ſuae adeſſe, didicit.

piſcopo grata memoria B. Ruperti quam coluit Wormatiae an. 1495. in comitiis.

Quod cum fratribus multum moeſtis indicaſſet, Vitalem uirum ſanctum eis praefecit & populum illum Deo commendauit. Cum uero dies quadrageſimales obſeruantiae agerentur, febrium ardore fatigari coepit, & in die paſchae celebratis miſſarum ſolemniis, poſt paternae pietatis admonitiones, & poſt extrema charitatis uerba fratres confirmantia inter ſanctas manus & lacrymantium uoces ſanctum efflauit ſpiritum in die paſchae, uocesque angelorum à quibusdam religioſis uiris in coelo audiebantur, qui uoce canora ſanctam animam ferebant ad aeternam felicitatem, & ſepultus eſt in eccleſia illa.

B. Rupertus mortis ſuae diuinator.

Mortuus & ſepultus.

Ad quam cum nuper anno domini MCCCCXXIX auus principis noſtri *Palatini Ludouicus* applicuiſſet ueniens de terra ſancta, caritatiue ab eis ſusceptus eſt, & tunc mortuo archiepiſcopo nouae interfuit electioni, admirans tam concorditer à fratribus collegii illius ipſum fuiſſe electum. Cuius LUDOVICI peregrinationem ad terram ſanctam penes me habeo conſcriptam. BERNHARIVS poſt

An. 1429. ſepulcrum uiſitat archipalatinus,

eius peregrinatio. MSCA.

V. *BERNHARIVS aliis* Bernhardus *aliis* Ehrenbreidus *aliis Ehrenbrandus.*

Rupertum factus epiſcopus, neſcitur quamdiu praefuit uel quando. Et ſepultus eſt in monte ſancti Andreae in ſuburbio uerſus *Hochheim* cum epitaphio tali, ubi modo ſunt ſorores poenitentes.

Oſſibus eneruis iam ſum diſpunctus in antro,
His precor obnixe uerſibus exiguis
Tequoque deuotè frater ceu ore loquendo
Vt quis eram agnoſcas, prorſus in orbe manens
BERNHARIVS praeſul fueras mihi nomen, honorem
In regali aula promerui procerum.
Nunc uerò, ut cernis, ſtricto incluſusque ſepulchro,
Qui plebem regerem hanc ut & annumerem.
Quippe quater quini & trini ſunt plus minus anni
Mutaui hanc lucem carnis ab hoſpitio.
O frater duodenis Aprilisque Kalendis
Cum ſcriptum hoc recitas, dicere ne pigeat:
Omnipotens genitor rerum, & rex magnus Olympi,
Sanctorum meritus Bernharium ſocia.

Curialis Carolo M.

Iſte floruit tempore Caroli magni, a quo ipſe miſſus fuit ad curiam Romanam, prout infra dicetur. Erat enim tempore Caroli magni in curia ſua frater *EINHARDVS* ordinis ſancti *Benedicti in* monaſterio ſancti Bonifacii apud *Fuldam* optimis diſciplinis inſtructus, quem rex Carolus propter ſapientiam ſuam ſpecialiter dilexit, qui cuncta opera ſua & geſta, ſed & Proauorum & filiorum ſuorum usque ad tertiam & quartam pene generationem deſcripſit, incipiens à Pipino duce filio Anchiſae ducis, qui praefuit regno Francorum cum regibus Ludouico, Hildeberto atque Dagoberto, ab anno domini DCCXIV. usque ad annum domini DCCCXXXVIII. & ultra. Scribit autem hoc inter

Anno dom. 714. usque ad annum 838.

inter geſta eius iuxta annos domini, quae fecit apud nos & circa nos, prout libellus eius declarat, quem penes me habeo. Dimiſsis autem uariis locis, ſolum quae in Wormatia acta ſunt, tangamus. Dicit igitur anno domini DCCLXXXI. *Taſſilo* dux Bauariae apud Wormatiam ſacramento & obſidibus ſuae ſubiectionis fidem facit regi Carolo & ſic honorifice remiſſus ad ſua eſt à rege. Eo tempore quoque multa ſigna apparuerunt, inter quae ſignum crucis in ueſtimentis hominum frequentiſsime uiſum eſt, ſicut modo apud nos factum eſt in parochia ſancti Lamberti & in alio loco. Sanguis etiam de terra ac de coelo perhibetur fluxiſſe. *Hildegarda* Regina obiit ſecunda calendas Maii. Similiter & *Bertha* regis Caroli mater, quam in magna habuit apud ſe reuerentia, quarto idus Iulii. Anno domini DCCLXXXIII. eclipſis ſolis facta eſt XV Kalend. Octobris & Carolus orationis cauſâ Romam uadit. Anno domini DCCXL Carolus imperator à bellorum motibus quietus fuit, quem annum rex apud Wormatiam transegit. Sed & hoc idem Hermannus in cronica ſua dicit. PALATIVM Wormatienſe inſigni incendio conſumptum eſt anno praedicto, quod ſtetiſſe dicitur in loco, ubi modo domus ciuium eſt nona circa forum. Quo auctore, uel quis incenderit, non legitur. Patet tamen ex his laus ciuitatis noſtrae *Wormatienſis*, quod Carolus hanc inuenitur inhabitaſſe & frequentaſſe, *filii* & *filiae* eius, & *filii filiorum* eius prout patebit in ſequentibus. Anno domini DCCCI. terrae motus factus eſt uehemens ſecunda Kalend. Maii, ut in quibuſdam locis urbes ruerent & montes, & circa Rhenum &

Anno dom. 781. Taſſilo fidem iurat Wormatiae Carolo M.

Portenta.

Vxor & mater Caroli M.

Anno dom. 783.

Wormatienſe palatium combuſtum an. 782.

an. 801. terrae motus.

Germania atque Gallia quaedam loca tremuerunt. Anno domini DCCCIX. Concilium habitum eſt de proceſsione ſpiritus ſancti. Quam quaeſtionem *Ioannes* quidam *Monachus* Hieroſolymas primò commouit, cuius diffiniendae cauſa *BERNHARIVS* Epiſcopus *Vangionum* & *Adalhartus* Abbas Corbey monaſterii, Romam ad Leonem papam miſſi ſunt. Ex quibus patet BERNHARIVM Eſpiſcopum noſtrum doctiſsimum fuiſſe, & fortaſſe etiam tunc concilium in Wormatia habuiſſe licet, hoc auctor iſte non dicat, ſed ſupra dictum eſt. Anno domini DCCCX. maxima fuit *mortalitas boum*, ut pene nullus exercitui Caroli multum magno ſupereſſet; quin omnes uſque unum interirent. Et non ſolum in uno loco, ſed etiam per omnes imperio ſubiectas prouincias illius generis animalium mortalitas immaniſsime graſſata eſt. Anno domini DCCCXII. poſt meridiem ſolis eclipſis fuit. Similiter & XVII. anno poſt mortem imperatoris Caroli facta eſt eclipſis ſolis nonis Februarii. Et eadem nocte ſtella cometes gladio ſimilis uiſa eſt ſimiliter. XIIX anno eclipſis fuit ſolis IIX Idus Iulii. Anno domini DCCCXX tempore Ludouici Pii imperatoris propter nimietatem pluuiarum aër corruptus, hominum & boum peſtilentia longè latèque ita graſſata eſt, ut uix ulla pars regni Francorum ab hac peſte immunis poſſet inueniri. Fruges quoque uel colligi non poterant, uel collectae putruerunt. Vinum etiam propter caloris inopiam acerbum & inſuaue creſcebat ad potandum. Anno domini DCCCXXI *Lotharius* filius Ludouici Pii imperator uxorem duxit, & apud Wormatiam hiemauit cum magna gloria. PATER CAROLI MAGNI

an. 809. Concilium de Spir. S.

an. 810. animalium interitus.

Oſtenta.

Peſtilentia an. 820.

an. 821. Lotharius Wormatiae

MAGNI rex Pipinus Anno domini 764. legitur in *Wormatia* habuiſſe placitum ſuum contra Taſſilonem tractandum, prout in antiquiſſ. reperi libro. Ergo etiam uidetur in noſtra habitaſſe ciuitate. Carolus uero filius eius Anno domini 770. *Synodum* habuit in *Worm.* Et iterum Anno domini 772. Synodum in Wormatia habuit. Et poſt prima uice contra Saxones expeditionem faciens *Eresburg* caſtrum cepit. Anno domini 780. rex Carolus ad *Worm.* uenit, ibi ad eum Thasſilo dux, renouans ſacramenta & dans ſibi XII obſides electos ut omnia conſeruaret, quicquid regi iure iurando promiſerat. Sed non diu praefatus dux, promisſiones, quas ſibi fecerat, conſeruauit, de hoc ſupra dictum eſt. Anno domini 783. glorioſus rex Carolus ſociauit ſibi in matrimonium dominum Faſtradanam Reginam, & hoc fecit in Wormatia cum magna gloria prout tantum decuit regem. Anno domini 786. iterum rex Carolus ſynodum habuit in Wormatia, ad quam principes ſui misſi ad Britones debellandos, uictores reuertentes capitaneos illorum captos domino regi praeſentarunt. Dehinc ſynodo diſſoluta, uidens ſe pacem hic habere, ad limina B. Petri ire diſpoſuit, & natale domini in Florentia celebrauit. Anno domini 789. rex Carolus uir glorioſus in omnibus operibus ſuis, quae Chriſtianitatem uerbis & factis, conſiliis & auxiliis, praeliis & gladiis totis uiribus augmentare curauit, nullis in hoc parcens expenſis uel etiam fatigiis proprii corporis, iterum cum ſuis principibus temporalibus & ſpiritualibus conuentum habuit in Wormatia, quia pacem tunc habuit tranſiitque annus ille ſine hoſte & praelio. Specialis urbis noſtrae gloria, quod tantus princeps

Pipino Wormatiae palatium.

Wormatienſis Synodus 770.

an. 786. Synodus VVormatienſis.

an. 789. comitia Wormatiae.

princeps, tot prouinciarum dominus, totiens apud nos *conuentum* & *ſynodum* habuit: quid autem tractauerit, ſcriptor breuitatis cauſa pertranſit. Et haec ſpecialis urbis noſtrae gloria fuit, quia in frugibus, piſcibus & carnibus atque uino optimo habundantisſima, prout ſupra dictum eſt.

an. 823. *Puella XII. annorum ab omni cibo per decem menſes abſtinuit.*

Anno domini DCCCXXIII. prodigia quaedam extitiſſe narrantur. Et fuit terrae motus magnus ſimiliter & puella quaedam XII. annorum ab omni cibo per decem menſes abſtinuit. Fulgura multa fuerunt, per quae multa conſumpta ſunt. Similiter & grandines ceciderunt, inter quas lapides ingentis ponderis decidere uiſi ſunt, per quos domus ceciderunt, homines interfecti ſunt & animalia. Et demum ſecuta eſt ingens

Peſtilentia.

peſtilentia, atque hominum mortalitas magna. Anno domini DCCCXXIV. hiems ualde aſpera fuit & longa, quae non ſolum animalia ſed etiam homines quosdam immanitate frigoris extinxit.

an. 829. *Ludouicus imp. comitia Wormatiae.*

Anno domini DCCCXXIX. imperator *Ludouicus* generalem conuentum menſe Aug. *Wormatiae* habuit cum omnibus principibus. Et ibi uidentur multa fuiſſe inſtituta pro ſtatu Chriſtianitatis, licet hiſtoriographus *Einhardus* ſupra dictus hoc breuitatis cauſa non tangat. Vnde & quidam arbitratur, illa ibi eſſe inſtituta, quorum

Loca in decretis Wormatiae facta.

memoria in DECRETIS habetur in diuerſis locis. *Infra Synodus habetur,* dicitur *ex conſilio Wormatienſi: Saepe contingit, dum quis operi neceſſario inſiſtens arborem incideret, ut aliquis ſubtus ipſam ueniens deprimatur, & idcirco, ſi uoluntate uel negligentia incidentis arborem, factum eſt homicidium, omnino poenitentiae debet ſubmitti. Quodſi non ex uoto, ſed ex incuria illius mortuus eſt, non haec cum ſententia contingit. Si enim dum ille*

operi

operi neceſſario fortasſis incumberet, & iſte inſeparatus occurreret ſub arbore, & ſub ipſa oppreſſus eſt, inciſor arboris non tenetur pro homicida. Haec ibi gloſſa. *Fortunae enim caſus nullo hominum conſilio prouideri poſſunt.* Item *cauſa ſecunda* quaeſtione *tertia* ex conſilio WORMATIENSI, ſaepe contingit, *ut in monaſterio monachorum furta perpetrentur. Idcirco ſtatuimus, ut quando ipſi fratres de talibus ſe expurgare debent, Miſſa ab Abbate celebretur, uel ab aliquo ex praeſentibus fratribus & ſic expleta miſſa omnes communicentur in hac uigilia: Corpus domini ſit tibi hodiè ad probationem.* Sed hoc eſt abrogatum, ſecundum apparatum, quia ſuſpectis non eſt danda euchariſtia. ſequitur in eadem cauſa. *Interrogatum eſt, ſi duo de adulterio inculpati fuerint, & unus profitetur, & alter negat, quid inde agendum ſit. Decretum in conſilio ſancto, ut ille, qui negauerit probabili ſe iudicio expurget, & qui profeſſus fuerit, dignam poenitentiam agat.* Ibidem ſequitur: *ſtatuit quoque* ſancta Synodus, *ut ſi de adult. accuſati fuerint, & ambo negauerint, & orant ſibi concedi, ut alter illorum utroque iudicio purget diuino ſe ſi unus in hoc ceciderit, ambo rei habeantur.* GLOSSA hic non agitur criminaliter, ſed ad poenitentiam uel ad tori ſeparationem. Ibidem ſequitnr. *Si Epiſcopo aut Presbytero aliquod maleficium imputatum fuerit, pro ſingulis miſſam celebrare debet & communicare, & de ſingulis ſibi imputatis innocentem ſe oſtendere.* Quodſi notifecerit, quinquennio a liminibus eccleſiae extraneus habeatur. GLOSSA quae in purgatione deficit. Item CAVSA XVI. Quaeſtione I. *Quicunque uoluerit in ſua proprietate eccleſiam aedificare, & conſenſum & uoluntatem Epiſcopi habuerit, in cuius parochia eſt,*

Fortunae caſus nullo hominum conſilio prouideri poſſunt.

Loca in DECRETIS, *quae facta Wormatiae.*

licitum ſit. *Veruntamen omnino prouidendum eſt Epiſcopo, ut aliae eccleſiae antiquiores, propter nouam, ſuam iuſtitiam aut decimam non perdant, ſed ſemper ad antiquiores eccleſias perſoluantur.* *Decimas autem baptismalibus eccleſiis perſoluendas* Leo papa IV. affirmabat. Item *Cauſa XXIII. Quaeſtione VIII.* ſancitum eſt, *ut unicuique eccleſiae unus Manſus integer abſque ullo ſeruitio tribuatur.* Gloſſa. *Manſus appellatur unde percipitur frumentum & uinum ad euchariſtiam conſecrandam.* Vel Manſum *appellat dotem eccleſiae, quia dos talis debet eſſe, ut eccleſiae poſſit inde ſufficere, & ſuſtentari abſque ſeruitio, & non debet dari ei poſſeſſio onéroſa.* Sequitur in textu: *Et Presbyteri in eis conſtituendi non de decimis, non de domibus, neque de oblationibus fidelium, neque de atriis, neque de hortis iuxta eccleſiam poſitis, neque de praeſcripto manſo aliquod ſeruitium faciant praeter eccleſiaſticum. Etſi aliquod amplius habuerint inde maioribus ſuis ſeruitium impendant. Hinc datur intelligi, quod de his, qui imperiali beneficio, uel a quibuslibet pro beneficio ſepulturae eccleſia poſſidet nullius iuri niſi Epiſcopi teneantur aſtricta. De his uero, quae a quibuslibet emerit uel uiuorum donationibus acceperit, principibus conſueta debetur obſequia, ut annua eius ſoluat tributa. Et conuocato exercitu cum eis proficiſcatur ad caſtra, quod tamen hoc ipſum non ſine conſenſu Romani pontificis fieri debet.* Haec ibi. *Item* Cauſa XXIX. a Quaeſtione ſecunda: *Siquis ingenuus homo uxorem ancillam alterius acciperet, & exiſtemat, quod ingenua ſit: ſi ipſa foemina fuerit poſtea in ſeruitute detecta, ſi eam à ſeruitute redimere poterit, faciat; ſi non poteſt, ſi uoluerit, aliam accipiat. Si autem ancillam eam ſcierat & collaudauerat,*

uerat, prout legitimam eam habeat. Similiter & inter ingenua de ſeruo alterius facere debet. Videatur Gloſſa ibi. Item ibidem ſequitur: Si foemina ingenua acceperit ſeruum ſciens quod ſeruus eſſet, habeat eum, quia omnes unum patrem nos habemus in coelis, una lex erit uiro & foeminae. Item Cauſa XXX. Quaeſt. prima; *Siquis filiaſtrum uel filiaſtram ſuam ante Epiſcopum tenuerit, ad confirmationem ſeparetur ab uxore ſua, & nunquam aliam accipiat. ſimiliter & mulier.* Item Cauſa XXXIV. Quaeſtione I. *Siquis neceſſitate ineuitabili cogente in alium ducatum ſeu prouinciam fugerit, & eius uxor, cum ualet & poteſt, amore parentum & rerum ſuarum, eum ſequi noluerit, ipſa omni tempore, quamdiu uir uiuit, quem conſecuta non fuerit, ſemper innupta permaneat. Videatur apparatus ibi de hoc.* ℣. Item Cauſa XXXV. Quaeſtione 3. *Siquis cum matre & filia fornicatus fuerit, ignorante matre de filia, & filia de matre, ille nunquam accipiat uxorem. Illae uero, ſi uoluerint, accipiant maritos. Si autem ſciuerint hoc ipſae abſque maritis perpetuo maneant ibidem ſequitur. Si homo fornicatus fuerit cum muliere, & frater eius neſciens eandem duxerit uxorem, frater eò quod fratri crimen celauit, ſeptem annos poeniteat, & poſt poenitentiam nubat: mulier autem usque ad mortem poeniteat, & ſine ſpe coniugii maneat. Item poſtea in* eadem cauſa & quaeſtione; *In copulatione fidelium generationis numerum non diffinimus; ſed ſtatuimus, ut nulli liceat Chriſtiano de propria conſanguinitate ſeu cognatione accipere uxorem, usque dum generatio recordatur aut cognoſcitur aut in memoria retinetur. Item de* conſecratione diſſertatio tertia *presbyter euchariſtiam ſemper habeat paratam, ut quando quis infirmatus fuerit,*

ſtatim

ſtatim eum communicet, ne ſine communione moriatur. Haec de conſiliis uel conſilio Wormatiae ſeruato dicta ſufficiant, quae in DECRETIS ſemper habentur. Anno autem Domini DCCCXXXIV.

an. 834. *Ludou. Pius Wormatiae.*

Ludouicus imperator dictus Pius in initio quadrageſimae *Wormatiae* uenit, & ibi uxore recepta atque exercitu congregato, contra filios ſuos ad ſe uenire uolentes, in Alſatiam profectus eſt, atque ibi à ſuis deſertus ac perditus in poteſtatem filiorum redactus eſt. Anno Domini

an. 838. *terrae motus.*

DCCCXXXVIII. quinto Kalend. Februarii ueſpere terrae motus apud Wormatiam & in Spira factus eſt, in feſto ſanctorum Mauritii & ſociorum eius. Magna nix ubique cecidit & durauit usque ad paſcha in tota regione per XXIX. hebdomadas. Huc usque ſcripſit Einhardus. Notamus & quid Rodolphus continuauit, prout hic ſequitur. Anno Domini DCCCXXXIX.

an. 839. *Ludou. conciliati filii Wormatiæ.*

imperator Ludouicus Pius paſcha Domini juxta lacum *Brigantinum* celebrauit. Deinde menſe Maio *Wormatiam* ueniens Lothario filio ſuo de Italia in eius fidem uenienti reconciliauit regnumque Francorum inter eum & Carolum filium ſuum minimum diuidit. Lothario quidem qui maior natu erat, nominis ſui dignitatem & ſedem regni tribuens; Ludouico uerò filio minori, pro eo quod eum offenderat, Bauarorum prouinciam tantum conceſſit. Eodem quoque anno ſtella cometes in ſigno arietis apparuit, & prodigia alia ſecuta & in coelo uiſa ſunt: nam & coelum nocte ſerenum rubuit, & per aliquot noctes igniculi plurimi inſtar ſtellarum per aërem

Ludouicus fundator monaſterii.

diſcurrere uidebantur. LVDOVICVS iſte imperator, princeps deuotus & pius, in ſuburbio noſtro uerſus Spiram monaſterium fundauit monialium

nialium ordinis ſancti Benedicti. Quod monaſterium usque hodie ibi habetur & dicitur uulgariter Nonnenmünſter. Vnde hodie ibi antiquisſimis literis ſcriptum inuenient in eccleſia ſic: *Clauſtri fundator Ludouicus induperator, princeps egregius, cui det Deus arce poli ius.* Nihil amplius ibi de fundatione inuenitur, pro eo quod monaſterium ſemel incendio periit cum literis & priuilegiis ſuis. Scribitur quoque ſingulariter ibi nomen cuiusdam monialis *Irmengardis*, quae forte abbatiſſa fuit uel alia perſona nobilis & famoſa in ſanctitate & uita laudabili. Dehinc diligenter perquirens facta eorum & geſta, inueni in *Calendario* cuiusdam *Miſſalis* ſic ſcriptum: *Secundo Kalend. Febr.* MECHTHILDIS *abbatiſſa ſoror beati Borchardi epiſcopi Wormatienſis. Et requieſcit corpus eius in antiquo choro noſtro.* Huius infra memoriam faciam in hiſtoria Beati BORCHARDI epiſcopi Wormatienſis quae fuit uirgo Chriſti ſuaſu fratris ſui mundum derelinquens, & Chriſto usque in finem in loco iſto deuotè ſeruiens. Dehinc in eodem libro ſequitur *ſexto Kal. Auguſti alia, quae dedit gartha huic loco:* Item XIX. Kalend. Septembris in profeſto aſſumtionis beatae Mariae, obiit IVLIA Ludouici imperatoris filia. *Item VII.* Non. Septembris anniuerſarium Ludouici regis. *Item idibus Aprilis* obiit CONRADVS epiſcopus, qui dedit nobis quinque denariorum ſolidos. Haec ſunt quae de monaſterii huius promotoribus inueni. Sed infra dicam, quod LANDOLPHVS hunc locum reformauit, expellens ex eo moniales ordinis ſancti *Benedicti*, propter malam ſuam vitam; & introduxit moniales *Ciſtercienſis* ordinis, quae modo adhuc in eo morantur, in uera refor-

NONNENMVNSTER.

ExMSCTO ad miſſale in Nonnenmünſter.

Mors Iuliae.

Landolphus Epiſcopus Worm. reformator monaſterii.

reformatione. Fecitque *Landolphus* ſe ſepeliri in eodem monaſterio in lapide marmoreo, qui ibi oſtenditur ſine epitaphio, quod tamen ſatis admirandum eſt, utrum factum ſit ex humilitate Landolphi, uel ſimplicitate monialium ibi manentium. Ideoque nunc inhabitantibus ibi iſta

an. 840. incognita ſunt. Anno Domini DCCCXL. per aliquot noctes rubor aeris nimis apparuit, ita ut unus trames ardens ab euro, alter a circeo exorientes in unum coirent, & quaſi coagulati ſanguinis ſpeciem in coeli ſummitate monſtrarent. In uigilia autem aſcenſionis domini, hoc eſt, quarto *idus Maii*, eclipſis ſolis infra ſeptimam & octauam horam diei facta eſt tam ualida, ut etiam ſtellae propter obſcuritatem ſolis uiſae ſint. Nec miror, quia imperator LVDOVICVS PIVS obiit, & filii eius, qui propter regnum tantum effuderunt ſanguinem, qualem in nulla legimus hiſtoria, de quibus tamen hic propter prolixita-

an. 841. tem tacemus. Anno tamen Domini DCCCXLI. cum Ludouicus contra Lotharium Rheni oras defenderet, Lotharius inchoante menſe Aprili iuxta Wormatiam cum exercitu clam tranſiit Rhenum & Ludouicum fratrem ſuum à quibuſdam ſuis proditum Bauariam redire coëgit. Poſtea infecto negotio rediit Wormatiam, & ibi celebratis nuptiis filiae ſuae rurſum contra Carolum fratrem ad Gallias pergit, ubi toto hiberno tempore inani labore conſumpto Aquisgrani reuertitur. Cometes ſtella VIII. Kalend. Ianuarii ſub ſigno aquarii apparuit. Anno uerò Domini

842. *Filiorum Ludouici pii conuentio.* DCCCXLII. LVDOVICVS uenit ad fratrem CAROLVM Wormatiae, LOTHARIO fratre eorum in uilla Theodonis morante. Et quia tunc adhuc de partitione regni concordare non poterant,

poterant, unusquisque rediit ad proprium. Eodem anno facta eſt eclipſis lunae in Kalendis Aprilis quinta feria ante paſcha, decima hora noctis. Concordauerunt autem fratres primores regni, & factus eſt Ludouicus rex Bauarorum primus & ultimus & Lotharius imperator, atque Carolus rex Francorum ſiue potius Gallorum. Porro de Ludouico iſto, qui fuit filius Ludouici Pii multa in praefata ſcribuntur hiſtoria, quia dominus terræ noſtræ fuit, & frequenter in Wormatia & Moguntia & Francfordia fuit. Anno Domini DCCCL. grauisſima fames Germaniae populos oppreſſit, maxime circa Rhenum habitantes. Nam unus modius de frumento uendebatur decem ſiclis argenti. RABANVS autem archiepiſcopus Moguntinus ibi ſuam ſanctitatem & uirtutem tunc circa pauperes oſtendit. Eratque uidere miſeriam. Mulier quaedam inediâ pene conſumpta cum puero primulo ueniebat, & inter caeteros refocillari deſiderauit; ſed priusquam limen portae tranſcenderet, prae nimia imbecillitate corruens ſpiritum exhalauit; puer uero mamillam matris mortuae quaſi uiuentis de ſinu protrahens & ſugere tentans, multos intuentes gemere ac flere coëgit. Anno Domini DCCCLV. terrae motus plurimi fuerunt. Aeris inſolita commutatio turbinibus ac tempeſtatibus plagisque grandinum multis damnum intulit. Fulminum ictibus aedes plurimae concremantae ſunt, maxime in Moguntia multa ſunt damna facta. Menſe Octobri XVI. Kalend. Nouembr. per totam noctem igniculi inſtar ſpiculorum occidentem uerſus per aërem denſisſime ferebantur. FOLWICVS epiſcopus ſedit in Wormatia poſt Bernharium, ſed nihil de eo inueni-

anno 850.

Rabani Moguntini uirtutes.

anno 855.

VI. Epiſcopus Wormatiae FOLWICVS.

VII. AMBRANDVS. *VIII.* SAMVEL. *anno* 838. uenitur in hiſtoria praedicta, quo mortuo AMBRANDVS epiſcopus Vangionum efficitur, ſed nec de eo aliquid inuenitur. SAMVEL ſucceſſit Ambrando in epiſcopatu Vangionum anno Domini DCCCLV. qui obiit VII. Id. Februarii, ſepultus in Nuhuſen ante altare ſanctae crucis. Iſte cum *Ludouico rege* ſtatuit & ordinauit, quod communitas in *Heydesheim* quolibet anno cereum paret, qui in natiuitate uirginis glorioſae Mariae Dei genitricis in eccleſia Neuhuſenſi ſtatueretur. Similiter & hoc fecit in aliis uillis tribus. Iſte autem SAMVEL fuit primus Abbas in Lauriſſa, & fuit ordinatus in epiſcopum *Wormatienſem* anno Domini DCCCXXXVIII. tempore Ludouici Pii imperatoris. Sed obiit, ut in hiſtoria ſupra tacta dicitur, anno Dom. DCCCLV. & ſic praefuit quaſi decem & octo annis. Anno uero nono ordinationis ſuae ipſe conſecrauit aulam imperatoris in *Nuhuſen*, quae prius fuit aula DAGOBERTI REGIS Francorum in honorem ſaluatoris noſtri Domini Ieſu Chriſti, & ſanctae *Mariae* genitricis DEI. Nec non. *S. Cyriaci* martyris atque omnium ſanctorum. Sed prius erat baſilica conſecrata & fundata in honore ſancti Dionyſii martyris à rege Francorum Dagoberto. Mortuus uero & ſepultus eſt in Lauriſſa ad tempus. Sed anno Dom. MCCLXXIII. translatus fuit ad eccleſiam *Nuhuſenſem* & ibidem in tumba plumbea reconditus ante altare ſanctae crucis. Vnde & nuper anno Domini MCCCC. LXXIX. ſecunda die ante feſtum natiuitatis Mariae glorioſae uirginis Dei Genitricis inuenta ſunt oſſa illius in eccleſia Nuhuſenſi in tumba plumbea. Vnde de hoc ſic ſcriptum monent.

mortuus anno 855. *Aula Dagoberti Regis Francorum in Nuhuſen conſecratur.*

Tum ſatan eccleſiam excuſſit filius iſtam,

Alma

Alma uenundantur SAMVELIS et oſſa lauantur,
Hic colitur digne quia manſit iuſtus in igne.

Epitaphium epiſcopi Samuelis praedicti:

Haec loca fundauit SAMVEL, gratumque parauit
Ipſe gregem Chriſto, tumulo qui clauditur iſto.

Mortuo Samuele epiſcopo & ſepulto, GVNTO *IX. GVNTO.* epiſcopus Vangionum efficitur tempore Ludouici regis, qui in orientali Francia praefuit, qui filius erat Ludouici Pii imperatoris. Sed quamdiu praefuerit, uel quid fecerit, non inuenitur exaratum. Anno Domini DCCCLVIII. Ludouicus *Ludouicus Germanicus Wormatiae 858.* rex Orientalis Franciae, hoc eſt, huius terrae noſtrae, qui filius fuit Ludouici Pii imperatoris, uenit tempore quadrageſimae ad WORMATIAM, Vangionum ciuitatem, & ibi placitum habuit. Anno Domini DCCCLVIII. *terrae motus* *an. 858.* factus eſt magnus per regiones & ciuitates diuerſas. Dehinc *Legati* ſolennes ex occidente uenientes petiuerunt a Ludouico, ut populo in anguſtia poſito ſubueniret, quod niſi celeriter fieret, à paganis cum periculo Chriſtianitatis quaerere debent ſubuentionem. Quod audiens uir *Ludouicus benignus* & iuxta exemplum patris ſui pius ſatis, de conſilio ſapientum uenit ad ciuitatem Vangionum in menſe Auguſto, & ibi collecto exercitu in Galliam profectus eſt. Vtique laus urbis noſtrae eſt, quod totiens à Carolo Magno & filiis eius & filiorum filiis uiſitata & inhabitata eſt. Quod utique non fuiſſet, ſi non ciuitas ſolennis extitiſſet & famoſa multum. Anno Domini DCCCLIX. *Ludouicus* *anno 859.* rex quaſi inchoante ueris tempore de Galliis rediens WORMATIAM uenit, ubi frequentes nun-

nuntios fratris ſui et nepotum audiuit. Anno
anno 860. DCCCLX. *hybernum* tempus aſperum nimis & ſolito prolixius erat, frugibusque & arboribus pernoxium nimis. Nix quoque ſanguinolenta in plerisque locis cecidiſſe reperta eſt. Anno
anno 866. Domini DCCCLXVI. Ludouicus filius huius Ludouici grauiter ferens, quod fratri ſuo *Carolomanno* quae beneficia praeſtitiſſet, ſibi ſubtrahens, contra patrem dimicare proponit. Sed tandem Lutberto epiſcopo Moguntinenſi, aliisque pacis amatoribus, menſe Nouembri apud Wormatiam patri ſuo reconciliatur. Anno Do-
anno 867. mini DCCCLXVII. terrae motus per plurima loca factus eſt ſeptimo idus octobr. Anno Do-
anno 868. *Synodus Wormatiae.* mini DCCCLXVIII. *Synodus* apud Wormatiam menſe Maio habita eſt, praeſente Ludouico rege, ubi epiſcopi nonnulla capitula de *utilitate eccleſiaſtica* conſcribentes ergo eorum ineptiis congrua dederunt teſtimonia. Sed de his capitulis aliqua ponuntur IN DECRETIS, quae ſuperiori folio poſui. Eodem anno ſtella *cometes* per aliquot noctes apparuit. Fontes quoque et flumina propter nimiam imbrium abundantiam creſcendo intumuerunt, & per diuerſa loca in frugibus & aedificiis damnum fecerunt non modicum. Hanc plagam etiam fames maxima cum ingenti pernicie generis humani per totam Germaniam & Galliam ſecuta eſt. Anno Do-
anno 870. *Ludouicus Wormatiae.* mini DCCCLXX. Ludouicus rex dies *Litaniarum* & *Pentecoſtes* prope Wormatiam celebrauit. Inde quoq; a Carolo fratre inuitatus ad collegium ad occidentem profectus eſt. PRODIGIA multa his diebus uiſa ſunt per aliquot noctes. Aer totus rubore quaſi ſanguine perfuſus enituit. Item nubes uarii coloris per tres continuas noctes ab

Aqui-

Aquilone aſcendebant. Aliae ab oriente & meridie aeque ueniebant, ſpicula ignea inuicem ſine intermisſione mittentes. Tandemque in ſummitate coeli coeuntes et ſe quaſi exercitus in praelio confundentes, non modicum timorem ſimul & admirationem cernentibus ingerebant. Omnes tamen rogabant dominum, monſtrum in bonum conuerti. Nonnulli etiam in pago *Wormatienſi* meſſem colligentes, propter ſolis calorem ſolito grauiorem, extincti referuntur. Plurimi quoque in Rheni flumine ſuffocati perierunt. Mulier quaedam in feſtiuitate ſancti Laurentii, caeteris ad eccleſiam properantibus, panes coxit uenales, quae a uicinis admonita, ut tantae diei honorem tribueret, noluit omittere, quin opus coeptum quaeſtus cauſa expleret. Sed cum reuerentiae ſanctorum praepoſuiſſet lucrum terrenum, & ex eadem maſſa farinae, qua de prius nitidos fecerat panes, poſtea formatos miſiſſet in fornacem, ſubito eosdem atramento reperit nigriores. Igitur confuſa foris cucurrit, & peccatum, quod commiſit in transgresſione tantae feſtiuitatis, & damnum, quod de interitu panum perpeſſa eſt, palam omnibus qui aderant, indicauit. Peſtilentia quoque boum immaniſſime graſſando multis irrecuperabile damnum intulit. Anno Domini DCCCLXXII. omne *anno 872.* tempus aeſtiuum grandinibus uariisque tempeſtatibus pernoxium extitit. Nam grando per plurima loca fruges deuaſtauit. Horrida etiam tonitrua & fulmina pene cottidie mortalibus interitum minabantur, quorum ictibus praeualidis homines & iumenta in diuerſis locis exanimata & in cinerem redacta narrantur. DOMVS *ſancti Petri* in VVormatia igne coeleſti *S. Petri Domus.* con-

conſumpta eſt, & muri penitus euerſi ſunt & deſtructi. Sequenti anno rex Ludouicus exactis diebus XV. in Franckenfort, tranſiens prope VVormatiam in uillam *Bierſtat*, placitum habuit, & filios ſuos ad *audiendum cauſas* ſingulorum conſtituit, & omnibus terminatis unusquisque cum gaudio ad propria rediit. Eodem anno facta eſt fames ualida per uniuerſam Germaniam & Italiam, & multi inedia conſumpti ſunt. Tempore nouarum frugum noui generis plaga, et prima in gente Francorum uiſa, Germanicum populum non mediocriter afflixit. Nam uermes quaſi *locuſtae* quatuor pannis uolantes et ſex pedes habentes ab oriente uenerunt, et uniuerſam ſuperficiem terrae inſtar niuis operuerunt, cuncta quae in agris & pratis erant uiridia deuaſtantes. Erant autem ore lato et extenſo inteſtino, duosque habebant dentes duriores lapide, quibus tenacisſimos arborum cortices corrodere ualebant. Longitudo & craſſitudo illorum quaſi pollex uiri, tantaeque erant multitudinis, ut una hora diei centum iugera frugum prope Moguncíam conſumerent. Quum autem uolabant, ita totum aerem per unius millarii ſpatium uolabant, ut ſplendor intra poſitus uix appareret, quorum nonnulli in diuerſis locis occiſi, ſpicas integras cum granis & ariſtis in ſe habuiſſe reperti ſunt. Quibusdam uero ad occidentem profectis ſuperuenerunt aliae, & per duorum menſium curricula, pene cottidie ſuo uolatu horribile cernentibus praebuere ſpectaculum. Poſt hoc peſtilentia & fames per uniuerſam Galliam & Germaniam graſſata eſt, & pene tertia pars humani generis conſumpta.

anno 873. *placitum.*

anno 873. *Plaga horrenda uermium deuaſtantium fruges. ſimile quiddam auditum eſt anno* 1541.

Stella

Stella cometes VIII. Idus Iunii in aquilonari parte, prima hora noctis apparuit plus ſolito ſcintillans comasque ſpargens rem ſtupendam imo lugendam, quæ ſecuta eſt, ſua apparitione praemonſtrans, quaedam uilla ſubitanea imbrium inundatione periit & homines interemit. Non longe poſt Ludouicus obiit, & filius eius Ludouicus in Lauriſſa monaſterio eum ſepeliit. Cuius morte comperta Carolus rex Gallorum frater eius ſibi uſurpare regnum ſuum uoluit, & cunctas ciuitates Rheni fluminis ſuo regno addere, id eſt, Moguntiam, VVormatiam & Nemetum, filiosque fratris ſui opprimere. Sed poſtea a Ludouico filio Ludouici fratris ſui, Deo iuuante, turpiter fugatus eſt, & immenſa ſpolia ei dereliquit, & non longe poſt ea turpiter obiit in Italia. Eodem anno dolor oculorum & febris Italica Germanicum populum grauiter uexauit, maxime circa Rhenum habitantes. Et peſtilentia ingens ſecuta eſt, ita ut plurimi tuſſiendo interierint. Anno Domini DCCCLXXVIII. eclipſis lunae facta eſt in diebus menſis Ianuarii, ultima hora noctis. Sol quoque in quarto Kal. Nouembr. poſt horam nonam ita obſcuratus eſt per dimidiam horam, ut ſtellae in coelo apparerent, & omnes ſibi noctem imminere putarent. Boum peſtilentia grauiſſima in Germania immaniſſime graſſata eſt, maxime circa Rhenum, quam cladem non mediocris hominum mortalitas ſecuta eſt. Villa quaedam in VVormatienſi dioeceſi ſita eſt, ubi res miranda contigit. Nam dum animalia mortua cottidie de domibus traherentur in agris, canes, qui in eadem uilla erant, iuxta morem ſuum cada-

Ludouicus rex obiit.

anno 878.

Walsheim non procul ab Ingelheim.

cadauera eadem laniando comedebant. Quadam uero die pene uniuerſi in unum locum congregati inde diſceſſerunt, ita ut pene nullus eorum poſtea neque uiuens neque moriens inueniri potuiſſet. Anno Domini DCCCLXXX. Ludouicus filius Ludouici regis menſe Auguſto cum ſuis apud VVormatiam colloquium habuit, & quoſdam ex fidelibus ſuis obuiam legatis ſui nepotis transmiſit, & alios contra aduerſarios miſit. Hoc anno in VVormatia & aliis pluribus locis regni Ludouici ſterilitas frugum & omnium rerum penuria Germanicum populum non mediocriter afflixit. Anno Dom. DCCCLXXXI. hybernum tempus ualde prolixum, & animalibus diuerſi generis ualde pernoxium fuit. Nam tellus uerno tempore glaciali frigore conſtricta, animalibus ſolita negauit paſcua, & tunc illa fame & frigore maxima ex parte perierunt, etiam propter ſterilitatem anni prioris. Anno Domini DCCCLXXXII. cometes XV. Kal. Febr. prima hora noctis apparuit, comas ſuas ſupra modum ſpargens et Rheni infauſta, quae cito ſecuta ſunt, ſua apparitione praemonſtrauit. Nam Ludouicus inualeſcente morbo XIII. Kalend. Februarii diem ultimum clauſit, cuius corpus translatum eſt in monaſterio ſancti *Nazarii*, quod de *Lauriſſa* & iuxta patris ſui tumulum ſepultum eſt. Huc usque hiſtoria Caroli Magni, quae apud nos in antiquiſſimo eſt inueterato libro. Et uno quidem multi fuerunt Ludouici, & propter hoc multi erant in deſcriptione horum. CAROLVS MAGNVS genuit Ludouicum Pium. LVDOVICVS PIVS genuit tres filios, Lotharium, iſte genuit Ludouicum: Carolum, ſimiliter & iſte Ludouicum, qui fuerunt reges huius terrae.

anno 880.
Ludouicus colloquium.
anno 881.
anno 882.
mors Ludouici R.
Lauriſſa.
Genealogia Caroli M.

terrae. Iſti duo ultimi ſunt ſepulti in *Lauriſſa* in monaſterio quod Teutonicè dicitur *Loers*. Poſt mortem iſtorum duorum Ludouicorum gloria Francorum defecit multum. Vnde et nihil amplius inuenio, reges Franciae apud nos uenisſe uel fuiſſe, propter quod inuenio urbem noſtram a poſtremo honore ſuo & uigore defeciſſe. Permanſit tamen PRINCEPS aliquis in caſtro VVORMATIENSI, ubi modo eſt eccleſia *ſancti Pauli*, ſed ſub ipſo urbs omnino defecit, ut patebit in ſequentibus. *Origo principum Wormatiae.*

CAPVT VI.

DE QVODAM NOBILI DVCE Wormatienſis ciuitatis CONRADO, qui in praelio obiit.

IN hiſtoria *Friderici* imperatoris *Primi* legis, quod Fridericus iſte primo genitus fuit de regia ſtirpe & imperatorum illorum, qui a *Conrado* imperatore & ſuis poſteris progeniti ſunt. Porro idem *Conradus* imperator fuit de ſtirpe illius nobilisſimi *ducis Wormacienſis*, qui in praelio cum Vngaris ſub *Ottone Magno* & primo huius nominis circa ciuitatem Auguſtam habito occubuit, proſapiam ducens ex parte matris a duplici praeſtita ſtirpe regia, ſcilicet *Clodoueorum* & *Carolorum*. *Otto enim Magnus imperator huius nominis primus cum in Saxonia conſiſteret, audiuit a nuntiis fratris ſui*, Henrici *ducis Bauariae: Quia ecce Vngari inuadunt terminos tuos, ſtatuuntque tecum inire pugnam: his auditis coepit ire contra hoſtes, ſumptis ſecum admodum paucis de Saxonia, eo quod iam bellum Sclauonicum urgeret. Caſtris igitur poſitis in Auguſtae urbis* *Origo DVCVM Wormatiae.* *Ottonis M. expeditio in Boioaria.*

confinio, Francorum & Bauarorum *occurrit exercitus. Cum ualido quoque uenit equitatu in caſtra DVX CONRADVS, cuius aduentu milites erecti iam optabant non differre certamen. Erat enim dux idem natura audacis animi, & quod rarum eſt audacibus, bonus conſilio, & dum pedes & dum eques iret in hoſtem bellator intolerabilis, domi ac militia carus ſociis. Igitur ab utriusque exercitus latrocinantibus agminibus notificabatur, non longe ab inuicem fore exercitus. Ieiunio itaque in caſtris praedicato, iuſſum eſt omnes ad bellum paratos eſſe craſtino. Primo diluculo ſurgentes pace data & accepta, operaque ſua pri*mum *duci, deinde ab unoquoque altero promiſſa cum ſacramento, erectis ſignis nouo quaſi octo legiones procedunt è caſtris. Ducitur exercitus per aſpera & difficilia loca, ne daretur hoſtibus copia turbandi ſagittis agmina, quibus utuntur acerrimè arbuſtis ea protegentibus.* Primam & ſecundam & tertiam *legiones duxerunt BAVARI, quibus praefuerunt praefecti ducis Heinrici. Nam ipſe aberat, eo quod in ualetudine corporis laboraret, qua & mortuus eſt.* Quartam *legionem ordinauerunt ſana, quorum rector & procurator dux Conradus. In* quinta, *quae erat maxima, quae dicebatur regia, ipſe princeps erat, uallatus electis ex omnibus militum millibus alacrique iuuentute, coramque eo angelus, ſic enim uocabatur uexillum eius denſo agmine circumſeptus.* Sextam & ſeptimam *conſtituerunt* SVEVI, *quibus praefuit* Borchardus, *cui nupſerat filia regis. In* octaua *erant* BOHEMI, *electi milites mille, armis potius inſtructi quam fortuna. In qua et ſarcinas omnes et impedimenta quoque poſuerant, quaſi ipſa eſſet tutiſſima quia nouiſſima. Sed aliter res acta eſt.*

CVNRADVS Wormatiae dux.

Deſcriptio imperialis exercitus aduerſus Hungaros Ottone M.

Nam

Nam Vngari nihil cunctantes Li ium fluuium, qui Lech dicitur, tranſierunt, circumeuntesque exercitum extremam legionem ſagittis laceſſere coeperunt, & impetu cum ingenti uociferatione facto, aliis caeſis, aliis captis, ſarcinis omnibus potiti, caeteras legiones illius fugere compulerunt. Similiter ſeptimam & ſextam aggresſi, plurimis ex eis fuſis in fugam uerterunt. Rex autem cum aduertiſſet bellum ex aduerſo praetendi et poſt tergum nouisſima agmina periclitari, miſit illuc Conradum ducem cum quarta legione, qui ueniens captiuos eripuit, praedam excusſit, latrocinantia quoque hoſtium caſtra perturbauit. Fuſis itaque latrocinantium aduerſariorum undique agminibus, dux ad regem reuertitur cum ſignis uictricibus, mirumque in modum cunctantibus ueteranis militibus, gloria uictoriae asſuetis, quod cum nouo milite & fere bellandi ignaro triumphum peregit. Totum igitur pondus praelii iam ex aduerſo eſſe rex reſpiciens exhortationis gratia ſuos allocutus eſt, monens eos antiquarum uictoriarum & rerum ſedulo bene geſtarum, & ut modo in patria non cederent, qui ſaepius & in aliena terra uictores extitiſſent. *Et poſtquam huiusmodi uerba plurima dedit, ad ultimum intulit.* Plura loquerer, milites mei, ſi noſſem uerbis uirtutem uel audaciam animis ueſtris augeri, non melius gladiis quam linguis incipiamus. *His dictis accepto clypeo & ſarra lancea, ipſe equum uertit in hoſtem, fortisſimi militis ac optimi imperatoris officium gerens. Hoſtium audaciores primum reſtiterunt, ſed ut ſocios terga uertere uiderunt, obſtupefacti noſtrisque commixti interfecti ſunt. Caeterorum uero alii equis fatigatis uillas proximas intrant, circumfuſique armatis*

matis cum moenibus pariter concremantur. Alii flumen contiguum transnatantes dum ripa ulterior aſcendentes non ſuſtinet, flumine obuoluuntur & pereunt. Conradus autem dux fortiter pugnans animi feruore & ſolis ardore, qui eo die nimius erat, aeſtuauit, uinculisque loricae ſolutis; dum auram captat, uulnere ſagittae in aduerſo gutturis defixae cecidit, cuius corpus imperio regis honorifice collectum, transportatum in Wormatiam ibique ſepultum eſt cum luctu & planctu omnium Francorum. Ipſo uero die belli inuaſa ſunt caſtra, & omnes captiui liberati. Secunda & tertia die reliqua multitudo in tantum conſumpta fuit, ut nullus de tanta multitudine euaderet. Tres duces Vngaricae gentis capti, ducique Henrico praeſentati, mala morte, ut digni erant, mulctati ſunt, ſuſpendio namque creperunt. Triumpho celebri rex Otto factus glorioſus pater patriae & imperator eſt appellatus. Haec ideo de ipſo bello retulimus, quia ibi de nobilisſimo duce Wormaciae & Franconiae Conrado mentio facta eſt, qui de duplici ſtirpe regia Francorum, ſcilicet Clodoueorum & Carolorum progenitus fuit &c. Huc usque in praefata legitur hiſtoria Friderici primi, quae ob laudem DVCIS noſtri CONRADI hic interpoſuimus.

CAPVT VII.

Continuatio epiſcoporum Wormatienſium.

X. Epiſcopus Wormatiae ADELPHINVS. ADELPHINVS decimus epiſcoporum urbis noſtrae ſedit poſt Gunzonem, qui obiit XVII. Kalend. Februarii, de quo nihil inuenio.

XI. TITLACVS a. 900. TITLACVS uel THEICLACVS undecimus epiſcopus obiit XVI. Kalend. Auguſti. Sed Kalend. Se-

Septembris in Wormatia translatus, de quo in litera quadam *Nuhuſenſi* ſic ſcribitur: *data VII. Idus Auguſti anno incarnationis Dominicae DCCCXCVI. Indictione XII. anno regni Domini Arnulphi regis, imperii eius ſecundo acta* Francken-furt *curti uirginis &c.* Item in alia litera ſic: *data ſecundo non. Nouembris anno Domini DCCCCVI. anno Ludouici VI. acta Nuhuſen.*

IRICHEWO duodecimus epiſcopus Wormatienſis obiit VI. Idus Octobris. Et fuit ipſe tempore *Heinrici* primi ducis *Saxoniae*, de quo nihil inuenio. *XII. IRICHEWO.*

Amio uel AYMO tredecimus epiſcopus Wormatienſis ſub Ottone primo, obiit IX. Kal. Ianuarii. *XIII. AYMO.*

HILDEBORDVS uel HILTEBRANDVS ſiue HILTEBALDVS, decimus quartus epiſcopus Wormatienſis, ordinatus fuit Nonis Ianuarii, & obiit pridie Non. Auguſti, & fuit ſub Ottone ſecundo & tertio ad tempus. *XIV. HILDEBORDVS.*

FRANCO decimus quintus epiſcopus Wormatienſis ſub Ottone tertio floruit, & cum eo Romam pergens ibi obiit, ut in hiſtoria ſequenti Borchardi fratris ſui legitur. *XV. FRANCO.*

BORCHARDVS ſedecimus epiſcopus Wormatienſis fuit, cuius hiſtoriam ante annos uiginti quinque inuenimus ad ſanctum *Paulum*. Similiter & in *maiori eccleſia* habetur, quam hic ad laudem ciuitatis noſtrae de uerbo ad uerbum annectere uolo, prout inuenio ſcriptam. *XVI. BORCHARDVS tempore Ottonis tertii.*

Erat namque BORCHARDVS in prouincia Haſſiae genitus, parentibus ſecundum ſeculi dignitatem non infimis. Hic quippe puer commendatione parentum apud *Confluentiam* canonicè primum eruditus, deinde per loca diuerſa cauſa ſtudii deiectus eſt. *Natales.*

Poſtea uero *Willigiſo* archiepiſcopo Moguntinenſis ſedis ſeiunxit, illiusque ſalutari ſapientia repletus, *Educatio.*

tus, & ſecundum ſuos nobiles mores imbutus quanquam aetas denegaret, uitioſa facta fugiendo uitabat, & ad meliora paulatim animum torquebat. Nam poſt primaeuum iuuentutis florem omni bonitate refulſit praeclarus, in commiſſo fidelis, in conſilio prouidus, in proſperis non elatus, in aduerſis non turbatus, ſublimioribus obediens, egenis compatiens, miſeris affabilis, miſericors ſubditis, multum largus, moribus honeſtiſſimis, atque in omni opere Dei ſtrenuus. Patientiam in eo laudare, non eſt neceſſe, cum ſibi ſeruientibus, quamuis ſaepe contra illum delinquentibus, iſtisque pollens uirtutibus & ſimilibus per ſingulas graduum ſtationes ad diaconatus ordinem ab archiepiſcopo Willigiſo ſublimatus eſt, loco cuidam pauperrimo praepoſitus. Hunc ergo locum, archiepiſcopo adiuuante, ſummo niſu ſtatim adauxit, totisque uiribus decreauit. Nam egregium monaſterium ſimul & clauſtrum canonicorum in honore ſancti Victoris extra muros Moguntinae ciuitatis conſtruxit. Eſt autem Victor iſte ſocius ſancti Gereonis in Colonia quieſcentis, qui uno die paſſi ſunt. Sed Victor cum ſuis in Xantum & Gereon cum ſuis in colonia. Poſitis ergo ibi ad electionem fratrum clauſtri primatibus, curſum certis temporibus ac ſignis decantari ſeruarique praecepit: Et ita rebus eccleſiaſticis ſecundum regulam canonicam rite ordinatis, praedia & mancipia multa, quae uel traditione parentum, uel donatiuo regio acquiſierat, huic eccleſiae in proprium contulerat. Sicque piis huius uiri laboribus laudes & gratiarum actiones officio cottidiano in loco praedicto DEO noſtro perſoluuntur. Religioſiſſimus autem *Willigiſus* archie-

Virtutes.

Collegium S. Victoris Moguntiae inſtituitur.

In amore Willigiſii Moguntini.

archiepiſcopus, ſanctam hominis Dei intelligens meditationem, ſibi familiarisſimum illum elegit, & ſuae camerae magiſtrum ac ciuitatis conſtituit primatem. In quo officio non ſolum apud homines, ſed etiam apud Deum praemia ſempiterna eſt conſecutus, quia neque muneribus neque donis aliçuius perſonae reſpectione a rectitudinis calle reflecti potuit, ſicut quidam, quos modo plerumque & amicitia uel inuidia & iudicio recto facile labi conſpicimus. Ex his aliisque plurimis pietatis ſtudiis creſcente fama beati uiri ad aures imperatoris Ottonis tertii notitia eius peruenit, quia ut erat piisſimus ualde illum dilexit, & ſaepe ad illum uenientem clementer ſuſcepit, ac diuerſis donis onuſtum honorifice, remiſit, gratiam ſibi promittens eſſe futuram. Interea contigit, ut *Hildebaldus* Wormatienſis epiſcopus diem clauderet ultimum, & uice illius FRANCO, praedicti domini Burchardi frater, conſtitueretur epiſcopus, de quo uiro multa narranda ſufficirent, ſi ingenii exiguitas non impediret. Hic ergò FRANCO accepto epiſcopatu aliquamdiu in Wormatiae finibus morabatur, demum rebus eccleſiaſticis rationabiliter expeditis in expeditionem Italicam cum imperatore Ottone tertio profectus eſt, ibique quoque plus quam unius ſpatium anni in ſeruitio imperatoris uigilanti animo ſtudebat, eiusque ſecretis ſaepisſime intererat, & quum de rebus maioribus aliquid tractandum erat, tanta familiaritate & auctoritate, quamuis iuuenis eſſet, apud imperatorem habebatur, ut ſine ipſius conſilio raro aliquid ſtatueretur. Cunctis erat affabilis & benignus, & plurima donando gloriam non modicam apud cunctos acquiſiuit. Vnde & omnes maxi-

Fit magiſter Camerae.

Vita Franconis *epiſcopi* Wormatienſis.

maximo honore ac dilectione illum habebant, & quaſi ſanctum iam iudicabant. Et idcirco ab imperatore multum honoratus & carus prae aliis habitus illius conſilio, & malos coercebat & rem publicam in pace gubernabat. Vnde contigit,ut imperator abbatiam Lauriſſam VVormatienſi eccleſiae concederet, & carta ac priuilegio perpetuo ſtabiliret, & in conuentu ac conſilio Romanorum prouinciarum praeciperet. Eodem tempore imperator & praedictus epiſcopus Franco, induti ciliciis pedibusque penitus nudatis quandam ſpeluncam iuxta ſancti Clementis eccleſiam clam cunctis intrauerunt, ibique in orationibus & ieiuniis nec non uigiliis quatuordecim dierum latuerunt. Fuerunt quidam, uiſionibus & allocutionibus diuinis eos crebro hoc loco fuiſſe conſolatos. Nos autem hanc rem paruam nobis comparatam exiſtimatione uulgi ruminandam relinquimus. Sed hoc tamen pro certo ſcimus, quod epiſcopo dies & hora obitus ſui diuinitus praenotata eſt. Et hanc ipſe epiſcopus imperatori, poſtquam domi renerſi ſunt, pronuntiauit. Quare imperator multum contriſtatus quem locum ipſius habere uel cui epiſcopatum committere debuiſſet, multum lacrumando ab eo quaeſiuit. Tuac tandem quaſi coactus reſpondit ſic: Fratrem unum habeo, ſi DEO placeret, hunc mihi ſucceſſorem rogarem. Super haec autem omnia Deus uirum praeuideat,in quo bene ſibi complaceat. Tunc

Iuramentum ſub teſtamento DEI.

imperator *ſub teſtamento DEI iurauit*, ante dictum epiſcopatum fratri illius ſe daturum. Et ut melius & facilius recordari potuiſſet, epiſtolam deprecatoriam pro hac re ab epiſcopo accepit, quam in ſacculum ſuum ad teſtationem tali poſuit.

poſuit. Quid plura? eodem die & hora, quam ipſe praedixit *Franco*, uir uenerabilis & Deo dilectus epiſcopus *Wormatienſis*, naturae ſuccubuit, & debitum mortis ſoluit, & corpus eius Romae ab imperatore cum magno honore in pace ſepultum eſt. Defuncto autem epiſcopo, ſtatim quidam aderant deprecatores imperatorem pro Epiſcopatu inuocantes. Ex quibus quidam EPHO paſtorali nomine inſignitus eſt. Sic hic poſtea quartum non uidit diem, quia die tertia defecit. Quo extincto, affuerunt iterum non pauci, aures imperatoris uariis rogationibus pecuniaeque promiſſionibus pro epiſcopatu in ceſſantem adimplentes, inter quos unus RASO nominatus maxime laborando & non pauca promittendo uirgam paſtoralem accepit. Qui ſtatim cum gaudio de Italia regreſſus, ad locum, qui dicitur Chur, peruenit, ibique uitam finiuit. Nuncii autem reuertentes *baculum* imperatori retulerunt, & huius interitum nuntiauerunt. Tunc tandem imperator ſuae memor *promiſſionis* manum ſuam clauſit & hunc epiſcopatum nemini, priusquam in patriam reuerteretur, ſe daturum promiſit. Quis hoc meritum beati patris noſtri *Burchardi* computabit, eiusque uitam in hoc laudabit, quod ita a Deo erat electus, ut iſtorum uirorum oſtenderet defectus. Mira res multumque ſtupenda, ut unus poſt electionem & epiſcopatus acceptationem quartum decimum diem non uidit: alter uerò quartum diem non uixit. Hic intelligere nec non & mirabilia DEI poſſumus uidere. Non eſt enim ſapientia nec prudentia nec ullum conſilium contra Dominum. Quod enim hominibus placuit, Deo diſplicuit; quod imperator elegit, Deus reiecit, & elegit infir-

diuinatio ſuae mortis.

Epho fit Epiſcopus trib. dieb.

Raſo fit epiſcopus.

infirma, ut confundat fortia. Sciebat namque ſuum ſe timentem, ſe colentem, ſe totis uiribus diligentem, hunc praedeſtinatum non laude hominum, ſed ſua miſericordia magnificauit. Imperator enim ab Italia regreſſus Saxoniam ingreditur, & in locum, qui dicitur Kyrzberg, peruenit. Illuc epiſcopus Moguntinus, & cum eo uenerandus *Burchardus* ad imperatorem uenit. Imperator archiepiſcopum honorificé ſuſcipiens cauſam Wormatienſis epiſcopatus illi expoſuit, duorumque uirorum mirabiles interitus omnino narrauit. Et poſt multas confabulationes ipſe imperator per feneſtram aſpiciens *Burchardum* uidit, quem ſtatim celeriter ad ſe uocauit. Et arripiens eum manu ſeorſum dixit, quid frater eius *Franco* pro eo rogauit, quidue ſibi demandauit, diligenter expoſuit, ac deinde epiſtolam, quam in ſacculo reſeruauit, illi aperuit, ſic quoque VVormatienſe ſacerdotium illi offerre coepit. Cumque ille multum reniteretur, ſeque indignum eſſe officium pontificale ſuſcipere, imperator uehementius inſtabat, & quaſi ui ad ſuſcipiendum eum compulit. Tandem uir uenerabilis *Burchardus* uidens, quia potenti reſiſtere non poſſet, petiit, ut cum ſeniore ſuo archiepiſcopo cauſam deliberaret. Quo impetrato ab archiepiſcopo accepto conſilio tandem ſe facturum promiſit. Hoc cum diceret, omnes, qui aderant, lacrimis obortis, illius dignisſimis meritis committitur uirga paſtoralis. Poſt aliquot autem dies licentia ab imperatore accepta cum archiepiſcopo ad locum Helingunſtat acceſſit. Sequente autem die pontificalis benedictionis unctione uenerabiliter conſecratus eſt. Deinde poſt multas ſalu-

ſalutationes, diuerſas amplexiones ab archiepiſcopo Moguntino Willegiſo honorifice dimiſſus eſt.

CAPVT VIII.

Quomodo BVRCHARDVS epiſcopus Wormatienſis factus Wormatiam *uiſitauit, quam deſolatam inuenit.*

BVRCHARDVS itaque recedens ab archiepiſcopo *Wormatiam* uenit, quam deſtructam & pene *deſolatam* inuenit. Nec non uſui hominum, ſed ferarum & maxime luporum latibulis aptisſima erat. Planities enim ualli & deſtructio muri latronibus & feris facillimum praebebat introitum. Fuerunt namque, quod lupi ſaepiſſime cunctis uidentibus pecora ibidem deuorabant; & homines hoc prohibere uolentes asſiduis inſultationibus audacter terruerunt, ac tandem, quamuis cunctis inſequentibus, illaeſi euaſerunt. Latrones uero hunc locum ad perficiendam ſuae uoluntatis nequitiam aptisſimum eſſe aiebant, quia neque munitio ualli, neque obſtaculum muri aliquam difficultatem ingrediendi illis offerret. Siquis autem ciuium uoluntati eorum aliquid contradixit, hunc nocturnis aggresſionibus petierunt, & cuncta, quae habuit, rapientes ſecum aſportauerunt, ipſum ſemimortuum uel ſemiuiuum relinquentes. Tali pace talique ſecuritate, nec non & tali munitione ciues Wormatienſes illis diebus uſi ſunt. Ad ultimum uero ciues relinquentes ciuitatem deſolatam, extra murum omnes abierunt, ibique domus & aedificia ad ſuos uſus neceſſarios condiderunt, & ſepibus ac trabibus aliisque lignis

BVRCHARDI epiſcopi Worm. acta.

Wormatiae deſolatae deſcriptio.

contra raptores & feras, in quantum potuerunt, ſe ſuosque munierunt.

CAPVT IX.

Quomodo epiſcopus BVRCHARDVS ciuitatem munire *coepit.*

BVRCHARDVS munit Wormatiam.

IGitur epiſcopus Burchardus uidens ciuitatem deſolatam multum doluit, acceptoque a ſuis conſilio, uallo firmisſimo ciuitatem circumdedit, murum undique reaedificauit, & ciues intra murum aedificare domos & habitare praecepit. Ita quippe in quinque annis pene ciues excluſos reuocauit, & pacem in his finibus firmauit atque ciuitatem Wormatienſem omnino deſolatam rite reſtaurauit. Sed haec una res piis huius uiri laboribus maximum fuit impedimentum.

CAPVT X.

Sequitur de Ottone duce Wormatiae, & de Conrado filio eius.

Otto & Conradus filius eius duces in Wormatia, non Wormatienſes, epiſcopo moleſti.

OTto dux, eiusque filius Conradus, intra ciuitatem habebant *munitionem* firmam, turribus & uariis aedificiis munitisſimam, ad quam raptores & fures & omnes qui contra epiſcopum eiusque fideles uerbis uel factis aliquid deliquerunt, ad hunc ſtatum ſe receperunt, et ſic tutisſimum ibi habebant refugium. Vnde & ob hoc obtruncationes & homicidia multa ex utraque parte fiebant. Hoc quippe dedecus haſque calamitates homo Dei Burchardus diu tolerabat, ſed pectore forti audacibus eorum actibus quaſi imperterritus ſemper tamen reſiſtebat, unde & contigit eisdem, ut uir Dei hoc genus omnibus

omnibus diebus uitae ſuae exoſum habuiſſet, & quaſi eccleſiae DEI inuaſores omnes reſpuiſſet, uno tantummodo iuuene excepto, quem parentes caeterique cognati, quia pacificus erat & innocentiam uitae diligebat, indignando reſpuebant. Hunc uir Dei uenerabilis ad ſe uocatum, DEI timorem pariter & amorem habere docuit & quaſi ad optimum nutriuit. Et quia ſtabilitatem animi in eo intellexit, prae caeteris multum dilexit, quem Deus poſtea ſpolium regni clementer collocauit. Epiſcopus igitur Burchardus cum potentium uiribus aliter reſiſtere deſperaſſet, curtim ſuam *muro* ad inſtar caſtelli circundedit, & interius *turribus* & habitaculis ad pugnandum idoneis non ſegniter excitatis, munitionem ſatis firmam conſtruxit. Caſtello itaque firmato & conſtructo in inimicorum audaciam fortis fortiter reſiſtebat, & ſpem ſuis & ciuibus augebat. Plerumque etiam ſuos ipſos hoſtes dictis & factis intrepidus terrebat. Poſtea uero ſedatis ſeditionibus & pace inter illos uix facta, iuſſu imperatoris epiſcopus cum magno apparatu & milites Moguntinenſes, nec non & abbas *Fuldenſis* ac epiſcopus *Würzburgenſis* cum non modica multitudine in Italiam profecti ſunt. Cumque maximo ſudore Germaniam pertranſierunt, imperator illis mortuus nunciatur, qui ut neceſſe erat, ualde contriſtati, uiam per quam uenerunt, reuerſi ſunt. Quam urbem hoſtes cum de circumiacentibus uillis maxima multitudine equitum & peditum uias undique concluſerunt, & quaſi ad bellum instructi, noſtrorum aduentum exſpectauerunt. Et noſtri uiſa tanta multitudine turbabantur, & illis inuitis per terminos eorum tranſire diffidebant. Initio tandem epiſcopi conſilio,

Wormatia moenibus cincta.

Iter in Italiam ad Ottonem III.

legatos mittunt,& ut ipſos per fines eorum cum pace tranſire paterentur,ſuppliciter precabantur. Quo uix impetrato illo die pace uſi ſunt. Intermiſſo noctis ſpatio, ualde diluculo hoſtes in unum conglomerati magno clamore & leuibus praeliis primos de noſtris laceſſere coeperunt, & utrinque paucis & uulneratis & occiſis clamor ab aliis auditur. Itaque omnes celeriter conſurgentes arma capiunt, & omnes in unum conueniunt. Inter quos quidam *Tremarus miles epiſcopi Wormatienſis*, uir ſtrenuus & omni bonitate praecipuus, qui in hoc exercitu in militari re opinatisſimus habebatur, hunc epiſcopus ad ſe uocatum rogat, ut ſi fieri poſſet, rem iſtam ſine humano ſanguine finiri adiuuaret, qui ſe eius iuſſa facturum promittens diſcesſit, conuocatisque aliis, quod omnino habebat tacite aperuit. Deinde montem ad aſcendendum periculoſisſimum cum ſuis maximo labore ac ſudore non ſegniter aſcendit, & inimicam manum clam circuiuit. Itaque hoſtes uiſis noſtris, & mirabili eorum aduentu perterriti animo diſſoluti ſunt, ac praecipites ſe fugae dederunt. Noſtri inſequentes tot in ea fuga peremerunt ac truncauerunt, quot conſequi potuerunt. Ex hac caede uenerabilis epiſcopus Burchardus turbatus lacrymas fudit, & Tremarum militem ſupradictum pro hac re arcuit tandem, quod non paucos denarios quaſi pro expiatione ciuibus remiſit. Itaque Dei gratia adiuuante in patriam reuerſi ſunt.

CAPVT

CAPVT XI.

Quomodo Henricus Sanctus Wormatiam uenit, & de ſublimatione eius in imperatorem.

MOrtuo itaque Ottone tertio Henricus Bauarorum dux undique collectis uiribus Wormatiam uenit,&, ut ſumma regni adhaereat, non modicum laborauit. Ibique cum epiſcopo *Moguntinenſi*, nec non *Wormatienſi* de his rebus conſilium iniit. Igitur cauſam aduentus ſui illis exponit. Deinde omnia quae uoluiſſent, ſi uoluntati conſentirent, facturum ſe promiſit. Promiſerat enim ſe Domum munitam *Ottonis* ſupra dicti *Ducis*, *quam in Wormatia habebat*, acquiſiturum, *& in poteſtatem epiſcopi Wormatienſis redditurum*, ſicque multa dando & promittendo ad uoluntatem ſententiae ſuae hos uiros perduxit, deinde *Moguntiam* cum illis uenit, ibique laudantibus cum cunctis, qui aderant, ſedem regni accepit. Vbi uero Heinricus imperator factus in ſolium regni eſt eleuatus; BVRCHARDVS, epiſcopus Wormatienſis ſuae non immemor promisſionis die noctuque ad libertatem ſuae ciuitatis regem inceſſanter ammonuit. Et ſic tandem rex ducem *Ottonem* ad ſe uocans, de his rebus cum eo ſententiam habuit, ac ſtudium uoluntatis ſuae illi aperuit. Qui ut erat uir prudens prudenter reſpondit: *Pater, etſi rem grandem mihi dixiſſes, facere debuiſſem, hoc autem te pro certo ſcire cupio, quod pro his rebus in aeterno Dei regno mercedem ſempiternam tecum me habiturum firmiter ſpero.* Iſtis hisque ſimilibus exemplis ita finita eſt tali modo. Quaedam namque uilla cum

*Epiſcopo conceſſum ducis in Wormatia caſtrum cc.an.*1000.

omnibus utilitatibus & appendiciis pro *Caſtro ducis* Conradi *in Wormatia* pro hac *domo* in cambium duci tradita eſt, quae dicitur *Bruchſella*.

CAPVT XII.

Quomodo epiſcopus Burchardus Caſtrum *deſtruxit & ibidem eccleſiam ſancti Pauli aedificauit.*

Caſtrum ducale deſtructum.

IGitur eadem die qua dux de munitione ſua ſiue de caſtro deceſſit, epiſcopus multis congregatis, eandem domum ſiue caſtrum *duce inſpiciente*, inuaſit, & usque ad fundamentum auida manu omnino deſtruxit, ne amplius ciuibus in laqueum. Dehinc de eadem materia eisdemque lapidibus monaſterium & clauſtrum in honorem *ſancti Pauli* conſtruxit, conſignans hoc titulo eccleſiam ob libertatem ciuitatis. Ergo cunctis, quae ad canonicam regulam pertinebant, rationabiliter ibi compoſitis, uiginti fratres, qui curſum certis temporibus ac ſignis conſeruarent, ibidem inſtituit. His modis uir Dei domum belligeram mutauerat in Chriſti eccleſiam; & quae erat domus contentionis, facta eſt domus reconciliationis, in qua modo DEO laudes die noctuque ſoluntur. FORESTVS una eſt duobus millibus a Wormatia diſtans abietibus abundans & hanc palus limoſa ex una parte abiendo circumcingit. In cuius medietate collis pulcherrimis conſiſtit, ad quem ſe uir Dei transferre fecit, quando mundanos tumultus deuitare uoluit. Deinde arboribus fructibusque excisis collem planari fecit, ibique primum oratorium, deinde aliis officinis peractis, cellam egregiam conſtruxit, atque illuc ſaepius poſt conſilia

S. Pauli aedes ex ruderibus illius.

Foreſtum in vicinia.

lia regiaque colloquia, & poſt curam ſynodalem, diuerſosque mundi ſaepius ſe tranſtulit. Ibique negotiis ſecularibus poſt tergum poſitis, totis uiribus in obſequio Dei ſe exercebat. Eodem tempore in collectorio canonum in hoc colle non modicum laborauit, quia a tumultibus alienus locus erat.

CAPVT XIII.

Quomodo epiſcopus Burchardus CANONES *elegit.*

IAm domino VValthero Spirenſi epiſcopo adiuuante, & Brunichone praepoſito exhortante & ſuggerente, CANONES in unum corpus collegit, non pro ulla arrogantia, ſed, ut ſaepe dixit, quia *canonum iura poenitentiumque iudicia* in epiſcopatu ſuo omnino fuerunt neglecta & deſtructa. Hoc uero corpus ſeu *collectorium* diſtinxit, & in *uiginti libros* diſtribuit. Sed hoc opus adhuc in *Franckendael* maiori habetur in pulcherrima libraria, licet modo hoc opus gratia non utantur iuriſtae. *Collector. DECRETORVM MSCT.*

CAPVT XIV.

DE CONSTRVCTIONE NOVAE ECCLESIAE ſancti PETRI, quomodo ſumma *dicitur ſiue* maior eccleſia.

PRaeterea uir Dei Burchardus a piis non ceſſans laboribus, eccleſiam ſancti Petri apoſtoli, quia exigua erat ultra modum, depoſuit, ponensque fundamentum conſignauit monaſterium *mirae magnitudinis*, quod quidem magna celeritate paucis annis pene ad perfectionem *Summa eccleſia aedificatur.*

 per-

perduxit, ut non uideretur aedificando conſtructum eſſe, ſed quaſi exoptando ſubito ibi conſtitiſſe.

CAPVT XV.

DE SORORE eius, quam PRAEFECIT monialibus in Nonnenmünſter in ſuburbio ciuitatis.

Soror epiſcopi Burchardi in Nonnenmunſter abbatiſſa.

ISTis quippe diebus ſororem ſuam nomine *Mahillam*, mulierem honeſtisſimam & omni claritate dignisſimam ad ſe uocauit, & fraterna dilectione ſecum nutriuit. Erat enim haec ipſa domina ad opera muliebria magno ingenio ſolertisſima, & foeminas ad trextrilium rerum diuerſitates doctas ſecum habuit. Et in conficiendis ueſtibus pretioſis mulieres multas ſuperabat. Interea contigit, ut *Abbatiſſa* in monaſterio ſanctimonialium ibidem Deo ſeruientium diem clauderet ultimum. Poſt cuius obitum omnes ſorores quaſi uno ore epiſcopum orant deprecantes, ut eidem ſorori ſuae *Abbatiam* donaret, & curam eas cuſtodiendi ei committeret, uir quoque uenerabilis earum petitionibus conſentiens, ſororem ſuam ad ſe uocauit ac diuerſis circumlocutionibus illam exhortans tandem ſic ait: *Dilectisſima*, inquit, *ſoror mea, uides res mundanas, quam fragiles ac defectibiles ſunt, quam plenae omni iniquitate conſiſtunt. Nam aurum, argentum, lapides pretioſi, quid aliud quam apud Deum ſordes reputantur. Nibil in his aliud agimus niſi cupiditate rerum ſecularium miſeras animas decipimus. Quocunque enim gradimur, umbra mortis ſequitur. Et qui ſecure hoc die & in delitiis uiuit, cras infeliciter morti ſuccumbit. Beatus*

tus autem ille eſt, qui rectam iuſti itineris ſemitam ſequitur, & gloriam huius mundi reſpuit, & quae ſunt DEI intra domicilium puri cordis recepit. Ergo chariſſima ſoror mea armillas & inaures ueſtesque delicioſas uolo ut deponas, & uelamen ſanctum accipias, ſicque regi ſempiterno te coniungas. Haec cum illa audiſſet, uehementer expauit, & ultra quam dici poſſit ammirans ait. Num quid ſcis ſancte ſenior, omnibus diebus uitae meae in ſecularibus me uerſatam iſtius officii omnino eſſe inſciam. Nam tantum pſalterio excepto libros penitus ignoro. In hoc officio uerſari neſcio: & quomodo tunc in hac uita domini ſine offendiculo uiuere potero? E contra uir DEI *deſine*, inquit, *ut his uerbis aliqua addas, & exhortationem meam citiſſime adimplere ne differas. Quid tibi obſiſtit? quid impedit? Feliciſſimum eſt concambium, res tranſitorias derelinquere; & aeternas diuitias & perpetuam ſalutem feliciter acquirere.* His aliisque exhortationibus plurimis ſororem ſuam ita ſeparauit, ut tandem quicquid uoluiſſet, ſe facturam uouiſſet. Haec cum ſeruus Dei audiret, gratias Deo toto corde rependens exultauit, ſtatimque regulam canonicam ſimul & computam necnon & uitam patrum ac dialogum aliosque libros huic uitae conuenientes eam diſcere praecepit. Quae continuo omnia, quae iuſſit, obedienter diſcere ac perficere curauit. Cum autem uir Dei tantam uoluntatem & tam pium ſtudium in hac Dei famula intellexiſſet, impoſito uelamine ad DEI officium eam conſecrauit, congregatisque in unum ſororibus, abbaciam curamque ſororum commendauit. Accepto uero *uelamine* cunctis uirtutibus honeſtisque moribus cla-

Vita ſororis eius.

abbatiſſa inaugurata.

clariſſima enituit, & quaſi omni uita ſua fuiſſet ſecundum regulam nutrita, cunctis praebuit exempla diuina. Non enim uoluit miniſtrare, neque more magiſteriali uoluit ſuper alias exaltari, ſed quaſi mater cunctas dilexit ac docuit. Mira res ut foemina ſecularis in hoc negotio nequidem ad horam grauaretur, ſed potius delectaretur: *Omne quoque praedium, quod acquiſierat*, eccleſiae, *cui praeerat cum auxilio fratris*, *in proprium contulerat*. Praeterea fratre exhortante & adiuuante, clauſtrum ſimul & monaſterium pene deſolatum non ſolum renouauit, ſed etiam reaedificauit ac dedicari fecit, & in ſeruitio Domini cum ſororibus ſibi commiſſis die noctuque corde & animo ſtabiliſſime permanſit, earumque conuerſationem fratre adiuuante, ſicut canonicus poſcit ordo, rationabiliter per omnia diſpoſuit.

dotat coenobium.

CAPVT XVI.

DE QVADAM SORORE, Quae PETIIT ſolitariam uitam agere ab Epiſcopo, quod ille fecit.

Virgo excitata ad uitam ſolitariam.

Iſtius ergo ſanctae foeminae exemplis & documentis una ex eiſdem ſororibus CARITAS nominata Deo deuota altioris maiorisque uitae inſtructionem ab epiſcopo poſtulabat, cumque ille Dei uoluntatem in tali uita iuſtis operibus bene adimplere poſſe firmaret, & tamen uirgo non ceſſabat aſſidue rogando eum, ut eam a ſecularibus rebus magis excluderet & eam includeret *ſolitariam*. Tandem uir Dei petitioni eius conſentiens, *clauſuram* fieri iuſſit, diem ſtatuit certum ad peragendam Dei famulae uoluntatem, cum

cum uniuerſis fratribus ad monaſterium ſanctimonialium uenit. Cumque illuc uentum fuiſſet, fratribus in unum conuocatis, *uirginem* in medio ſtatuit & ait; *FRATRES mei charisſimi uidetis hanc uirginem Dei amore pariter & timore accenſam lubricas huius mundi delicias reſpuentem, & Deo placere concupiſcentem. Haec ſermonem Euangelicum non cum ſurda aure recipiens, patrem & matrem, cognatos & amicos, domos & agros reſpuens, ſoli Deo ſe adiungere diſpoſuit. Erubeſcite ſenes, nec non & uos iuuenes, nihil huic ſimile facientes. Quid tacetis? Quid rubore contenditis? Ecce puella tenuiſſima erecto uexillo intrepida uos praecedit, & contra ſpiritales nequitias pugnare non metuit. Ecce fidei ſcuto, galeaque ſalutis inducta animo imperterrito contra inimicum pugnare parata eſt. Ergo ſi neque praecedere neque concurrere poteſtis, ſaltem eam ſimilibus pietatis exemplis conſequi ſtudeatis.* Poſt hoc aliaque uerba diuina completis miſſarum ſolemniis, cellulae eam inclauſit. Et quia compunctione diuina a ſecularibus mortua erat, ordini mortuorum Deo illam commendauerat. Ibique Deo ſeruiendo tres annos uita uiuebat angelica, & diuerſis paſſionibus temptam ad ultimum animam pleniter purgatam ſuo reddidit Creatori, ut in omnibus honorificetur DEVS, qui in ſanctis ſuis ſemper eſt admirabilis.

CAPVT XVII.

DE DEDICATIONE MAIORIS ECCLESIAE in praeſentia HENRICI IMPERATORIS & aliorum multorum Praelatorum.

EOdem tempore *Henricus* imperator cum exercitu in *Burgundiam* ire diſpoſuit. Et *HENRICVS ſanctus Wormatieo-* co- *rum.*

eo itinere in *Wormatiam* uenit. Cum autem egregium illud monaſterium pene peractum uidiſſet, epiſcopum, ut ſe praeſente conſecraretur, aſſiduis precibus petiuit. Cumque uir Dei multum reniteretur, tandem imperatoris uoluntati quaſi coactus conſenſit. Ergo omni ſpurcitia foris proiectâ, omnique fuligine detruſa die ſequenti imperatore praeſente & iubente cum magnis laudibus & maximo cleri plebisque tripudio multis epiſcopis praeſentibus Deo dicata eſt haec domus altera die *Philippi* & *Iacobi*.

dicatio aedis S.

CAPVT XVIII.

Quomodo poſt biennium quaedam pars eccleſiae illius cecidit.

Caſus coenobii.

POſt biennium autem res miſerabilis accidit in eodem monaſterio. Nam pars occidentalis ſubita ruina nocte quadam funditus cecidit. Sed hoc mirabile fuit, quod nulla *campana* ſub tam magna mole, niſi tantum una exigua, confracta eſt. De hac re Dei ſeruus, ut erat neceſſe, ſatis conturbatus eſt, & quandam moeſtitiam in uultu praeferebat. Accedentes autem conſiliarii eius, quorum non pauca multitudo illum ſequebatur, talibus eum dictis conſolabantur: *Miramur*, ſenior iuſte, *quod ex infortunio huius operis in tantum turbaris, cum cottidianis poſtules orationibus; ut ita peragi liceat, ſicut Deo placeat.* Orationes namque tuas Deus exaudit, tuam uoluntatem publice adimpleuit. Quod Deo diſplicuit, ſic petiiſti, reiecit. Idcirco ſuſpiria deponas, & patientiae fortitudinem recipias; hoc eſt laudabile Deoque acceptabile, Deus enim ſicut tu optime noſti, inter alias ſui dogmatis ſententias

iſtius

iſtius modi dederat dicta conſolationis; In patientia ueſtra poſſidebitis animas ueſtras. Attende hoc, pater, attende, & molem curarum poſtpone, triſtitiamque obliuiſcere, quia iuxta Domini promiſſum, triſtitia tua uertetur in gaudium. Tunc uir Dei quaſi triſtitia excitatus ſic reſpondit hilari uultu, grates magnas & gratias multimodas uobis rependo, pro tanta conſolatione talique ammonitione; ſicut enim Deo placuit, ita fecit. In quo quippe gaudeo, ut quod ſibi non placuit, ſicut rogauimus, in melius mutari uoluit. Sed nunc audite rogo, & quod haec praedicebam uobis aliquando.

CAPVT XIX.

Quomodo BVRCHARDVS epiſcopus intrans hortum ſuum uidit ibi diabolum in ſpecie humana torue reſpondentem ſibi.

Diabolus apparet Burchardo.

QVadam die cum duobus ſolis pueris hortum maiorem ingreſſus, in ipſo ueſtibulo uidi diabolum in ueſtitu & habitu humano. Stabat enim contra aquilonem, herbas arboresque fructiferas exſtirpans & ita facta congeſtione cum multo murmure uiam concluſit. Quem cum, quia in ſimilitudine hortulani & imagine incedebat, interrogaſſem, quare uiam concluſiſſet, iratus reſpondit; Vtinam uiam aeternae uitae tibi poſſem concludere, qui poſſum maius tibi incommodum breui in tempore congerere? Ego autem admiratus audaciam eius, quoniam putabam cuſtodem horti dixiſſe, dixi; In hoc quod minaris, in nomine Domini mihi non nocebis, niſi a nequitia tua ceſſaueris, perpetuum exitium

um tibi congeris. His dictis usque ad ſedem, quae eſt in horto, perueni, & circumſpiciens illum non uidi. Igitur quod tam ſubito nusquam comparuit, multum miratus, pueros, ſi illum uidiſſent, interrogabam. Qui ambo, neminem niſi me ſolum, ibi uidiſſe dicebant. Sed quendam mecum contendentem ſe audiuiſſe confirmabant. Tunc ego ſcio inquit, ſcio filii, ſcio quid eſt, ſed eius minas non timebo, neque in uerba eius ſperabo, quoniam ueritas in eo non eſt, ut dominus dicit. Quoniam ego in flagella paratus ſum, & dolor meus in conſpectu meo ſemper. Sequenti uero nocte in matutina facta eſt ruina templi huius miſeranda. Ego hoc audiens mente conſternatus ſum, & illam Dauidicam fateor non ſine lacrumis repetiui querelam. Et fui flagellatus toto die, & caſtigatio mea in matutinis. Ergo fratres mei, quoniam dominus caſtigando me caſtigare dignatus eſt, gaudeo & iuxta ueſtram adhortationem patiens ero atque conuerſus pro factis dictisque meis poenitentiam ago, & te Deum meum laudabo. Vt in omnibus honorificeris, qui iraſceris & propitius eris, & omnia peccata horum in tribulatione dimittis. Poſt haec quoque ligna & lapides extra templum exportari iuſſit, poſitoque firmamento firmiter aedificauit, & in duobus pene annis ad ſtatum priſtinum perduxit. Tunc capita columnarum, nec non quadratos lapides in giro monaſterii circumpoſitos deaurauit, & omne templum uariis ornamentis decorauit undique. Deinde praebendam fratrum ad ſedem epiſcopalem Deo ibi ſeruientium, quae ex uetusſisſima antiquitate iam defecerant, & omnino pene neglecta erant, rationabiliter renouauerat & in optimum

optimum uſum mutauerat. Ergo cunctis canonice ordinatis omnes fratres ſecundum regulam dictu cottidiano refici refectorio ſimul praecepit.

CAPVT XX.

Quomodo fratrum praebendas in Nuhuſen etiam refecit.

Similiter fratrum praebendas apud ſanctum Cyriacum ex incurſorum negligentia pene deſtructas miſericorditer renouauit, & eas ſimul iusſit refici. Sed qui modo unus locus in multis diuiſus eſt. Omnia autem loca ad ſe pertinentia ex uetuſtate pene deſtructa ac deſolata miro ingenio renouauit & muris uariisque aedificiis egregie decorauit. *Nuhuſen.*

CAPVT XXI.

De translatione collegii ſancti ANDREAE, quod foris ciuitatem erat, quod intra ciuitatem conſtituit.

Monaſterium autem ſimul & clauſtrum *ſancti Andreae*, quod foris muros conſtructum erat, & per negligentiam deſolatum, intra ciuitatem aedificauit, & uenerabiliter ordinatis ad laudem ac gloriam Dei noſtri uitam regularem ibi inſtituit, ubi modo eſt. Sed prius erat in monte extra portam ſancti Andreae in ſuburbio ibidem. *Collegium S. Andreae.*

CAPVT XXII.

Qualiter praepoſitus maioris eccleſiae & alii monachi effecti ſint, & de doctrina viri DEI, quomodo unusquisque in uocatione ſua permanere debet.

In illis etiam diebus Brunicho, de quo ſupra diximus,

diximus, uir uenerabilis eiusdem ſedis praepoſitus, uidens beati uiri conſtantiam, quomodo pompas mundanas reſpueret & in ſeruitio DEI ferueret, humanasque laudes uitaret, in ſe reuerſus, uitam monachicam aggreſſus eſt, & per exempla ſerui Dei diabolum decepit, & corde contrito ſpirituque contribulato ſoli Deò placere ſtuduit. Similiter & alii illuſtres uiri per aſſidua ſerui Dei documenta, mundum relinquentes de ciuitate fugerunt, & uitae monachorum ſubdiderunt. Tandem uero ueritus epiſcopus, ne monaſteria fierent deſolata ab omnibus canonicis fratribus, iſtis eos allocutus eſt uerbis. Nolo uos ignorare fratres, quod omnis etiam qui timet Deum & operatur iuſtitiam, acceptus eſt illi, non ſolum monachus, ſed & canonicus & laicus. Non eſt bonum, ut omnes nauigatores ſint, & nullus ſit gubernator. Conſultius eſt ergo, ut appoſito gubernatore unusquisque operi ſuo inſiſtat; quidam nauigent, alii altitudinem aquae explorent, alii ſi neceſſe ſit, malum aſcendant, alii uero ſentinam hauriant, ſicque nauim in pace dirigant. Similiter intelligere fratres debemus, quod non omnia poſſumus omnes. Si enim omnes ſunt Monachi & Canonici, ubi ſunt laici? Quis tunc miniſtrabit monachis, uel quis ſeruit Canonicis? Si autem omnes laici, ubi tunc laudes & ſeruitia Dei. Diuerſa enim eſt familia in eccleſia Dei, non ſolummodo monachi ſed etiam Canonici, nec non & fideles laici. Et hi omnes egent gratia Dei. Ergo qui Canonicus eſt, pro monachica uita de monaſterio ſuo ſine licentia non exeat, ſed cum fratribus in communi laboret. Et ſi deſtructiori uita uiuere deſiderat, intra monaſte-

naſterium ſuum operibus Deo placentibus inſeruiat, & de malis ſe ſuſtineat, ſicque holocauſta medullae in ara occulti cordis Deo offerre non deſiſtat. Tali quoque ſententia & iuuenum animos ſedauit, atque, ut ſtabiliori mente in ſeruitio Dei poſtea permanerent, incitauit. Item poſt haec praecepit, ut unusquisque illorum ſecundum ingenii quantitatem dicta uel ſcripta ſtudioſe ſibi cottidie praeferret. Tunc illi uidentes Dei famulum ſtudio deditum, & ſacrae ſcripturae paginis eruditum, ac ſapientia Dei repletum, epiſtolas & ſermones quaeſtiunculasque uarias illi proferre non timebant. Et quidam illorum de ieiunio Moyſis & Heliae uerba quaeſtionis compoſuit & ſibi propoſuit: Vtrum nullum cibum Moyſes in XL. diebus ſumpſiſſet. Ad haec uir ſanctus poſt multa uaria ſic intulit. Quid mirum, ſi Moyſes illo iubente ieiunauit, in cuius regno nullus unquam ieiunauit & eſuriit. Putasne ciues caeleſtes ſicut terrenos raſtro uel aratro ſudantes laborando panem quaerere? Nunquam: ſed eſt panis iuſtorum indefinitus Deus Dei filius, angelorum creator & hominum. De quo ſcriptum eſt: In principio erat uerbum. Et ibi: ego ſum panis uiuus, per quem panem mundus conſiſtit, & populus Iſrael XL. annis in deſerto uixit. De quo tunc Moyſes guſtauit, quum in monte cum Domino fuit. Et ideo non mirum, ſi tunc tamdiu absque cibo corporali fuit. Multaque alia fuerunt ibi facta & dicta uerba, quae cauſa breuitatis pertranſeo, ſed in hiſtoria eius plenarie habentur.

CAPVT XXIII.

De infirmitate ſancti BVRCHARDI *epiſcopi.*

BVRCHARDI epiſcopi morbus.

IGitur, quia Deus ad ſuam ſeruitutem, ſuum ac noſtrum paſtorem elegit, conſueta miſeria eum flagellare curauit, ſicut legimus. *Quem enim diligit Dominus, corripit, & quaſi in filio complacet ſibi.* Tactus enim morbo *paralyſi*, aegritudine maxima premebatur. Sed hoc incommodo nunquam ſuperatus aut animo diſſolutus in eodem uultu & eadem hilaritate cum patientia ſumma permanſerat. Ex hac quippe Dei caſtigatione in ſe ipſe rediens, hanc ſalubrem cognitionem recepit, uidelicet mundanas res apud Deum eſſe execrabiles, & non ſolum ad detrimentum, ſed etiam ad perpetuae animae ruinam pertinere. Vnde ergo per omnem *ſancti Petri familiam* inquirere praecepit, ſi alicui illorum ex ſua parte aliquid iniuſte *ablatum* ſiue incommodum factum fuiſſet. Et ſi quis ullam iniuſtitiam ſibi factam fuiſſe, retulit, huic *ablata dupliciter* reddere iuſſit. Verba eius diſcretionis ita fuerant temperata, ut firmitas cordis eius ab audientibus facile intelligeretur. Quicquid enim loquebatur, ſcripturarum ſanctorum exemplis dulciſſimis condiebat. Eius autem ori iuſtitia ſiue legum iudicia, aut ſacra hominis aſſiduitas nunquam deerat. *Prudentiam* in eo laudare non eſt neceſſe, cum non ſolum ex *palatio*, ſed etiam ex diuerſis regionibus maximus hominum numerus ad intelligendum eius conſilium concurreret. Frequentationi *ieiuniorum, elimoſinarum, uigiliarum* & orationum ita erat intentus, ut pauci aetatis noſtrae uiro huic poſſent ad-

praeparatio ad mortem.

Virtutes.

adaequari. Nam niſi infirmitate compellente, uel maxima neceſſitate cogente, pane, oleribus & pomis tantummodo uitam aluit. Aſſidue uero, cunctis putantibus, quod *uino* ſe refeciſſet, *aquam* bibebat. Saepe autem poſt tertiam ſiue quartam uigiliam noctis cum quodam ſibi familiariſsimo, cui, ne hoc aliquis ab eo cognoſceret, interdixit ſummopere, omnes plateas ciuitatis tacitus circuiuit, omnesque angulos & foueas perluſtrauit, & ubicunque pauperes ſiue infirmos inuenit, *eleemoſinarum* ſolatia larga manu illis impendit. Cottidie quippe ante lucem intra oratorium ſe clauſit, ibique ſe usque ad horam diei *primam* permanſurum fecit, & quid intus ageret, non nobis ſed ſoli Deo cognitum eſt. Cottidianis miſſarum ſolemniis & officiis animo infatigabili tam pro defunctis quam pro uiuis ſacrificia offerre non diſtulit. Pauperes enim quaſi patrem habebant eum, & ex locis propinquis frequenter ad eum ueniebant; quorum nullum inconſolatum abire permiſit. Quotiens uero ſubitaneae mortis incurſio, ſiue aeris terror, uel ſaeuitia inimicorum, ſeu alicuius aduerſitatis periculum imminebat, ſtatim, conuocatis fratribus, orationum ac ieiuniorum conſtantia hoc ſuperabat. Ecce coram Deo & angelis eius ueritatem ſcribo, & ergo aſſidue in unum congregati, tum eius uirtutes uarias collaudaremus. Fateor hoc tam nos diuinaſſe, quod uerum eſt, illo mortuo, in hoc nullum ſui ſimilem tam clariſſima uita eſſe futurum. Nam quamuis aegritudine detentus, in DEI tamen ſeruitio manſit inuictus.

CAPVT XXIV.

Quomodo monaſterium S. Martini incepit, ſed non perfecit.

MOnaſterium enim in honorem *ſancti Martini* conſignauit: ſed multa ex parte peracto regulis, cauſae cerebroſitate & maxime aſſidua infirmitate, nec non uariis aduerſitatibus impeditus, proh dolor! peragere non potuit, & ita illud monaſterium quaſi ſemifactum usque hodie permanſit. Imperator tamen Otto tertius aliqua bona in *Bopardia* monaſterio illi contulit.

Bopardia.

CAPVT XXV.

De morte HENRICI SANCTI IMPERATORIS, & de ſubſtitutione CONRADI, quem dominus Burchardus nutriuit.

HENRICVS S. moritur.

POſt haec ſanctus imperator HENRICVS moritur, & eius corpus in *Bamberg* effertur, ibique cum maximo honore ſepelitur. Quo mortuo, CONRADVS iuuenis, de quo ſupra diximus, quem dominus Borchardus enutriuit in DEI timore & docuit, Dei fauente gratia ſumma rerum potitus eſt. Poſthinc biennnium quam rex in regni ſolium eſt ſublimatus, imbecillitas uirium ſeruo DEI ultra ſolitum accreſcere coepit, cumque languore nimio aegrotaret, intra ciuitatem ſe recepit. Et cum aliquanto tempore aegritudine magna detineretur, horam & diem futurae redemptionis exſpectans, legati regis ad eum ueniebant, qui in proxima hebdomada regem illuc eſſe uenturum nunciabant. De hac legatione ſeruus Dei contur-

CONRADVS dux in Wormatia fit imperator.

turbatus, pro infirmitate ſua multum doluit, quia nequiit regem digno ſuſcipere, nec ſeruitium ſe dignum pro infirmitate potuit praebere. Inter haec uerba ad conſuetam conſolationem conuerſus oratorium intrauit, & ianuam poſt ſe clauſit, ibique diem integrum permanſit in oratione. Cum autem ſero factum eſſet, more ſolito diſcipulos conuocare in unum praecepit laudibusque ueſpertinis peractis, cum laetitia eſt regreſſus, nobisque Dei gratia repraeſentatus eſt ualidus. Ita quippe omne ſpatium, quo rex nobiſcum fuerat, quaſi impetratis induciis ualidus erat. Diſcedente autem rege *Tribuariam* cum eo uenit ibique tres dies manſit. Deinde accepta licentia cum abiret, regem ſe ultra non uiſurum multis audientibus quaſi ioculando praedixit, cumque Wormatiam uenisſet, dyſenteria ultra modum comprimebatur. Quadam uero die cum corpus ad occaſum uergere intellexiſſet, conuocatis diſcipulis, intrauit oratorium, omnibus debitoribus ſuis commiſſa aduerſum ſe paucula dimiſit, & bannitos & anathematiſatos clementer abſoluit, eisque omnibus ſcripta abſolutionis ſingulariter direxit. Deinde aqua purisſima ſe totum lauit, & collum ac barbam ac coronam radere iusſit, indutisque ueſtibus puris ſuos milites & clientes, nec non & alios, qui aderant, ad ſe intrare praecepit. Tunc uniuerſis magno fletu ſingultantibus, uir Dei qua poterat manu ſilentium indicens ait: *Patres uenerandi, fratres amandi, filioli dilectisſimi, ueſtro auxilio apud Deum indigeo. Multum enim doleo, quod uos usque modo negligenter praecedebam meque ultra modum ſuper uos extollebam. Et non ut iuſtum erat, uos*

uiſit Burchardum.

Triburiam concedit.

mortis candidatus Burchardus.

Oratio moribundi.

honorificabam nec diligebam. Sed ſuperbia illa quid modo mihi profuit, uel arrogantia quid me adiuuat. Multum mihi nunc officit, multa mihi offendicula parit. Heſterno namque die unus fui ex doctisſimis, ſed iam expecto, quam mox futurus ſim ſtercus & cinis. Talis eſt congloriatio, talis & humana dominatio. Nudus quippe ſum egreſſus ex utero matris meae, & nudus reuertar illuc, nihil praeter peccata mea mecum reportans, niſi Dei mei miſericordia exhortante aliquid boni fecerim, aliquando hoc me apud DEVM inuenturum eſſe ſpero. Ecce nunc ſum lotus, ecce uiam longisſimam iturus, legationem durisſimam expecto paratus. Ex his miſeriis facile cognoſcere poteſtis lugentes mundanarum rerum gloriationes, quam fragiles & inſtabiles ſint, quam plenae mali, quam coecae futuri, quas per ſpeculum nunc cognoſco quaſi in aenigmate, quamuis eisdem adhuc ſubiaceam ex parte. Ergo cui ſeruiui ab initio Deo meo regi ſempiterno, me meaque omnia indubitanter committo, ut ipſe defendat & ſecum illuc perducat, ubi anima mea terribiles occurſus non timeat. Talibus dictis nos ammonebat, & uerbum Dei non humane ſonans docebat, tandemque corporis ſui diſſolutionem a parte pronunciabat. His dictis cum maxima triſtitia foras exiuimus, & tanti Paſtoris interitum omnes in communi lamentando fleuimus. Tunc *princepes* qui aderant, intrantes theſaurarium & cameram, ubi putabant pecuniam abſconditam, diligenter angulos perſcrutati ſunt, & tandem ſcrinia librorum uoluminibus plena ſpe pecuniae ſubuertentes, uano fortunae labore eluſi ſunt. Nam praeter theſaurum eccleſiaſticum, nec aurum nec argentum inueni-

Principes epiſcopi hereditati intenti.

ueniebant, exceptis tantum *tribus denariis*, quos uir Dei in ſacculo ſuo reliquit, quando alios pauperibus erogauit. Igitur *ſoror* ipſius, de qua ſupra diximus, *abbatiſſa* uenerabilis, in orationibus ſuis & uigiliis perdurando, ab eo non receſſit. Cumque dies paucos maxima infirmitate aegrotaret, antequam dieſceret, Dei ſeruus de lecto ſe erexit, & oculis ac manibus in coelum intentus diutius orauit. Illi autem, qui aderant, labia eius moueri uidebant, ſed quid oraret, quamuis caute intenderent, penitus non intelligebant. Deinde ſe in lectum reponens, ſororis dextram tetigit & dixit. *Ecce quod concupiui, iam uideo.* Deinde inquit: DOMINVS VOBISCVM: hoc cum tertio diceret, redemptori noſtro, cui ſeruiuit, quem amauit, quem quaeſiuit, quem ſemper optauit, ſpiritum immaculatum reddidit. Habuit autem ſeruus Dei quoddam ſcrinium, quod nullus noſtrum aliquando apertum uidit. Huius quidem *clauem* ſorori commiſit, ut quicquid interius inueniſſet, in memoriam & dilectionem uitae ſuae haberet, quae ſtatim poſt obitum fratris, conuocatis quibusdam ex noſtris, illius dicta narrauit & tunc ſcrinium aperuit. Inuenimus autem *eo cilicium hirſutiſſimum & catenam ferream ex una parte quaſi ex uſu contritam.* Quod ut uidimus primum contra ſeruum Dei nos negligenter deliquiſſe ſaepe tuſis pectoribus doluimus. Deinde eius felices apud Deum actus ita tectos digne admirantes gratiarum actiones Deo noſtro, non ſine lacrymis pro eius uita retulimus. Aderant in exequiis eius *ſui milites uiri uenerabiles & illuſtres*, corpusque eius per omnia *monaſteria* circumferentes, ad ſedem principalem tandem

an. 1025.

Mors ſancti BORCHARDI epiſcopi 1025.

detulerunt, ibique ab uniuerſis fratribus uenerabiliter acceptum ſolitis cuſtodiebatur officiis. Poſtera autem die in eadem eccleſia in *choro occidentali* uidelicet ante altare ſancti Laurentii honorifice ſepultum eſt *anno Domini MXXV. ſecundo anno Conradi imperatoris*, ubi nunc ſunt qui felices actus uiri ſancti *uenenoſis* linguis carpentes ſaepe opera eius parui pendebant & annihilabant. Nunc, ut pie credimus, regnat cum Deo Abraham in excelſis illis & perpetuis gaudiis amen. Iſte autem BORCHARDVS ripam per ciuitatem fluentem in manus dedit dominorum *ſancti Pauli* cum tali Bulla: *In nomine Domini &c. Notum ſit omnibus tam futuris quam praeſentibus, qualiter ego BORCHARDVS epiſcopus redacta WORMATIA in poteſtatem beati Petri, quam ego praediis meis, & pecunia a duce* Ottone *ex magna parte redemi, domum eiusdem* ducis *in eccleſiam* S. Pauli *commutaui, & in ea uiginti* canonicos *ordinaui, quibusdam in praebendam caeteris omnibus diſpoſitis, ad ſupplementum albi panis dedi duo molendina, in* Yſena *unum infra murum ciuitatis, & aliud extra,* tertium *in medio eorum tradidi ſanctae Mariae abbaciae monialium. Ipſam uero* aquam *&* ripam *eius & alueum dedi in poteſtatem canonicorum ſancti Pauli, ne quis praeter uoluntatem eorum uel alueum artare, uel de ipſa aqua aliquid praeſumat deriuare.* Excepimus autem duo foramina, quae in latitudine & alitudine menſuram unius pugnae repreſſo pollice debent habere, uelut infra ſcripta forma praemonſtrat. Hic depicta eſt in litera menſura illorum foraminum, *quorum alterum noſtrae piſcinae. Iſta piſcina fuit in KIRSGARTEN & adhuc eſt,* & pertinebat locus

Bulla BVRCHARDI epiſcopi. an. 1015.

KIRS-

KIRSGARTEN dominis maioris eccleſiae & epiſcopo Wormatienſi, *quem locum poſtea anno Domini* MCCXXX. RICHESO, camerarius *Domini* WORMATIENSIS, & AGNES uxor eius in *feudum* acceperunt ab epiſcopo & canonicis maioris eccleſiae. Et non longe pro monaſterio in eo conſtruendo de licentia epiſcopi & canonicorum locum ipſum tradiderunt pro ſalute animae ſuae. Et eſt *foramen* adhuc ibi tantae longitudinis & latitudinis compreſſae tamen ualde. Sequitur in littera. *Aliud foramen dedimus abbatiſſae ſorori noſtrae Mechtildi, quae traditio ut in omnibus retro ſeculis firma permaneat, ita ſigilli noſtri impreſſione & ſubſcriptorum uirorum teſtimonio eius perpetuo anathemate confirmamus.* Hic multi teſtes nominantur. *Anno incarnationis Dominicae MCV. indictione XIV. 3. Kal. Iulii acta ſunt haec.* Renouata fuit iſta litera anno *Domini MCCC. indictione XIV. ſexto idus Nouembris tempore Eberwini epiſcopi.*

CAPVT XXVI.

Continuatio epiſcoporum Wormatienſium.

AZECHO (mortuo S. Borchardo epiſcopo) fit Wormatienſis epiſcopus tempore Conradi ſecundi imperatoris. Qui Conradus ob interuentum coniugis ſuae *Giſelae* reginae ac petitionem & ſeruitutem *Azechonis* epiſcopi Wormatienſis dedit mancipia iuris ſui, quae erant in praedio uillae *Flersheim*, uidelicet duas partes fratribus ad S. Petrum maioris Wormatienſis. *Et tertiam* partem ad S. Cyriacum *in Nubuſen* dedit, prout litera ipſius Conradi imperatoris. Et fit mentio in iſta litera *Henrici*, qui fuit filius praedicti Conradi, data XVI. Kalend.

XVII. AZECHO ep. Worm.

Flersheim.

Nubuſen.

lend. Martii. Indictione VIII. anno Dominicae
an. 1026. incarnationis MXXVI. anno regni *Conradi ſecundi*, dicit litera acta *Auguſtae*. Alii dicunt iſtum AZETHO, & fuit ordinatus 5. Nonas Decembris & obiit XIII. Kalendis Februarii. Et non legitur, quamdiu iſte praefuit, uel quid fecit.

XVIII. ADELGERVS anno 1040. ADELGERVS ſucceſſit Azechoni: obiit XIII. Kalend. Auguſti, de quo ſic in antiquo libro inueni ſcriptum apud nos. *Notum ſit omnibus tam futuris, quam praeſentibus, qualiter ADELGERVS* DEI GRATIA WORMATIENSIS EPISCOPVS, *animaduertens & grauiter dolens ſanctorum Patrum traditionem canonicam apud S. Petrum repugnandae laicorum ac imbecillitate rectorum omnimode deprauatam, domino* Henrico *Romanorum rege annuente, hanc uenialem gratiam, & hoc ſingulare priuilegium tanquam a principio dedicauit, ut ſiquis non infima ſobole natus ad ſedem ſuam, amorem & conſortium ſuum adipiſci uelit, is ipſe ob caritatem ſtabiliendae fraternitatis ſex libras argenti tribuat.* Vinum tunc temporis epiſcopus dimidiam praepoſito & dimidiam prioribus clauſtri, & reliquas diuerſis fratribus inter ſe diuidendas ſtatuit. Inſuper in cibo & potu ſatis acceptabile conuiuium uel congruam eiusdem mox communi inferat ſolutionem. Ad augmentum talis gratiae, quod frequenter a malis hominibus patiebantur ſcandalum, ſtatuit ſub praefati REGIS NVTV ſuper ipſos fratres *laicum iudicem.* Sed tunc temporis fecit epiſcopus aut priores monaſterii ſecundum *nobilium* Wormatienſis eccleſiae *commilitonum* legem in qualibet re pios rectores exiſtere. De peculiari uero eorum, id eſt, *arca, aedificiis, ueſtimentis,* libris & omnibus, quae absque haeredum conditione uidentur poſſi-

Initium malorum indulgentiae uenales.

poſſidere, nullo licet epiſcopo, uel cuiuslibet conditionis perſonae, e uiuis decedentibus uel morientibus aliquid rapere, infiſcare aut aliquomodo alienare, ſed liberam habeat poteſtatem locandi, commutandi, uel tale quid exinde faciendi. Si uero, quod abſit, aliquis ſubitanea morte praeuentus, aut cuiuscunque cauſa neceſſitatis praeoccupatus ſine conſcientia fratrum obierit, *curtis* & *aedificia*, ſi ad fratrum ius pertineant, fratri, cui haec minus abundent, tribuantur. Clericalia ueſtimenta, libros, uaſa & caeteras res, quibus in clauſtro, refectorio & dormitorio utebatur, inter ſe diuidant. Caetera ad haeredes, ſiqui legitimi ſunt, redeant, ſi non fratrum diuiſioni pateant; huius conſtitutionis reformatio facta eſt *anno incarnationis Dominicae MXL. indictione prima, regnante Henrico tertio rege & primo anno ſupradicti epiſcopi praeſentibus nobilibus multis.* ARNOLDVS PRIMVS ſucceſſit Adelgero in epiſcopatu Wormatienſi. Iſte electus fuit & confirmatus in epiſcopum Wormatienſem. anno Dominicae incarnationis MXLIV. regnante Henrico III. & obiit anno MLXV. Kalendas Maii, anno ordinationis ſuae XXI. unde ſedit annis XX. & octo menſibus. Ipſe conſecrauit capellam *palatii* ſiue aulae *Wormatienſis* in honorem *S. Stephani* protomartyris Chriſti tertio Kalendas Iulii anno incarnationis Dominicae MLV. Dedicauit etiam capellam *S. Nicolai* contiguam eccleſiae Wormatienſi anno Dominicae incarnationis MLVIII. *Indictione XII. ſecunda Kalend. Octobris.* Tempore ſuo Dominus Deus per ſanctum ſuum martyrem CYRIACVM in *Nuhuſen* magnum miraculum fecit. Vnde ipſe de hoc bullam fecit in perpetuam rei memo-

MXL. an. XIX.

ARNOLDVS I.

S. Cyriaci portenta.

Diploma an. 1054. memoriam, unde dicit. *Ego ARNOLDVS* DEI GRATIA EPISCOPVS WORMATIENSIS,*nouerint omnium Chriſti fidelium tam praeſentium quam futurorum uniuerſitates,qualiter Domino noſtro Ieſu Chriſto in perpetuum regnante, & me licet indigno ſedi Wormatienſi praeſidente, quaedam* nobilis & libera *Domina, FVLMVDIS nomine, cum eſſet annis multis paralyſi obſtricta ab omnium membrorum uſu ac uigore deſtituta*, Nuhuſae *in eccleſia, in qua beatisſimi* Cyriaci, *martyris & leuitae corpus requieſcit, a Deo miſericorditer ſanitati eſt reſtituta.* Acta ſunt haec *Nuhuſen* anno incarnationis Dominicae MXLIV. Indictione ſecunda, regnante & triumphante Henrico rege tertio, ordinationis noſtrae anno primo.

XX. ADELBERVS anno 1070. ADELBERVS deinde ſuccedens ordinatus fuit X. Kalend. Octobris, & obiit idibus Augusti anno Domini MLXX. ſedit autem annis ſex, de quo nihil inuenio.

XXI. ADELBERTVS. ADELBERTVS huic ſubſtitutus in epiſcopum *Wormatienſem* electus fuit anno Domini MLXIX. & ſedit annis 38. obiit uero anno Domini MCVII. ſecundo Nonas Iulii, & ſepultus eſt in medio chori eccleſiae S. Cyriaci in Nuhuſen cum epitaphio tali.

Praeſul Adelbertus *Chriſti memor & bene certus*
Meſſis quaeſitae poſt huius ſemina uitae
Praedia cum pace dedit iſta tibi Cyriace.
Bordesheim, Barmlesheim, Warmundesheim.

Diploma donationis an. 1107. Dedit autem fratribus eccleſiae S. Cyriaci bona plurima cum tali bulla. *Ego portator ADELBERTVS* DEI GRATIA EPISCOPVS WORMATIENSIS, *anno ordinationis meae* 37. *manu propria firmisſima reddidi collegio S. Cyriaci Nuhuſae Chriſto famu-*

ſamulanti uillam Larleuersheim cum omni utilitate, agris, uineis, paſturis, quae praedeceſſorum meorum negligentia & quorundam peruerſorum deteſtabili plurimis diebus ablata eſt uiolentia &c. Haec traditio ſecunda a me facta eſt, ſuggerente inde & ſupplicante Adelberto CANCELLARIO REGIO praepoſito Nuhuſen *anno Domini MCVI. indictione XIV. glorioſisſimi* regis Henrici *quinti*, *anno eius primo*. Adelbertus cancellarius cuius hic fit mentio, fit archiepiſcopus Moguntinenſis, & fit de eo mentio in litera Arnoldi epiſcopi Wormatienſis, qui fuit electus cum Buggone epiſcopo. DITMARVS in locum Adelberti ſuccedens obiit tertio Kalend. Octobris, de quo nihil inuenio. Mortuo iſto fit ſchiſma in eccleſia Wormatienſi. Nam quidam elegerunt Buggonem; alii quidam Arnoldum. Sed tamen poſt quinque annos praeualuit Buggo. BVGGO itaque praeualens, electus fuit in epiſcopum Wormatienſem anno Domini MCXV. & ordinatus anno Domini MCXX. & ſic quinque annis diſtulit ordinari. Sedit annis autem XXXVI. praeter octo dies. Iſte multa bona contulit maiori eccleſiae & fratribus in NVHVSEN. Vnde in bulla illa dicitur, *acta ſunt haec anno Dominicae incarnationis MCXXIX. indictione VII. regnante LOTHARIO ſecundo rege anno decimo regni eius*, epiſcopatus in anno XIV. ordinationis IX. Iſte obiit Nonas Decembris anno Domini MCLI. ſecundum conſiderationem illius literae ſepultus in *Schonan* iuxta Heidelbergam, quo ipſe fundauit & aedificauit etiam quam plurima alia monaſteria.

XXII. DITMARVS anno 1112.

XXIII. BVGGO an. 1120.

Dilatio ordinationis.

CAPVT

CAPVT XXVII.

*De S. ECKENBERTO Camerario * Domini Wormatienſis, qui fundauit monaſterium in Frankenthal.*

FOeliciſſimus & omni laude digniſſimus DEI cultor urbis WORMATIAE, quae olim ciuitas Vangionum uocabatur, ciuis fuit nobili genere, ſed nobilior ſpecie uirtutum, mundi calcator, legis & euangelii uigilisſimus meditator, parentibus non infimis, orthodoxis tamen, hoc eſt, in recta fide glorioſis natus eſt. Siquidem pater REGENMARVS nomine de *Curialium*, frater

* Iſta familia CAMERARIORVM poſtea unita fuit per matrimonium cum familia de DALBERG, inter ultimos ex utraque familia ſuperſtites. Vocantur autem **Die Cämerer von Worms genannt von Dalberg.** Supremus olim tempore adhuc Francorum regum in urbe Vangionum IVDEN CAMERARIVS fuit, permanſitque poſtea ſuccedentibus epiſcopis, quorum nomine 3. ſingulis annis iudicia, quae tum illis temporibus PLACITA uocabantur, in curia epiſcopali exercebant, ſc. in *Ianuario*, *Aprili* & *Iunio*. Iudicio huic camerario praetore 16. apparitores, quos HEIMBVRGIOS appellabant, praeſto erant. Quilibet iudicum baculum manu tenens a camerario, cui iuramento obſtrictus erat, rogabatur: *Ecquid sciret, quod contra ius aut aequum in ciuitatis perniciem uſpiam in urbe perpetratum eſſet, ut id indicaret.* Siquid commiſſum erat, de aſſeſſorum ſententia, quos ſucceſſu temporis SCABINOS appellabant, camerarius pro qualitate delicti mulctam ſtatuebat intra 3. quindenas perſoluendam. Ipſi ratio de cenſu *camerae* tradenda erat. Item *Iudaei* ſingulari quodam modo ipſi deuincti erant. Progreſſu autem temporis ob fidelitatem epiſcopis praeſtitam, officium hoc haereditario in liberos ac totam familiam obtinuit, exindeque abolito officio ſe CAMERARIOS perpetuo nominabant.

ter ECKENBERTI *camerarii Wormatienſis* Antiſtitis fuit, cuius uxor HEBECHEN nomen habens, haut ipſo nobilior, hunc filium feliciter genuit, quem *Eckenbertum* nomine auunculi ſui nominauit. Felix pater, Felix & mater, ille educando, illa generando, quia ex prole ſperantur ſaluificati. Natus autem beatus infans *albedinem* quandam ad ſimilitudinem pluuiae *in fronte* habuit, per quam nimirum futurae in eo innocentiae ſignum dominus exhibuit. Deinde quamdiu in huius uitae ergaſtulo uixit, uerbo & opere humilia docuit, humilia dilexit, gloriam uentum carnis reputans, praeſumentes in genere ſaepe compreſſit. Poſt decurſam infantiam, ex tunc coepit bonae indolis eſſe. Moroſitatem cum lenitate didicit habere, quam in aetate matura non amiſit. Erat namque fugitans licium, auerſator inanium, amator aequalium ſed maxime ſcolarium. Receperunt huius rei a nutritore ſuo beatae memoriae Stephano rudimenta, qui dum Limburgenſi coenobio praeeſſet abbas, & propter ſui rigoris & induſtriae conſtantiam plures abbacias amminiſtraret, Nobilium filios in ſuo comitatu plurimos habere ſolebat, quibus exempla honeſtatis & curialis adminiſtrationis exhibebat. Inter quos ECKENBERTVM ſuis conſpectibus aſſiſtentem quadam ſpecialitate amoris diligebat, quoniam in ipſo futurae bonitatis ſpecimen aliquod prouidebat. Dabat ergo ei ſaluberrima conſilia prae ceteris adoleſcentibus: hortatusque eſt eum, ut in diſcendo pſalterio operam daret. Et dicebat *literarum* peritiam nemini militaturo *obeſſe*, *ſeculum relicturo plurimum prodeſſe*; dulcisque erat ſermo iſte audienti, & quaerebat opportunitatem, qua obtemperaret

peraret bonae perſuaſioni. Vt ergo in domum parentum rediit, ſcolarium familiaritate ſe applicauit, talibus adhaerebat, cum talibus moralibus ſeniorum relatibus aſſidebat, ante implens quam intelligens: *Inclina aurem tuam & obliuiſcere populum tuum & domum patris tui. O quoties parentibus eius in delicioſis apparatibus ſplendide conuiuantibus, literalibus iſte ferculis aſſidens redire domum oblitus eſt, & dum quaeritur in domibus cognatorum uel in plateis rariſſime inuentus eſt, niſi in ſcolis.* Erant etiam ei dulcia eloquia ſacrarum ſcripturarum ſuper eſum praecipuarum delitiarum. Mirabatur exinde mater, corripiebat eum pater, qui noluerunt filium fieri clericum, ſed militem & haeredem tantarum diuitiarum. Correptus itaque & nonnunquam minarum probra expertus eſt. Et quoniam aſſuetudine nihil maius ſtudium, unde retrahebatur acrius, repetebat auidius. Et cum quaelibet legendo perciperet, ſcripturae ſanctae uigilantius inhaeſit, & moralium ex ea inſtitutionum cottidie hauſtum ſitibundus accepit. Siquidem ab ineunte aetate diuina uirtus in eo operata eſt, nec tot clarorum primitias cuiquam noſtri temporis contulit homini, quam uiſus uel auditus noſtrae ſubiecit cognitioni. Fuit enim fide catholicus; integritate ſpei robuſtus; in caritate fundatus; in ueritate radicatus. Inter haec & alia uirtutum inſignia ad quintum decimum annum aetatis peruenit. Et quia dominus eum ſibi in famulum praeparabat, intuentibus eum deſiderabilem uiſum & multarum gratiarum plenum praeſtabat. Erat autem non tam ſericarum ueſtium, quibus induerat eum mater ſua, fulgore ſpecioſus, quam iuuenilis formae mirabili proceritate gratioſus; pul-

pulcher intus ſoli Deo cognita bonitate; pulcher foris beneplacita hominibus morum honeſtate. Creuit enim non plus corpore quam mente: & dehinc ampliori fortius diſcretione ſtatuit patri minus moleſtus fore, decernens non palam nec ſemper, ut ante, ſed intermiſſa libraria diſciplina proficere. Sed tamen quando caſu ſibi legendi fuit oblata facultas, furabatur horas, ſubterfugit ſeruos, pellens otioſietatem, quae uitiorum mater eſt, oratione aut ſacrae lectionis intenta meditatione. Erat praeterea doctus pollice reſonantes tangere chordas, & gratas parentum auribus reddere delicias. Circa illud tempus pater eius obiit ſana mente & fide integra. Cui ſi quae dignae cruciatibus culpae, credimus eas per fletum poenitentiae abluiſſe, & omnipotentem deuinctum oratione filii miſericorditer indulſiſſe. Quo ſepulto nunc uiduata uirgo poſt expletionem legitimi planctus, ne multiplicium copia rerum diu collecta breui dilaberetur torpore conſulentibus amicis, unum ex amplioribus proceribus, Necellium nomine, aeque diuitem & nobilem in coniugem elegit. *Pertulit haec ita fieri adoleſcens, quoniam legerat, apoſtolica conceſſione mulieribus, lege uirorum in morte ſolutis, nuptias, quae in domino fiant, indulgeri.* His ita transactis, uitrico priuignum familiarius habente, coepit beatus adoleſcens ad ſcripturarum fluenta liberius recurrere, & ſi quae olim patris timore neglecta fuerant, ſtuduit ſitibundus recuperare. Interea iuuenis pulchra lanugine malis coeperat obnubi, tum matris blandis uictus uerbis, multiplici coepit ſtipatorum comitatu honorifice incedere. Peractis in talibus aliquot diebus, coepit eum tentare

anno 1150.

Moritur pater eius.

Mater alteri uiro nubit.

anno 1150. ad uxorem ducendam; *ſed praebens ad haec matri ſurdas aures, operabatur bonum ad omnes incedens per uias ſanctorum eccleſias, innumeros autem pauperum pedes ſibi occurrentes proiecit. Ex hoc laudari ab aliis fugiens, ut ſic occultum remaneret.* His & ſimilibus mater & amici anguſtiati timentes eum iam monachum futurum, fortiter apud eum inſtare coeperunt, ut uel ſaltem concubinam acciperet, eratque tunc nobili uiro Rutgero cognato Eckenberti ancilla, quae pulchra facie, ſed nobilior & pulchrior morum honeſtate, coepit eius oculis placere. Quod ut mater ſenſit, coepit omnibus modis efficere, ut legitimas nuptias celebraret. Sed ille eam cernens non eſſe liberam, a domino ſuo eam ſemel & iterum redemit. Interea mater eius diem clauſit extremum, Eckenbertus autem omni ad ſe patrimonio contracto, coepit paterfamilias eſſe, pulcherrimas equitaturas & ueſtes pretioſas, cum auro radiantibus armis habere. *Amicorum ſuorum interim pendulae exſpectationis animi erant, quidnam agere proponeret, cum foris probi militis officia hominibus exhiberet; coram Deo autem potius monachus aut clericus regularis appareret. Vtique clericus non habitu aut profesſione, ſed opere & huius uocabuli interpretatione.* Nec amiſit priuilegium ſupernae habitationis ex cohabitatione huius mulieris, quam habebat cauſa propagandae prolis, non deſiderio humanae delectationis. Genuit autem ex ea duos filios, quorum alter *Wolframus* in diaconatus ordine, alter *Cuno* uocatus in ordine ſubdiaconatus, ambo in canonica diſtrictione, poſtea cum patre conuerſati digne admodum, aute transmigrationem uenerabilis patris ſui ambo in domino mortui ſunt.

CAP.

CAPVT XXVIII. *anno* 1150.

Quomodo centurio quendam coepit de curia Eckenberti, *quem* ECKENBERTVS *fecit rapi de manu ſua.*

QVadam autem uice cum *Centurio* quendam de ſua curia grauisſime captum detorqueret & precibus eum liberare non poſſet ſtatim, misſis ſeruis ſuis, pauperem de manu illius eripuit, & in domum ſuam introduxit. *Centurio* dum ſe ulciſci cuperet, orta eſt ſeditio populi contra eum, ut fugeret *in monaſterium S. Petri*, & ibi pluribus diebus latitaret. Sed dum aliqui eum ui conarentur inde eripere, uir ſanctus obſtitit, malens ei parcere quam eum ferire. Mediante autem ſeniorum conſilio, pacem, quam rogabat, ultro concesſit. Nam LOTHARIVS imperator ut primum uenit ad ciuitatem, Centurio falſa ueris immiſcens, beneficii accepti immemor, animum imperatoris aduerſus uirum Dei inflammauit. *Lotharius Wormatiae iudicium.* Vnde ille ab imperatore uocatus, nullum e ſuis coram imperatore adeſſe uoluit, cupiens parcere ſuis in domino confiſus uiam ingreditur, Euangeliorum libellum manu deferens, qui ei ad recreationem foret, ſi in ſuam cuſtodiam fuiſſet miſſus. Adhibuit tamen teſtes ſibi uiros idoneos, cenſu pauperes, fide & morum honeſtate diuites, nihil habentes perdere. Ideoque audentes uerum publica uoce profiteri. *Iſtis ſtipatus aulam regiam ingreditur, ſed ille occupatus negotiis uariis, iubet eum altera die reuerti, omnipotente Deo id coelitus procurante, ne ſuus miles ei occurreret, niſi ante conceptae iracundiae furorem depoſuiſſet. Vnde craſtina die rediens, pacatisſimum Imperatorem inuenit.*

anno 1150. *nit.* Vitricus namque ipſius, de quo ſupra diximus, recenſita ex ordine cauſa, regiam iram non ſolum temperauit, ſed etiam gratiam ipſius in commendatae ſanctitatis uirum annuauit. *Haec ſunt Chriſti dona tuae benignitatis, coepit enim ex illa hora in conſpectu regis tantus haberi, ut coram eo plerumque citbariſaret, rexque nonnulla pro petitione eius faceret, quae aliis de ſe magna praeſumentibus denegaret.* Haec omnia diuinae induſtriae adſcribebat. Et quamuis adhuc eſſet in ſeculo, totum tamen ſibi diſplicebat, quidquid agebat, & ut nunquam moreretur in ſeculo, aſſidue rogabat Deum precibus indefeſſis. Accidit interim, ut exigentibus demeritis hominum poenis, tota ciuitas *Wormatienſis* combureretur, ita ut uix paucae eccleſiae incombuſtae remanerent. Sed nec iſta ultima fuit, ut poſtea adhuc ſequetur.

CAPVT XXIX.

De infirmitate ECKENBERTI, & de captu eius ad iudicium DEI.

Eckenbertus aegrotat. QVo in tempore aegrotauit ECKENBERTVS usque ad mortem, & inaeſtimabilis erat dolor eius. *Agebantur autem in eccleſiis ſine intermiſſione pro eo orationes; flebant cognati ſuper eo nepote ſuo morituro; dolebant mendici ſuper miſeratore ſuo migraturo.* Accitis ergo preſbyteris, de animae ſuae remedio ſollicitus agere coepit. *Wolframus* ergo cuſtos *eccleſiae S. Pauli*, cuius conſilio multa bona fecerat, miratus eum longi concubinatus eulogio perſtitiſſe, hortari obteſtarique fecit, *quod inceſtus copulam commutatione matrimonii adornaret, & quos genuerat filios, legitimos facere feſtinaret, alioquin eum fruſtra laboraſſe auctoriſabat. Et praeterea*

bona

bona ad ſolutionem non ſufficere, niſi haec fierent, affirmabat. Annuit ille monenti, nam ultro id egiſſet, ſi opportunitatem faciendi inueniſſet. Poenitentibus tamen amicis, mulierem, quam dudum emerat, ſibi matrimonio copulauit, & filios ſuos haeredes totius poſſesſionis ſuae fecit. *His ita peractis, dominici corporis communione percepta, clauſis oculis obmutuit, & nullum ſuae uitae ſignum reliquit.* Neque calor in membris eius inuentus eſt, fiebantque exequiales orationes pro eo a presbyteris praeſentibus, & in omnibus eccleſiis pro anima eius orabatur. Interea dum corpus extenditur, & ueſtibus ſubterraneis induitur. *Wolframus* filius eius maior adueniens, dum *flens in paternos uultus proſpiceret, uiſus eſt ei aliquis in corpore eius paruus motus.* Renunciabat quoque matri cum celeritate uitam patris; accurrunt omnes ſtupidi Dei miſericordiam expectantes. *Paulatim dehinc ſe erigens, uitae priſtinae reſtitutus eſt.* Recuperata autem ſanitate, quae per DEI miſericordiam in illa extaſi uidiſſet, ſedatis auribus in timorem ſuorum enarrauit. *Raptus ſum,* inquit, *ante tribunal magni iudicis, & poſitus ſub ſtricta examinatione cuiusdam delatoris. Hic ingentis erat ſtaturae, & ut uidebatur, magis aeneae quam carneae, tanta ſiquidem uultus eius perſiſtente conſtantia & auſteritate. Qui poſtquam plurima in me accuſationis ſpicula contorſiſſet, cum irrita cecidiſſent omnia, unum tamen quaſi indubitabile uulnus mihi iniecit. Dixit enim iſte, etſi caetera praecauit, attamen medicinam carnalem requiſiuit. Stabam ſtupidus & pallui poſitus ſub tanto iudice, timui ſuperiori de tam crudeli accuſatore. Sublatus ſum inde ad turrim quandam mirae arduitatis culmen* *anno* 1150.

 habentem

an. 1150. *habentem, in cuius faſtigii celſos gradus arta uia ſubnexit, habui deſiderium aſcendendi in illam, ſed in ipſa artitudine ſemitae quidam reſtitit mihi, ne peragerem id, quod conabar. Habere uidebar cum eo inextricabilem luctam, ſed debilitas mea deſtituta ſolatio, robori illius impar erat. Ductus ſum inde ad inaeſtimabilem uoraginem quandam, cuius profunditatis imum usque ad ſummum uidebatur habere tantum uitae ſpatium, quantum a terra eſt usque ad lunam. Erat autem ſub illa alterius abyſſi profunditas ſed interea pedo quodam in ſimilitudinem litoreae crepidinis unum a ſumma diuidebat. Ebullientes autem tumidi uapores in mediis ſpumis mortuum equum euoluere uidebantur. Stabam exanimis, oppido laſſus, & quid agerem incertus, proximum erat, ut in foueam horroris & moeroris ſqualore foetidam praecipitarer. Et ecce matrona ex improuiſo adueniens dextra me apprehendit, & a tanto periculorum metu liberatum pro comitatu reduxit.* Talia extaſeos ſuae pericula hominibus ad ſe uenientibus cauſa aedificationis aliqua enarrauit, & inter ſalutaria monita, ſicut caeleſtibus gaudiis nihil iucundius; ſic infernalibus flammis nihil amarius eſſe commemorauit. Nomen etiam uiri, cum quo luctum inierat, memoriter recitauit; ne iterum reſoluto corpore in eius fatigaminis moleſtiam incideret, diligenter praecauit. Crediderat enim aliquando pecuniam cuidam egeſtate oppreſſo, ut ille ſibi curiam unam locauerat: ſed cum acceptam ſummam in die conſtituto rependere non potuiſſet, *Eckenbertus* coepit illa uti pro ſua, & forſan diutius ea fuiſſet uſus, niſi diuina percusſione monitus reſtituiſſet. Matrona uero, quae illum eripuit, fuit illa

DIZA

DIZA Wormatienſis, honeſtate morum, numeroſitate nepotum, & copia diuitiarum pluribus cognita. Iſta namque iuerat ad coenobium beati Gregorii in Schwarzwald cauſa uiſendi patris ſui monaſticam uitam ibi profesſi. Et quia *Eckenbertum* in graui infirmitate dereliquerat, ipſum orationibus fratrum obnoxium commendabat; huiuſmodi autem commendationem omnium monachorum communis oratio ſubſecuta eſt. DIZA matrona dicebat ſua interpellatione & monachos & presbyteros humillima oratione id obtinuiſſe, ut miſericordia altiſſimi decreuerit illum reddere uitae. His ſignis *Eckenbertus* communitus, uxoris animum explorare coepit, mundum deſerere cogitans. Nec illa abnuit, quippe quae ex illius animo ſemper pendebat. *Creſcunt itaque opera pietatis. Iſte pauperes colligit, illa abluit & aluit: iſte diuidit nummos;* illa tegendis nudis cenſuit ueſtitus. *Fit domus illorum Xenodochium pauperum, & nullus ſexus aut aetas uel ordo excipitur, quin conſolationis gratiam experiatur. Iſte pater, illa mater, tangunt, ungunt, lauant membra miſerorum putribilia, quae nec dignaretur ſeruus & ancilla.* Cottidianis huiusmodi operibus poſſeſſio grandis attenuatur. Iam in caeleſtes theſauros detulit ſinus pauperum. Diſtractis ergo aureis & argenteis uaſis, ueſtibus pretioſis, uenditis quoque curiis, miles Chriſti, qui diu latuerat, abiecta ſeculari malitia, diutius celari non poterat. Quia uero ſcripturas edoctus erat: ibat de uirtute in uirtutem, qui ſua diſperſerat, ſeipſum abdicare cupiebat, canens cum Pſalmiſta: *Ecce elongaui fugiens & manſi in ſolitudine.* Item, *ducam eum ad ſolitudinem, quo & id loquitur ad cor eius;*

DIZA matrona Wormatienſis.

anno 1150.

CAPVT XXX.

Quomodo S. ECKENBERTVS extra ciuitatem iuxta coemeterium B. Stephani *aediculas conſtruxit pro uxore ſua & aliis ſororibus: Quod coemeterium modo eſt in ſuburbio, non longe ab eccleſia & collegio B. MARIAE VIRGINIS DEI GENETRICIS.*

SEcedens ergo ab urbe in partem cuiusdam uineae iuxta coemeterium beati *Stephani protomartyris* ſitae, paucas de uirgis & luto aediculas conſtruxit, ibique uxorem regularis uitae diſciplinis iniciandam cum aliis boni teſtimonii mulieribus mutata ueſte manere fecit, ipſe autem in domuncula de mulierum habitaculis interſepta orationi & lectioni uacans oculos cordis in contemplationem erigebat, monſtrarique ſibi diuinitus locum diuinis ſeruitiis opportunum a diuina miſeratione obſecrabat. Exaudiuit autem eum Dominus; *nam dum plura loca uigili mente perluſtraret, & in ſingulis aliquid incongruitatis obreperet, miſit Deus in cor eius, ut poſtpoſitis omnibus propriis agris diligentius intenderet.* Habuit enim duos manſos in uilla, quae *Villa Franckenthal.* uocatur FRANCKENTHAL, quos Deo prouidente non uendiderat, quia fortasſis eos in dotem a ſe conſtruendae Baſilicae reſernauerat. His ergo diligenter inſpectis, nihil quod cellae idoneum eſſet, inueniebat, niſi quod lata uaſtitas, ſi cella ibi fieret, amplificari cum agris poſſe promittebat. Erat ager arenoſus, naturali ſuccitate infoecundus, nuſquam ſyluae, nuſquam manantis aquae irrigationes perpetuae,

rem

rem creberrimus excurſus & ranoſa fere contenens omnia palus aerem & paſcua corrupere. *anno* 1150. Quod ibi congregationem futuram ſperaret, tamen conſtantia uiri nihil mota longitudinem totius fundi diligenter contemplabatur; nec tantum proprium ſufficit ei perluſtrare praedium, ſed finitum quoque agelli conſideravit intentisſime ſitum. Ager autem ille trium iugerorum amplitudinem habebat, eratque cuiusdam uiri nobilis, uidebaturque aptior inſtituendae manſioni; tum propter uallem brumalibus aquis plerumque irriguam, tum propter aliquam, quamuis paruam, a uilla remotiorem diſtantiam. Conſtat autem, quod diuina prouidentia, quae in ſua diſpoſitione non fallitur, hanc aream ab aeterno in ipſius miniſterium praedeſtinauit, & aliquid in ea futurum bonum, ſicut antiquorum relatione usque ad nos peruenit, prodigiis manifeſtauit. Venerant in aream illam, quae monaſterium *beatae Mariae Magdalenae* hodie continet, iniqui aliquando ſatellites, pabula equis ſuis inde falcientes. *Vt autem onera modum excedentia caballis ſuis impoſuerunt, ipſique deſuper inſederunt, mirabile dictu, cunctorum haſtae, ſicut erectae uidebantur, miſſo coelitus igne, in ſimilitudinem facularum ardere coeperunt.* Ex eo tempore cauſa facti locus ille memorabilis habebatur. Igitur agelli eiusdem ſitus, qui a diſcretione ſanctisſimi uiri uidebatur prae caeteris idoneus, ſtatuit inire cambium cum praenominato uiro. Vt ergo praefinitus tractandi negotii dies aduenit, praefatus uir ERNESTVS dictus diuina illuſtratione inflammatus, agrum cambire uolenti donauit ultroneus.

F 5 CAPVT

An. 1150.

CAPVT XXXI.

Quomodo Monaſteria in Franckenthal maiori & minori *fuerunt fundata a Sancto ECKENBERTO.*

Franckenthal *monaſterium.*

ACcepta ergo opportunitate conſtruendi operis, ECKENBERTVS tugurium ſuum, quod in Wormatienſi ſuburbio erexerat, non ſtatim deſeruit, ſed *Gotfridum Diaconum, & Goſmannum Laicum*, quos dulcedine ſermonis ſui attractus ſpecialiore prae caeteris familiaritate habuit, faciendae ſtructurae praefecit. Interea autem ipſe aut orabat aut legebat, & aduenientibus monita ſalutis conferebat; ſed & nonnunquam ipſe ad locum conſiderationis cauſa procedebat. Contigit una dierum cum locari debuiſſet fundamentum magno negotio, eum impeditum intereſſe non potuiſſe. Praedicti itaque fratres, manſione accepta, ſecundum datam ſibi formam maturando operi inſiſterent; debebant autem ad exemplar eccleſiae *S Amandi*, quae eſt in ſuburbio Wormatienſi, modicam fabricam extruere; boni homines ex uillis hortati ſunt eos, ut fundamenta dilatarent, ac de diuina clementia nihil haeſitarent. Illi pie obedientes conſenſerunt benigne conſulentibus, talem modificantes baſilicam, qualis hodie certe cernitur. Quem exceſſum Dei famulus idcirco aequanimiter tulit, *quia eum non ſine omnipotentis DEI prouidentia contigiſſe cognouit.* Inchoatum autem ſanctitatis propoſitum omnium malorum ſuccenſus diabolus impedire omnibus modis conabatur, quoniam id ad utilitatem eccleſiae fieri ſuſpicabatur. Quidam enim membrorum eius deſpoliauerunt omnes, qui ex circumiacentibus

uillis

uillis ad conuehendos lapides primi proceſſerunt. *an.* 1150.
Clerici etiam mundiales, *quae ſua ſunt, quaerentes, non quae Ieſu Chriſti, timentes ſuis lucris incommodum fore, quantum poterant, inceptum opus impediebant, & popularibus ſuis locum frequentantibus infenſi fuerunt, eosque in ſuis conuenticulis laniantes auertere temptauerunt.* Praeualuit autem DEI uirtus, & ipſo protegente peractum eſt opus mirabili uelocitate. Digreſſus interim ab urbe ſeruis Chriſti cunctis humilior, in manſiuncula exigua, exiguitate ſua praeparata manere conſtituit, nec a ſancta conſuetudine animum declinauit. *Erat peruigil in orationibus; frequens in lectionibus; conſilium quaerentibus optime conſulebat; puſillanimes conſolabatur paterne. Praeterea de donariis in loco illo diuinitus oblatis accipiebant peregrini uiaticum, uiduae alimentum, pauperes ueſtitum; ipſe autem lumbare cilicium, circa uentrem uinculum ferreum ab humeris usque ad pectus, cilicium in modum crucis in quatuor partes diſtinctum portare ſolebat.* Propter talia mira inſignia bonitatis, plurimi uerbis & exemplis eius commoti, omnia deſerentes, ſpontaneam paupertatem eligentes, breui tempore ita locum extulerant, quod iam in uno monaſterio hi, qui conuenerant, omnes contineri non potuerunt. Quod animaduertens induſtria uiri aream unam circumdari firmiſſimo ſepte praecepit, ibique ſorores a Wormatia ſub ipſa obſidione reductas, & eas, quae a uillis conuenerunt, donec & illis eccleſia fieret, recluſit.

CAPVT

anno 1160.

CAPVT XXXII.

De conſecratione eccleſiae in Franckenthal per BVGGONEM epiſcopum Wormatienſem.

PErfecta autem eſt maior eccleſia, & in honorem beatae Mariae Magdalenae conſecrata pridie idus Iunii, in natale ſanctorem martyrum, Cirini, Naboris & Nazarii. Sic in hiſtoria ſancti Eckenberti legitur, ſed in catalogo epiſcoporum noſtrorum ſic habetur. Anno Dominicae incarnationis MCXXV. indictione tertia, epactis XIV. dedicata eſt primum baſilica ſecundo idus Iunii a domino BVGGONE uenerabili epiſcopo Wormatienſi in honorem ſanctae Mariae Magdalenae ſpecialiter. Anno Dominicae incarnationis MCLX. indictione tertia, cum iam recuperata eſſet eccleſia beati Petri, quae partim incendio perierat, ſupradicto folio accidit, ut HENRICVS imperator *quintus* rex ueniret Wormatiam cum multis archiepiſcopis & epiſcopis atque nobilibus, petiuit ab epiſcopo BVGGONE, ut in praeſentia eius domus ipſa conſecraretur; quo piae petitioni eius annuente, a Brunone Treuirenſi archiepiſcopo, cooperantibus *Brunoni* Spirenſi epiſcopo, Renouardo *Euſtetenſi* epiſcopo, Aluino *Mersburgenſi* epiſcopo, & *Herwigo Miſnenſi* epiſcopo, in honorem ſanctae & indiuiduae trinitatis & ſanctisſimae Dei *genetricis* & ſemper uirginis Mariae, & illorum, quorum reliquiae in altare beati Petri ſunt reconditae VIII. idus Iunii, & fluxerunt anni inter dedicationem, quam beatus Burchardus epiſcopus, fabricator eccleſiae Wormatienſis fecit tempore *Henrici ſecundi* imperatoris, fere centum & XXVI.

Ao. 1160. *Henricus V. Wormatiae.*

XXVI. usque ad iſtam, quae facta eſt ſub BVGGONE epiſcopo Wormatienſi & ſub Henrico quinto, de quo iam ſupra dictum eſt, ſed nec iſta ultima fuit. Item anno Dominicae incarnationis MCLXIII. indictione quarta, a BVGGONE epiſcopo Wormatienſi conſecrata eſt Baſilica maioris Franckenthal ad honorem ſanctae Mariae matris Domini & aliorum ſanctorum. Item anno Dominicae incarnationis MCLXXXI. indictione XIV. epact. III. regnante *Friderico* imperatore, *Alexandro* apoſtulatui praeſidente, ſecundo idus Iunii, dedicata eſt pars tertia baſilicae maioris Franckenthal, a uenerabili Conrado ſecundo, Wormatienſis eccleſiae epiſcopo, in honorem Domini noſtri Ieſu Chriſti, & ſanctae DEI genetricis Mariae, & ſpecialiter ad honorem beatae Mariae Magdalenae & aliorum ſanctorum. Anno Dominicae incarnationis MCXIX. indictione XII. ep. null. concurrentibus in fundamentum baſilicae ſanctae Mariae Magdalenae primitus poſitum eſt a domino *Eckenberto* beatae memoriae uenerando patre noſtro VII. Kalend. Maii eodem die Marci Euangeliſtae. Anno Dominicae incarnationis MCXXXIX. indictione quinta, *eccleſia ſororum in Franckenthal dedicata eſt in honorem beati Stephani.* Sed poſtea conſecrata eſt in honorem omnium ſanctorum apoſtolorum Simonis & Iudae, ſicut in hiſtoria Eckenberti dicitur. Sed fundamentum eccleſiae ſororum in minori Franckenthal poſitum fuit anno Dominicae incarnationis MCXXV. indictione III. epactis XIV. concurrentibus III. VI. idus Maii hoc eſt Gordiani & Epimachi.

anno 1181.

An. 1181.

CAPVT

anno 1181.

CAPVT XXXIII.

DE PRIMO PRÆPOSITO IN FRANCKENTHAL MAIORI.

NOn miretur lector, ſi, dum ſcribere uolo geſta ciuitatis noſtrae, deueni ad ſcribendum geſta monaſterii in FRANCKENTHAL. Eſt enim utique laus noſtrae ciuitatis, quod tantum lumen ex ea exiuit & tanta uitis, quae tot botros de ſe genuit, hoc eſt, *uiros illuſtres ex ſe procreauit, &c.* Igitur confluentibus ad reuerentiam tanti coelicolae presbyteris & diaconibus, quoniam talis multitudo ſine prouidentia ſpiritualis patris eſſe non poterat, adierunt plenum ſapientiae uirum, conſilium eius ſuper eligendo paſtore requirentes. Nominauerunt etiam perſonam, ad quam animi omnium erecti detinebantur. Ille uero timens perſonam aliunde petitam detrimento fore non incremento nouae plantationi, animos nouarum rerum cupidos paterna commonitione compeſcere ſtuduit, donec in propria congregatione per Dei miſericordiam aliquis proueniret, qui huius laboris ſarcinam portare idoneus eſſet. Vt uero cognouit mentes omnium aliorſum tendere & ſua conſilia grauia uideri, acquieuit multitudini ſed damno omnium, qui non conſenſerant ſapientiori, elegerunt enim quendam nomine BERDOLPHVM Sprengenesbacenſem eccleſiae canonicum, qui in paſtorali conſtitutus officio, partes fecit in populo, accipiensque perſonas nobiliores prouectioresque ſublimauit; debiles autem & idiotas contemptibilius iuſto praegrauauit. Inde murmura. Inde rixae. Inde aemulationes & his ſimilia oriebantur, occultabantur tamen utcun-

Bertholdus *primus praepoſitus.*

cunque, donec ſuo ductu ſorores in monaſterio earum recluſae ſunt, quod *minus Franckenthal* dicitur. Euoluto temporis aliquanto articulo, poſtquam *Berdolphus* ſupradictus uidit, non ſe, ſicut uoluit, a detrectantibus honorari; & exteriora negotia magis conſilio domini *Eckenberti* quam ſuo amminiſtrari, maluit locum dimittere quam in regnando ſudare, nec tamen proficere. Abſoluit ergo omnes a ſua obedientia, uenerabili domino *Buggoni* Wormatienſi epiſcopo cura animarum reſignata. Dimiſſo interim propriae libertatis arbitrio ſapientiorum, qui inter eos erant, procurabant officio & beati uiri amore paterno. Quamuis enim *Eckenbertus* Laicus erat, & humillimorum humillimus apparebat, nullus tamen praeſumpſit aliquid pro terrore defendere, quod illius agnouiſſet diſcretioni diſplicere. *Reuerebantur eum iuuenes; honorabant eius ſanctitatem ſeniores; quicquid ipſe diffinierat, illud uniuerſi quaſi pro lege tenebant.* Talis unanimitas fulgebat in fratribus & eadem ſanctimonia & charitatis obſeruatio coruſcabat in ſororibus, inter quas RICHLINDIS, quondam uxor *Heckenberti*, Miniſtra non magiſtra eſſe decernens obedientior cunctis, rationabilior uniuerſis confortabat debiles, conſolabatur puſillanimes, diffidentes coarguit, ex obſtrepentibus obedientiſſimas fecit. *Ipſa mater pacis & concordiae, ipſa corroboratrix diſciplinae, ipſa donum coelitus habuit, ut ſi magiſtra iubente aliquam rem diſtribueret, inter diſtribuendum quaedam abundantia ſuccreuit.* Talibus columnis ſubnixa utraque congregatio inſtitit diuino ſeruitio, deprecans talem ſibi concedi paſtorem, qui tantam multitudinem gubernare

anno 1181.

Richlindis uxor Eckenberti.

anno 1181. nare idoneus fuiſſet. Deinde accitis eccleſiaſticis uerbis in conſilio, dum in eligendo precum ardore canonibus in timore Dei uigilanter inſiſterent, homo Dei, ne filium ſuum *Wolframum* Diaconum eligerent, ſollicitus eſſet, uerſa uice, qui electioni praeerant ipſum nihil tale ſuſpicantem rapuerunt, renitentemque fauentibus clericis, gaudentibus laicis, patrem ſuum conſtituerunt. Informatus ergo tonſura clericali poſt aliquot dies exhibetur antiſtiti. Gaudet ille triſtemque conſolatur inquiens, *non poſſe mutari; quod ſapientia Dei & uirtus uoluerit, ita ordinari.* Humilis autem ſeruus Chriſti dum preces precibus iungeret, abſolui diligentiſſime rogaret, nec impetraret, in amaritudine animi ferуentis fertur dixiſſe: *adhaereat lingua mea faucibus meis, ſi unquam iuſſero de ordine dici.* Quam uocem licet impraemeditatus dixerit, eamque cum uenia transgredi potuerit, tamen ita cautam usque ad obitum cuſtodiuit, ut prior clauſtri de ordine dici iuberet, quamuis ipſe capitulo praeſideret. Acceptis ergo pro ſuccedentium ſibi uicisſitudine temporum ſacris ordinibus priſtinae humilitatis tenorem non immutauit, ut plerique facere ſolent, de quibus quidam ſapiens ſic ait: *Recti ſunt mores, quoniam capiuntur honores. Ipſe autem non ſic fecit. Erat autem humillimus, in ſermone uerax, in iudicio iuſtus, in conſilio prouidus, in bonitate conſpicuus, in commiſſo fidelis, in interuentu ſtrenuus, in uniuerſa morum honeſtate praeclarus.* Functus ergo ſacerdotii dignitate, ad paſtoralis officium ſublimatus honore, non ſolum Franckenthalenſem, ſed & alia tria monaſteria, ſc. Logenuelt, Hagen, Molum, uelut in propriam dotem acceptis priuilegiis confirmauit.

CAP.

CAPVT XXXIV. anno 1130.

De obſidione ciuitatis Wormatienſis.

SEquitur autem in praefata hiſtoria *S. Eckenberti*, quae in FRANCKENTHAL eſt, quomodo LOTHARIVS ſecundus imperator obſedit ciuitatem Wormatienſem, ſed nec ibi cauſa, quare eam obſedit, uel quamdiu eam obſedit, de quo tamen miror. Nec in chronicis hoc inuenio. Vnde dicitur in hiſtoria praefata, quod *ſorores ex ſuburbio duxit in Franckenthal ſub ipſa obſidione urbis.* Item poſtea dicitur, quod cum ſanctus *Eckenbertus* miſſus fuiſſet in Wormatienſi obſidione ad placandum imperatoris animum, non eſt equo uectus, ſed pede uiam carpens in locum, qui Nuhuſen uocatur, uno comitatus fratre gradum maturabat. Videns autem pauperem nudum ſecum ſecus uiam, cum non haberet, quod ſibi daret, pileum ſuum ſibi proiecit & abiit. Non longe alium uidens, calciamenta ſua detraxit & ſibi porrexit. Vnde cum non poſſet impetrare, propter quod miſſus fuit, ſalua regiae maieſtatis honorificentia, *ſorores, quas in ſuburbio collegerat, naui impoſitas ad Franckenthal perduxit.* Pergens aliquando ad Moguntinenſem ſynodum *S. Eckenbertus* diuitum domus fugiens, in domo manſit cuiusdam pauperis. Peracto ſynodo, miſit fratrem ad conducendos mercenarios pro purgatione ſtabuli, qui dum pergeret, ipſe fimum per ſe, antequam uenirent, extraxit, & nihilominus ipſis uenientibus mercedem tribuit. Alio tempore uidens ibi in porticu multitudinem pauperum omni ſolatio deſtitutos, *a proxima taberna empto uino omnibus propinauit manu propria, & ſic infirmorum ſitim reſtinxit: foenum quoque fecit erui & ſingulis* *ſub-*

Wormatia obſidetur.

Lotharius Wormatiam obſedit.

anno 1130. *ſubſterni, pro eo quod lectis carebant.* Cum aliquando circa *Bobenheim* uillam ueniret, & ibi pauperes cumplures cerneret hyemali tempore, & nemo ibi pertranſire poſſet, niſi cum equo uel carruca; *flebat cum flentibus*, neſciens quid ageret. Et ecce ueniens quidam cum carruca, flexus uiri prece & pretio, omnes in uehiculum compoſuit. Pluuiis autem interim cum niue mixtis arctantibus illos, homo Dei birro ſuo illos inuoluere maturabit, ſed frater comitatus eum hoc pietatis opus anteuenit. Vnde inuolutis in ſua ueſte pueris in ſola tunica permanens ad cellam properauit. Maturato interim foco, *Eckenbertus* Chriſto in paupere comitatus poſt paululum aduenit; reperiens autem & alios pauperes, mendicitate oppreſſos, ibidem conueniſſe, ualde laetatus iſtos illis applicuit, nec ante pranſus eſt, quam omnes illos refecit. Quidam peregre proficiſcens, ſubuculam ſuam ſancto uiro tradidit tali conditione, *ut ſi tempore tali non reuerteretur, pro ſalute animae ſuae pauperibus largiretur.* Perrexit ille, & non eſt reuerſus iuxta condictum, & *Eckenbertus* ſubuculam illius pauperibus largitus eſt. Poſtea autem rediens ſua repetiit, ſed uir ſanctus eleemoſynam illius ſuam faciens ſibi ſua gratis reſtituit. Tempore antiquo tirocinii ſui quidam a ſuis ſeruis, quia eum offenderat, baculis caeſus eſt, qui poſt conuerſionem illius contumaciter aduolans, coepit ſanctum Dei deteſtari; iteranſque conuitia, quae nec audebat facere, coepit minari. Ille nihil contradicens pie reſpondit; *Si te, amantiſſime frater, ſerui indignitatis meae percuſſerunt, ego a te percuti deſidero non recuſo. Percute ergo me, & quotquot dictauerit iracundia tua plagas, impone.*

Tunc

Tunc ſtupens ille a lacrymis ſe continere non potuit, unde eleuatus ab eo, deinde dedit ſpontanea dona & cum benedictione eum dimiſit. Fecitque etiam uir iſte ſanctus plurima miracula, quae in geſtis canonicorum regularium ſcripſimus. Et nonnunquam dicta uel facta fratrum pro negotiis foris manentium, Deo reuelante, cognouit, illisq; reuerſis, quod egerant, obiecit, ac ſi praeſens fuisſet. Plurima quoque ſunt, quae per eum cooperatus eſt dominus, longum eſſet ſcribere. Praeſcius autem obitus ſui, propter infirmitatem quoque ieiunia & uigilias creberrimas habuit. Corpore deficiente, diutius disſimulare non potuit. Incumbens ergo lecto nec mori timuit, nec uiuere recuſauit propter utilitatem ouium ſuarum: ueruntamen ſe in uoluntate Dei reſignans fratres ad ſe introeuntes ſalubri conſilio firmauit: & ad pacem & ſanctimoniam, ſine quibus Deum nemo uidebit, animas eorum excitauit. *Deinde ſumptis deuotisſime ſacramentis eccleſiae, obdormiuit in domino, anno ordinationis ſuae tertio, totius uero uitae ſuae quinquageſimmo tertio.* Quantus autem dolor fuit in obitu ſuo, quis dinumerare ualet. Tandem itaque tollentes fratres corpus cari ſui magiſtri & ſacerdotali induentes amictu ad eccleſiam detulerunt. Et quia proximus dies uigilia natiuitatis domini fuit, ſepulturam eius usque in diem S. Stephani diſtulerunt. Conuenientibus ergo in unum ex diuerſis locis infinitis hominibus utriusque ſexus, *oſtendi ſibi corpus precabantur defuncti.* Quod cum factum fuiſſet, *nouus fletus maximus ortus eſt.* Vnde alii *in feretro nummos proiecerunt, & mulier quaedam ſolidos aliquos*, quos uiuo dare uoluit, in manibus eius collocauit. Finitis miſſarum ſolemniis

anno 1132.

mortuus anno 1132.

anno 1135. coram altare beatae Mariae in ipſo aſcenſu ſanctuarii per manum uenerabilis domini BVGGONIS, epiſcopi Wormatienſis, coram immenſa multitudine clericorum & laicorum ſepultus eſt, anno domini MCXXXII. indictione X. Romanum imperium ſtrenue rege Lothario regnante Domino noſtro Ieſu Chriſto, qui uiuit & regnat in ſecula, amen. Vxor eius RICHLINDIS ſancta, quae fuit magiſtra ſororum in minori Franchenthal, obiit pridie Kalendas Septembris felix mulier. WOLFRAMVS Diaconus ſenior filius S. Eckenberti obiit quarto Kalend. Iunii. CVNO Subdiaconus, filius Eckenberti minor obiit ſexto Kalend. Iunii. Hi ſunt ex uiris, ex illuſtribus * tuis, o Wormatia, qui radicem ex te traxerunt, & ſanctitatis ſuae ueſtigia in te reliquerunt. Contra *Buggonem* epiſcopum electus eſt ARNOLDVS quidam, ob gratam petitionem uenerabilis Adelberti Moguntinenſis archiepiſcopi, & apoſtolicae ſedis legati. Sed iſte non ſcribitur in catalogo epiſcoporum; ſed tantum ad annos aliquot in ſchiſmate contra *Buggonem* epiſcopus fuit. Vnde & in litera una dominorum in Nuhuſen mentio eius fit, eo quod confirmauit donationem aliquam eius factam a praedeceſſore ſuo Adelberto anno Dominicae incarnationis MCXXXV. indictione XIII. anno ordinationis meae XVI. regnante glorioſiſſimo Lothario ſecundo, anno XI. regni eius. Patet ex his *ſchisma* longum fuiſſe inter *Buggonem & Arnoldum* iſtum, quia ordinatus fuit in epiſcopum XIX. anno, & fuit usque ad annum XXXV. Sed in fine *Buggo* praeualuit, & trigiata ſex annis in epiſcopatu ſedit.

ſchisma inter Arnoldum & Buggonem.

CAP.

CAPVT XXXV.

anno 1170.

Continuatio Wormatienſium epiſcoporum.

CONRADVS PRIMVS Buggoni ſucceſsit; ſed quamdiu iſte praefuit, uel quid egerit, ignoratur. CONRADVS II. huic ſuccedens tempore Friderici imperatoris floruit. De quo inuenio, quod ſepultus eſt in choro S. Laurentii eccleſiae Wormatienſis ante altare; deditque dominis in Nuhuſen aliqua bona cum bulla cum tali annotatione annorum MCLXX. Indictione ſecunda, regnante glorioſisſimo Romanor. imperatore Friderico primo. Iſte uel forte potius praecedens anno dominicae incarnationis MCLVIII. ſeptimo idus Decembris has reliquias contentas in theca beati Cyriaci dedicauit, aſtantibus religioſis uiris abbate de Schoenhouia cum duobus monachis ſuis, & decano Nuhuſenſi cum caeteris canonicis, coſtam ſc. ſancti Cyriaci cum caeteris reliquiis non paucis, ſc. ſanctorum Siſinnii, Smaragdi & Langi. Iſte etiam Dominis in Nuhuſen bona quaedam dedit anno domini MCLXX. Tempore Friderici I. imperatoris primi, grauis oppresſio tetigit Eccleſiam Wormatienſem. Nam a *Conrado Palatino* comite Rheni redimebant ſuas proprias poſſeſſiones, quod ipſe uiolenter occupabat. Sicque dies mali erant, tempus redimebant, & ipſe palatinus comes frater erat Friderici imperatoris, contra quem ex aequo ſtare non potuerunt, & praeterea nullum ſubleuamen habebant. Anno Domini MCLXIII. VIII. Kalend. Iunii inceperunt fieri miracula per merita *S. Nicolai* epiſcopi in capella contigua eccleſiae *maiori Wormatienſi* a meridie, ubi uenerabilis uir CONRADVS epiſcopus

XXIV. CVNRADVS I.

XXV. CVNRADVS II.

anno 1170.

Conradus Palatinus frater Friderici imperatoris.

anno 1163.

Miracula S. Nicolai in Wormatia.

anno 1181. tunc praefuit, tempore illo, quo *Fridericus imperator* Auguſtus de Mediolano uictor in Germaniam rediens Moguntiam in minoribus ambitibus complanauit. Hic in *cronica epiſcoporum* noſtrorum non ſubditur cauſa deſtructionis Moguntiae ciuitatis. Veruntamen hoc fuit propter horrendam mortem, quam ſancto *Arnoldo* epiſcopo ſuo ſibi dilectisſimo intulerunt, prout in hiſtoria ipſius ſancti *Arnoldi* epiſcopi Moguntinenſis habetur, quam habeo.

Moguntia deſtruitur.

anno 1181. Anno incarnationis Dominicae MCLXXXI interim eccleſia S. *Petri* in Wormatia dedicata eſt, & inuenitur ab *Arnoldo* archiepiſcopo Treuirenſi, cooperantibus tribus epiſcopis, Conrado *Wormatienſi* ſecundo epiſcopo: Hermanno epiſcopo *Monaſterienſi*, & Vlrico epiſcopo *Spirenſi* VI. Nonas Maii ſub imperatore FRIDERICO, qui tunc ibi erat occupatus in cauſis imperii examinandis, & maxime *S Arnoldi* archiepiſcopi Moguntinenſis, amici ſui, prout dicitur hic. Et fluxerunt anni ab iſta tertia dedicatione usque ad tempora Friderici primi epiſcopi, *centum* & *unus*. Iſtud uero ſcripſit in quodam antiquo libro in maiori eccleſia quidam MICHAEL exiſtens theſaurarius domini, prout ibi inuenitur. In diebus illis fuit in Wormatia *pullus* gallinae, qui quadrupes de ouo exiuit. Anno Domini MCLXXIX. quarto idus Martii dedicauit iſte *Conradus* ſecundus capellam canonicorum de FRANCKENTHAL, quae ſita eſt in oppoſito fratrum *Auguſtinenſium*, in honorem Domini noſtri Ieſu Chriſti, & ſanctisſimae eius genitricis, glorioſae uirginis Mariae, & horum ſanctorum reliquias, quorum in altari continentur, ſc. *Thomae* apoſtoli, *Mariae Magdalenae* de peplo, ſanctae *Mariae*

Eccleſia S. Petri dedicata.

Fridericus in cauſis imperii.

MSCTum.

Pullus monſtroſus.

Dedicatio capellae in Franckenthal.

Reliquiae SS.

Mariae uirginis, *Marci* euangeliſtae: *Matthaei* apoſtoli, *Iacobi* apoſtoli, *Mauritii*, protomartyris *Stephani*; *Fabiani* & *Sebaſtiani*; *Nazarii*, *Baſilidis*, *Cyrini* & *Naboris*; *Georgii martyris*, Danitorum, *Innocentii*, *Euſtachii* martyris, Nicolai epiſcopi, Desboti epiſcopi, Auctoris archiepiſcopi, Dauid quoque, Margarethae uirginis, *Pelagiae*, *Cyriaci* martyris, *Gertrudis* uirginis, undecim millium uirginum. Haec in antiquo *miſſali* habentur. In eadem quoque hiſtoria legitur, quod glorioſus imperator FRIDERICVS audiens multa mala, quae principes alii intulerunt ſancto uiro *Arnoldo* archiepiſcopo Moguntino, optimo amico ſuo, & ſibi multum caro, rediensque ex Italia poſt imperialem ſuſceptam coronam, omnes illos ſacrilegos, coram ſe *Wormatiae* reſponſuros domino epiſcopo *euocauit*, ubi in praeſentia totius curiae omnes in faciem ſuam ad pedes reuerendisſimi pontificis corruentes, iuxta quod ſcriptum eſt: *inimici eius terram lingent, in cinere & cilicio ſatisfacientes*, *poenas tanto facinori congruas dederunt*, & *uindictam*, *quae uulgo dicitur arreſtara*, *in medio hiemis horrendiſſimi temporis*, quilibet in ordine ſuo ſecundum ſuam dignitatem uel conditionem, *nudipes* ad terminum usque ſtatum, pro gratia tanti pontificis recuperanda, proprio collo congeſtans. Inprimis PALATINVS Rheni comes, ſicut principalis tanti flagitii auctor, *canem* per medium *lutum* portauit, alii autem *ſellam aſinariam*, alii ſubſellarii inſtrumentum, atque alii alia ſecundum ſuam conuenientiam rigidis plantis algentibusque totius in conſpectu ferebant conſilii. Sed quia iſti, recedente imperatore ad Italiam, epiſcopum eundem horrende interfecerunt, ipſe imperator redi-

anno 1181.

Fridericus imperator I. Wormatiam.

euocauit reos e Moguntia.

Κυνοφορία.

anno 1181. *Imperator Fridericus I. muros ciuitatis ſubuertit.* *INCLVSA quaedam in Wormatia.*

rediens uictor de Italia, *muros* ciuitatis *Moguntinae* ſubuertit, ut ſupra dictum eſt. Ruit autem INCLVSA, quae tempore iſto in Wormatia deuote ſeruiens Domino Deo in ieiuniis & orationibus multis, quam plurimi ob ſalutem animae ſuae uiſitabant, & monita ſalutis ab ea capiebant. Ad hanc inter caeteros uenit aliquando uiſitationis gratia abbas *Theobaldus* de SCHOENHOVIA iuxta Heydelbergam, uir uenerabilis, deuota aliquoties cum illa miſcens colloquia. Habent namque in urbe noſtra *curiam ſolennem*, in qua adhuc aliquotiens ueniunt abbas & fratres eius. Quadam autem uice, cum ad illam, Deo

S. HILDEGVNDIS mentitur iuuenem.

dirigente, ſancta ueniſſet uirgo HILDEGVNDIS, ſub habitu incedens uirili, praefata INCLVSA ab eodem petiit abbate, ut illum iuuenem in ſuum reciperet monaſterium. Ille uero nolens eam contriſtari, annuit precibus eius & putans eam idem abbas eſſe adoleſcentem, poſt tergum ſuum in eodem equo ſedere iuſſit. Quae cum loqueretur uoce foeminea & gratiali, dixit ei abbas: *frater Ioſeph, nondum mutaſti uocem tuam.* Reſpondit illa: *Domine, nunquam mutabo illam.* Adoleſcentem ſe ſimulans, nomen Ioſephi ſanctiſſimi ſibi impoſuerat, ut eum, quem ualidas tentationes uiciſſe nouerat, contra duplicem hoſtem impugnatura, carnem ſc. & diabolum, memoriae ſuae arctius imprimeret, & per auxilium plenius ſentiret; multas enim ſuſtinuit moleſtias ante ingreſſum ordinis. Vnde & innocenter pro fure accuſata, ſuſpenſa fuit & per angelum Domini liberata. In ordine uero inter uiros uixit, omnibus ignorantibus fratribus, usque ad diem dormitionis ſuae, expletis feliciter duobus annis, iuxta uerbum angeli, quod ſibi dixerat.

dixerat. Obiit autem *ſancta Virgo* XII. Kalend. Maii anno Domini MCLXXXVIII. ſole tendente ad occaſum in pace Chriſti, cuius uita longe ſcribitur *in dialogo*, prima diſtinctione, quadrageſimo capitulo, ſed ratione Incluſae noſtrae breuiter hic ponitur. *anno 1188.*

CAPVT XXXVI.

Continuatio epiſcoporum Wormatienſium.

HENRICVS de Traiecto, ſuperiori ſcilicet Maſtricht, ſuccedens Conrado ſecundo in epiſcopatu, obiit X. Kalend. Ianuarii, & ſepultus eſt in medio chori maioris eccleſiae Wormatienſis; quantum ſedit, non inuenio. Sub iſto praedicatores introducti ſunt ad urbem noſtram: ſed uidetur potius, quod ſub HENRICO ſecundo, qui ſtatim ſequitur, qui praefuit, ut in literis patet MCCXII. Fundatum namque monaſterium *praedicatorum* fuit anno Domini MCCXXVI. ſtatim in initio ordinis poſt mortem S. Dominici anno quinto. Et quadrageſimo anno *prouinciale capitulum* ibi ſeruatum eſt primum; ſed ſeptimum in ordine domorum, prout infra locis ſuis dicetur. LVPOLDVS mortuo Henrico ſucceſsit in epiſcopatu, homo multum malitioſus, & tyrannus magnus; qui obiit *XVI. Kalend. Februarii*. Huius meminit CAESARIVS *monachus* in dialogo ſuo ſecunda diſtinctione capitulo nono ſic inquiens: *In Wormatia ante paucos annos quidam epiſcopus fuit nomine* Lupoldus, *ſolo quidem nomine epiſcopus, opere autem tyrannus. Hic cum eſſet uaniſsimus, nihil in ſe habens pietatis, nihil religioſitatis. Dicebat ei quodam tempore Germanus ſuus, uir nobilis: domine epiſcope, multum ſcandaliſatis nos laicos ueſtro exemplo.*

XXVI. HENRICVS MCCXXVI.

Praedicatores uenerunt Wormatiam.

Praedicatores introducti ſunt Wormatiam.

Conſentiunt Chronica ciu. Worm. ſub Henrico II. epiſ. Worm. Henricus II. anno 1212. anno 1226.

XXVII. LVPOLDVS 1210. epiſcopus diabolus.

Caeſarius monachus.

anno 1225. *Antequam eſſetis epiſcopus, aliquid timebatis, modo nil prorſus de eo curatis.* Cui ille reſpondit: *Frater, duo uicini erant, ex quibus unus exemplo alterius peccauit. Mortui ſunt ambo & deducti in infernum. Cum eſſent in tormentis, unus alteri dicebat: uae tibi, quia tuo exemplo peccaui, prouocatus ad peccatum merui hunc locum. Cui alter, bone uicine, ſi tibi placet amplius ſedes mea, trade mihi illam, ut ego tibi tradam meam.* Hoc uobis dico, fratres: *Quando uenerimus ad inferos, ſi uidebitur ſedes mea honorabilior, aſcendite eam & recipite ueſtram.* Reſpondit frater eius: *mala conſolatio haec.* Iſte Ludolphus *epiſcopus* ita *diabolicus* erat, ut tempore ſchiſmatis, quod inter duos reges OTTONEM IV. & PHILIPPVM erat, cum ſibi uſurpaſſet *epiſcopatum Moguntinenſem* eiusdem Philippi auctoritate, & multis bellis intereſſet, non parceret eccleſiis, non coemetriis. Et cum milites ſui ei dicerent: *Domine, non licet nobis ſpoliare monaſteria & coemeteria;* reſpondit: *Si oſſa mortuorum tollitis, tunc primum coemeterium ſpoliatis.* Iſte prius fuit *Praepoſitus* eccleſiae NVHVSENSIS; ſed ab Innocentio III. ob enormia facta ſua excommunicatus, extra terminos ſuae dioeceſis, imo & totius imperii relegatus eſt, & epiſcopatus Wormatienſis SIFRIDO, archiepiſcopo Moguntino commiſſus eſt in ordinatione diuinorum. Vnde & auxilio Philippi regis fretus, collecto exercitu, profectus eſt in Italiam ipſum papam debellare. Quem etiam in diuerſis locis, quod dictu horribile eſt, idem *papa* ardentibus candelis excommunicauit. Poſtea tamen in odium imperatoris Ottonis IV. officio & beneficio reſtitutus eſt Anno MCCXII. Vir iſte ſaepe cecidit & ualde, ſed neſcio utrum

Schiſma inter Ottonem IV. & Philippum reges.

Epiſcopus miles.

Iudicium de coemeteriis.

SIFRIDVS anno 1225.

in

in fine per contritionem ſurrexit. Hoc ſcio, quod legatio, in qua hominem depoſuit, multae diſſenſionis ſeminarium fuit. Dicit autem in quadam litera ſua ſic: *In nomine ſanctae & indiuiduae trinitatis. Suſcitari ſolet interdum obliuionis nebula. Vnde ego LVPOLDVS, Dei gratia humilis WORMATIENSIS eccleſiae miniſter, reuerſus ab exterminio in quo diu deſudaui, notum facio tam praeſentium fidelitati, quam futurorum ſecuturae poſteritati, quod referentibus canonicis de* Nuhuſa *didici, qualiter dilectus eorum Praepoſitus, attendens eccleſiae ſuae deſolationem, imo etiam imminentem ex diuturna hoſtilitate deſtructionem, canonicorumque ſuorum ſtipendiis non modicam attentionem diuina inſpiratione compunctus, confratrum ſuorum praebendas laudabiliter in ſuae ſalutis augmentum duxit ampliandas, & ut ibi Deo ſeruientes honeſtius uiuere, & in diuinis Deo poſſent frequentius famulari. Habito itaque ſuper hac re domini* Sifridi *archiepiſcopi conſilio & deliberatione, qui eo tempore, quo extra terminos noſtrae dioeceſis, imo etiam totius imperii relegatus fueram, ordinationem a ſummo pontifice in noſtro epiſcopatu habebat in diuinorum ordinatione iuris patronatus trium eccleſiarum, uidelicet* Ebernberg, Manheym, Moguntinenſis *dioeceſis quod ad praepoſituram* de Nuhuſen, *quae ad epiſcopatum ſpectare dinoſcitur, de bona ipſius uoluntate & capituli ſui frequenti petitione abſolute renuncians quin & ordinationem domini* Moguntini, *& factum* Henrici *praepoſiti ut decuit rectam & inconuulſam habui & approbaui.* Acta ſunt haec anno Dominicae incarnationis *MCCXII. quarto nonas Decembris.* Item dedit dominis in Nuhuſen quaedam bona in BOTZHEIM cum litera tali: Holocauſtum tem-

anno 1212.

DIPLOMA LVPOLDI an. 1212. ubi ipſe epiſcopus cum delicta confitetur, tum poenam excommunicationis.

Formula donationis

anno 1217. temporalis ſublimitatis &c. *Ego Lupoldus DEI* Botzheim *clementia Wormatienſis epiſcopus humilis miniſter,* Nuhuſen *eccleſiae ex ſpecialibus pietatis ſiue amplexus uiſceribus de commiſſa meae diſpenſationi ſubſtantia aliquid rogare diſpoſui.* Acta ſunt haec anno Domini MCCXVII. alia quoque etiam bona eius dedit.

CAPVT XXXVII.

De quadam puella Hebraea ſiue Iudaea a quodam impraegnata, quam cum parentes crederent parituram Meſſiam, peperit filiam ex Caeſario.

Impoſtura noui Meſſiae.

IDem quoque CAESARIVS, qui huius Lupoldi, ut dictum eſt, fecit mentionem, etiam iucundum ſcribit factum cuiusdam Iudeae impraegnatae a quodam Chriſtiano, in ſecunda diſtinctione, uiceſimo quinto Capitulo, dicens ſic: In ciuitate Wormatia Iudaeus quidam manebat, filiam habens famoſam, hanc iuuenis quidam clericus in uicinia habitans adamauit, deuirginauit & impraegnauit. Erant enim domus illorum ſatis contiguae & poterat idem clericus ſine nota frequentius intrare, & pro lubitu loqui cum uirgine. Non enim tunc habitabant *ſimul,* prout modo manent, ſed unusquisque *habitabat, ubi poterat.* Illa ergo intelligens ſe concepiſſe, dixit iuueni: concepi, quid nunc faciam? ſi cognouit pater meus, interficiet me. Reſpondit clericus: noli timere, bene liberabo te. Si dixerit tibi pater tuus uel mater, quid eſt filia, uenter tuus intumeſcit, uideris nobis concepiſſe; tunc reſpondebis: *Si concepi, neſcio hoc; ſcio quod uirgo ſum, & nondum uirum cognoui.* Ego bene agam cum illis, ut credant tibi. Ille diligentisſime

Clericis olim non habitationes peculiares.

Digitized by Google

gentisſime cogitans, qualiter liberaret puellam, huiusmodi truſam inuenit. Tollens arundinem in ſilentio noctis ad feneſtram camerae, iuxta quam illos dormire nouerat, accesſit, & uerba huiusmodi per immiſſam fiſtulam ſibilauit: *O iuſti & Deo dilecti homines*, propriis nominibus eos exprimens, *gaudete: Ecce filia ueſtra uirgo concepit filium, & ipſe erit liberator populi ueſtri Iſrael:* Statimque paululum retraxit arundinem. Ad hanc uocem Iudaeus expergefactus excitauit uxorem ſuam, dicens ei: nunquid non audiſti, quid nobis locuta ſit caelica uox? reſpondit mulier, non. Et ille, oremus, ut & tu audire digneris. Orantibus eis, Clericus ad feneſtram ſtans, & diligenter, quid loquerentur, auſcultans, poſt morulam eadem uerba, quae ſupra, repetiuit atque adiecit: *magnum debetis filiae ueſtrae exhibere honorem, magnam curam adhibere, & cum multa diligentia ſeruare puerum de eius uirgineo corpore naſciturum. Ipſe enim Meſſias eſt, quem expectatis. Illi exultantes & poſt repetitionem facti certiores; uix diem expectare potuerunt.* Puellam uero conſiderantes, intumeſcente aliquantulum utero, concepiſſe, dixerunt ad illam: dic nobis filia, a quo conceperis. Quibus illa, ſicut edocta fuit, reſpondit. Tunc illi vix prae gaudio ſeſe capientes, non potuerunt ſe continere, quin familiaribus ſuis dicerent, quid ab angelo audiuerint. Illi uero ulterius referentes, per totam pene patriam diuulgauerunt, quod talis uirgo & filia illius Iudaei Meſſiam Iudaeorum eſſet paritura. *Dehinc inſtante tempore pariendi, multi ad domum patris puellae confluxerunt Iudaei, cupientes noua natiuitate diu deſiderata laetificari. Sed iuſtus Deus uanam*

anno 1225.

ſpem

anno 1229. *ſpem iniquorum conuertit in fabulam, gaudium in triſtitiam, exſpectationem in confuſionem. Et merito quorum patres olim cum Herode de natiuitate ſalutifera filii Dei turbati ſunt, decuit, ut iſtis temporibus tali illuderentur phantaſmate. Quid plura? affuit hora, ut pareret miſera, & ecce ſecundum conſuetudinem mulierum, dolor, gemitus, clamor. Tandem poſt multos cruciatus enixa eſt infantem, non tamen Meſſiam, ſed filiam.* Quo ualde confuſi & turbati ſunt Iudaei, ex quibus unus cum multa indignatione paruulum pede apprehendens alliſit ad parietem. Quid autem poſt haec de puella actum ſit, non dicit ſcriptor, niſi quod pater eius grauiter ferens afflixit eam, & cum tormentis extorſit ab illa confesſionem totius doli. De conuerſione tamen eius ad Chriſtum nihil legitur. Haec ſunt noſtrae ciuitatis Iudaeorum facta lamentabilia. Et merito non meruerunt habere filium, ne aliquo modo cauſam haberent, licet uanam, inſultandi Chriſtianis.

CAPVT XXXVIII.

Continuatio epiſcoporum VVormatienſium.

XXVIII. HENRICVS II. de Sarabruck epiſcopus Wormatienſis.

MOrtuo Lupoldo praedicto ſucceſſit HENRICVS filius ſecundus comitis de Saraponte, praepoſitus *Nuhuſenſis*, cuius ſupra memini, qui benefecit collegio, adhuc exiſtens ibi praepoſitus. Veruntamen factus epiſcopus Wormatienſis dedit literam de praebenda uacante dominis in Nuhuſen, quae debet deſeruire ecclesiae ad tres annos. Datum MCCXVIII. item alio tempore dedit literam ſuper duas praebendas uacantes praedicto capitulo anno Domini MCCXXIX. Quam literam Gregorius papa approbauit & confirmauit ad inſtinctum Henrici

anno 1218. anno 1229.

Amel-

Amellae canonici Nuhuſenſis, anno Pontificatus ſui ſecundo. Iſte HENRICVS epiſcopus Wormatienſis omnem clerum Wormatienſem de omnibus reditibus eius a telonio penitus abſoluit, qui ante tempora tantum a praebendis reditibus fuerat abſolutus, anno Domini MCCXXXIV. Item, iſte conſiliarios ciuitatis Wormatienſis, cum eſſent XL. numero, decurtauit uſq; ad quindecim. Praeterea inſignem domum communitatis, uulgariter dictam der Burckhof, funditus extirpauit. Societatem, quae uulgariter uocatur die Brüderſchaft, in Wormatienſi ciuitate deſtruxit ad commodum & libertatem omnium uendentium & ementium. Anno Domini MCCXXI. in die S. Margarethae in ciuitate *Wormatienſi* incenſus eſt ignis in crepuſculo in domo *Reymari* in oppoſito fori & concrematae ſunt omnes domus mercatorum & ueteres gades usque ad hoſpitale, quod tum dicitur antiquum hoſpitale. Et ſic per totum forum ignis graſſatus eſt. Similiter & per uicum Hagenonis, & per maiorem partem uici de lano. Item *eccleſia S. Pauli* etiam concremata eſt cum medietate ciuitatis; per quod incendium ciues Wormatienſes magna damna incurrerunt. Eodem anno intrauerunt FRATRES MINORES in VVormatiam, qui non diu in reformatione manſerunt, ſiue ex paupertate, ſiue ex mala prima inſtitutione. Inceperunt namque emere reditus & alia immobilia, a quibus regula eorum prohibet, & ſic adhuc hodie non reformati manent. Item Henricus, ut ſupra dictum eſt, contentiones habens cum ciuibus, iuſſu HENRICI imperatoris concordati ſunt per *Moguntinenſem* dominum & Conradum epiſcopum *Spirenſem*, & Marggrauium de *Baden* in

anno 1229. immunitas a teloniis.

anno 1234.

Senatorum numerus contractus a XL ad XV.

Bruckhof Brüderſchafft.

Wormatia incendio perit 1221.

Eccleſia S. Pauli incenditur.

Minores intrauerunt Wormatiam.

anno 1221.

Pax epiſcopi cum ciuitate.

Franc-

an. 1238. *Francfordia* anno Domini MCCXXXVIII. prout litera & copia de hoc a ciuibus habetur. In qua

De numero & electione conſulum in Wormat.

copia dicitur, quod epiſcopus, uel loco ſui praepoſitus decanus maioris eccleſiae, uel cuſtos de Nuhuſen in animam epiſcopi iurent, *quod eligant*

Nouem laici.

nouem de melioribus uel potentioribus, *uel utilioribus*. Et conſequenter illi nouem ſupra iuramen-

Sex milites.

tum ſuum ſex eligant *milites* in conſulatu, qui ſint utiliores uel potentiores nobis & collegio atque ciuitati. Illi ergo XV. ſimul ſedeant nobiſcum in conſulatu. Si autem extra terminos

Biſchoffs-mann.

terrae patriae fuerimus, ponamus rationabilem uirum & diſcretum loco noſtri, qui in conſula-

Scultetus eligitur &c.

tu reſideat. Item nos debemus communi conſenſu cum conſilio *quindecim* praedictorum per iuramentum eligere *ſcultetum*, & alios *officiales*, in die S. Martini; ita quod nec precio uel fraude uel fauore unquam aliquem habeamus uel reſpiciamus in electione praedictorum. Item cum conſilio praedictorum, & quatuor de ſingulis parochiis ordinabimus pro utilitate ciuitatis ad prouidendum in neceſsitatibus ſuis. Item ſi quis ex nouem defuerit uel obierit, loco eius ordinabimus alium iuxta tenorem iuramenti. Et ſiquis ex *ſex* obierit, illi *nouem* alium ſubordinabunt, iuxta iuramentum ſuum. Quod ſiquis ex nouem contra ſuum egerit iuramentum infideliter, alium loco eius ordinabimus. Item ſiquis

annua praeſcriptio.

ex militibus per *annum abſentauerit*, aliam loco eius nouem praedicti eligent. Et ſiquis ex nouem ſe per *annum* abſentauerit, alium loco

Suffragia maiora introducta.

eius nos eligemus. Item, ſi quindecim illi inter ſe diſcordauerint, *maior* pars praeualebit.

Burgemeiſtri electio Caeſaris.

Item rex elegit ſingulis annis *Burgi Magiſtrum*, quem potuit ad placitum remouere uel dimittere.

tere. Similiter & ciues *unum* eligent de ſex militibus in die S. Martini, quem de anno in annum epiſcopus mutare habebit. Item omnia iſta ſupradicta cum omnibus iuribus & bonis conſuetudinibus nos manutenebimus & emendabimus. Datum Francfordiae MCCXXXVIII. XIII. Kalend. Martii. Iſte cum eſſet potens, utpote comes de *Sarabrück*, ſubiecit ſibi *ciuitatem Wormatienſem*, ſed cum nollent ſibi obedire, interdictum in ciuitatem impoſuit. Et cum nec ſic profuerit, omnes iuſſit exire ſacerdotes, exceptis plebanis, qui tamen prohibiti fuerunt *Sacramentum* dare infirmis, niſi ſi conualeſcentes promittant, epiſcopo ſuo aſſiſtere in omnibus cauſis. Nec permiſerunt *ſepelire* corpora aliqua, & hoc cottidie augmentatum per *annum* permanſit. Inter haec quidam ciues nolentes hoc amplius ſuſtinere, partialitatem ſuſcitabant in urbe. Quod uidens *conſulatus*, & timens deteriora, per ſapientiam quorundam dominorum *maioris eccleſiae* pacem fieri affectabant & ſuſcipiebant. Acta ſunt haec MCCXXIII. et ſic ab interdicto liberati ſunt. HENRICVS II. epiſcopus Wormatienſis, iſte etiam incepit, inchoauit ſiue fundauit monaſterium in KIRSGARTEN extra muros ciuitatis Wormatienſis uerſus Spiram in area ſiue horto dominorum *maioris eccleſiae*, quem hortum quidam RICHEZO, *camerarius* domini Wormatienſis, in *feudum* habuit ab ipſis dominis, & poſtea de licentia domini Landolphi, qui ſequitur, monaſterio in proprium dedit & reſignauit. Henricus iſte monaſterium praefatum incepit, & ſorores aliquas ibi introduxit, fueruntque ibi moniales fere per ducentos, ab anno Domini MCCXXVI. usque

anno 1238.

anno 1238.

Epiſcopus ſubiicit ſibi ciuitatem Wormatienſem abſtrabitque ſenſim a Caeſaris domanio.

KIRSGARTEN fundatur anno 1226.

RICHEZO camerarius dn. Worm.

Sorores fuerunt in Kirsgarten per 200. annos.

anno 1226. *ad* 1441. usque ad annum Domini MCCCCXLI. Et tunc deficientibus ibi monialibus, *Ciſtertienſis* ordinis introducti ſunt pro eis canonici *regulares*, qui modo ibi ſunt. *Gregorius* papa nonus largas dedit *indulgentias accedentibus ad dictum locum*, uel qui adiutorium praeſtiterint de bonis ſibi collatis, & XX. dies & iniuncta poenitentia ſibi relaxat. ALEXANDER papa IV. *priuilegia* etiam plura dedit. Innocentius papa IV. ſub protectione ſedis apoſtolicae praedictum recepit locum. Similiter & Vrbanus papa quartus & Gregorius papa decimus & Clemens papa ſextus, priuilegia plura dederunt loco iſti. HENRICVS quoque imperator VII. qui fuit anno Domini milleſimo trecenteſimo decimo. Et Rudolphus imperator, qui fuit milleſimo ducenteſimo nonageſimo ſecundo, ſub ſua protectione bona monaſterii receperunt, prout de his bullae magnae teſtantur. Multi quoque epiſcopi *indulgentias* magnas & multas accedentibus ad locum ipſum deuotionis cauſa largiuntur; uel qui adiutrices manus ad aedificia porrexerint; prout bullae de hoc ſcriptae proteſtantur cum ſigillis multis. Sunt autem multae ualde ibi *indulgentiae* in feſtis dedicationis eccleſiae; in die natiuitatis Chriſti, reſurrectionis, aſcenſionis atque pentecoſtes; & in ſingulis feſtis beatae Mariae genitricis, atque per octauas praedictarum ciuitatum. Sunt etiam multae reliquiae nobiles, quas neceſſe non eſt modo nominare, quia alibi poſui, prout melius conuenit. Fueruntque ſorores praedictae in loco illo *quadraginta* annis ſine eccleſia, ſed poſtea ditatae multis & pretioſis reliquiis, cum eisdem hinc inde nuntios mittentes, multam pecuniam colle-

Priuilegia 1) *Papar. Gregorii IX.* *Alexandri IV.* *Innocentii IV. &c.*

2) *Caeſarea Henricus imperator VII.* 1310. *Rudolphus imp.* 1292.

Indulgentiarum flos.

Coenobium Kirsgarten XL. uirginum.

legerunt; unde & tunc tantum dederunt, quod *anno* 1234. modo ad dandum amplius nihil ſe putant habere. Ideo in *dedicatione* eccleſiae modo nec unum denarium offerunt, ſed *refectiorem* non praetereunt. Optima quoque fuit in loco iſto reformatio, qui ab initio, prout in omnibus uidetur libris & litteris, dictus fuit HORTVS BEATAE MARIAE VIRGINIS. *Hortus B. Mariae uirg. unde KIRSGARTEN nomen accepit.* Sed quia locus ante miniſterii conſtructionem locus uel hortus fuit CERASORVM; ab ore ruſticorum uel puerorum nomen KIRSGART non potuit amoueri. Item quia multis annis in optima manſerunt regulari uita; a pontificibus Romanis, & etiam ab imperatoribus, multis priuilegiis dotatae fuerunt, prout modo ſupra dictum eſt. Sed circa annum Domini *milleſimum quadringenteſimum & ultra* a priſtino feruore deficientes, per nobilium filias, quas etiam aliquando ſymoniace receperunt, prout in litera quadam antiqua inueni; monaſterium *Kirsgartenſis coenobii morbus & mors.* paulatim deficere coepit, & tandem iuſto DEI iudicio, omnibus per peſtilentiam extinctis, locus multo tempore ſtetit deſolatus, prout infra dicetur. Et nihil in eo remanſit non alienatum uel impignoratum, quod monaſterium tamen regulares nunc in eo manentes ad priſtinum pro parte reduxerunt ſtatum, more ruſticorum in luto latere, finitis diuinis, inſimul laborantes. Inuenimus etiam ibi in quadam antiqua litera, notabiles imo & *ſanctas* perſonas floruiſſe. E quibus una fuit abbatiſſa, BEATRIX dicta, *S. BEATRIX abbatiſſa.* quae multa bona fecit monaſterio. Sed quia deſolatus ſtetit locus annis pluribus, omnes libri & literae annihilatae ſunt & deperditae. Obiit autem Henricus epiſcopus praedictus milleſimo ducenteſimo trigeſimo quarto, ſecundo *Mors epiſcopi* 1234.

idus ſeptembris, & ſepultus eſt in medio chori à latere decani ſub lapidibus dictis, uulgariter **die Sieſſerſtein.** Anno milleſimo ducenteſimo trigeſimo primo, menſe Iulio in ciuitate VVormatienſi incenſus eſt ignis in domo Herbordi militis in uico panis, in quo ſtat domus dicta **Dymerſtein**: & ſic exuſtum eſt monaſterium S. Pauli ex una parte usque ad portam Iudaeorum; & ex altera parte ſuperius usque ad portam pauonum; & quicquid erat uerſus Rhenum, damnum intulit inaeſtimabile. Anno Domini milleſimo ducenteſimo triceſimo quarto, die, quae praecedit uigiliam natiuitatis Iohannis Baptiſtae, in ciuitate VVormatienſi in nocte *incenſus* eſt ignis in curia *Sigilonis* Gozmari, quae nunc dicitur **Schonect**, & exuſta fuit ciuitas totalis inferius usque ad murum ciuitatis; & ſuperius usque ad finem uici S. Petri prope ripam cum inaeſtimabili damno. Sed proh dolor nec iſta ultima fuit, ut infra dicetur.

anno 1231, Iterum incenditur Wormatia.

anno 1234.

CAPVT XXXIX.

Continuatio epiſcoporum Wormatienſium.

LANDOLPHVS ſucceſſit in epiſcopatu *Wormatienſi* Henrico II. de quo dictum eſt, qui fuit in epiſcopum electus anno Domini milleſimo ducenteſimo triceſimo tertio, & ſedit annis tredecim. Iſte multa bona fecit *maiori eccleſiae* VVormatienſi ſimiliter & aliis monaſteriis. Vnde & in monaſterium monialium in ſuburbio uerſus Spiram, quod **Nonnenmünſter** dicitur, moniales de ordine Beati *Benedicti* expulit propter uitam ſuam malam, & moniales *Ciſtertienſes* introduxit, quae & hodie ibi ſunt. Moriens autem anno Domini *milleſimo ducenteſimo*

XXIX. LANDOLPHVS epiſcopus Wormat. anno 1233.

Nonnenmünſter a Benedictino *uertitur in* Ciſtertienſe 1236.

ſimo quadrageſimo ſexto, ſepultus eſt in eodem monaſterio ante altare beatiſſimae Mariae uirginis, DEI Genitricis, in die beati Medardi epiſcopi. Iſte dedit Dominis in *Nubuſen* literam donationis ſuper bonis Henrici *Hellecraponis*, ciuis VVormatienſis, quae habuit in *Harlaſſem*. Actum anno Domini milleſimo ducenteſimo quadrageſimo ſecundo, menſe Iulio. Compoſuit autem pacem, iubente rege Romanorum CONRADO, Friderici ſecundi filio, inter uenerabiles dominos de *Nubuſen*, & ciues *Wormatienſes*, qui uallum & aedificia Nuhuſenſis collegii tempore Henrici epiſcopi praedicti deſtruxerant, pro eo quod ipſe Henricus contra ciues pugnaret, de quo tamen nihil ſupra poſui, quia in catalogo epiſcoporum hoc non reperi, ſed in libro compoſitionis iſtius inuenitur. Acta ſunt haec anno Domini MCCXLII. menſe Iunii, praeſentibus multis ab imperatore Conrado miſſis. Anno Domini MCCXLII. quoniam fuit dies palmarum idus Aprilis hora ueſperarum in ciuitate *Wormatienſi* incenſus eſt ignis miſerabilis prope eccleſiam *S. Andreae*, & plusquam medietas ciuitatis totaliter cum aedificiis infra iacentibus concremata eſt penitus ; & plusquam trecenti homines in igne exuſti & ſuffocati ſunt. Quis hoc aeſtimare poſſit ? qui tamen in coemeterio *S. Magni* ſepulti ſunt. Iſte KIRSGART ualde promouit, & ſingularis fautor hodie dicitur fuiſſe, cuius & fratres loci eiusdem in quatuor temporibus mentionem faciunt. Vnde & locum ipſum ſororibus in perpetuum confirmauit cum tali bulla : LANDOLPHVS DEI GRATIA EPISCOPVS WORMATIENSIS, *ſerie praeſentium ad notitiam uniuerſorum tam praeſentium quam futurorum uo-*

epiſcopi mors & ſepultura anno 1246.

donatio facta Nonnenmunſter.

anno 1242.

Pax coenobii cum ciuitate.

anno 1242.

anno 1242. incendium wormatiae. S. Andreae.

Diploma Landolphi epiſcopi anno 1237.

anno 1237. *lumus peruenire, quod RICHEZO, CAMERA-RIVS noſter fidelis, communicata manu uxoris ſuae Agnetis, aream illam ſeu fundum, quem a nobis in feudum tenet, in quo ſitum eſt coenobium, quod dicitur hortus beatae Mariae prope VVormatiam, noſtro accedente conſenſu, donauit coenobio memorato, & nos proprietatem dicti fundi de concordi aſſenſu noſtri capituli, in quo uidelicet ipſum coenobium cum officinis & caeteris aedificiis conſtructum eſt, contradimus ipſi coenobio ſine impedimento quolibet perpetuo poſſidendum. In huius noſtrae donationis & CAPITVLI NOSTRI conſenſus robur & memoriam praeſentem literam noſtro &* capituli *Wormatienſis ſigillis placuit conſignari.* Datum *VVor-*
anno 1237. *matiae* anno domini MCCXXXVII. in inuent. *S. Stephani, Gamalielis & Abibis.* Haec uero littera pulchre reſeruata eſt usque in praeſens prae-
Landolphi mors 1246. dicto coenobio. Idem uero Landolphus, diligens hoc monaſterium, aliam bullam dedit promotionis loci illius, quae etiam adhuc ibi reſeruatur. Obiit autem anno Domino MCCXLVI.

Frider. II. aduentus anno 1235. FRIDERICVS SECVNDVS uenit VVormatiae anno Domini MCCXXXV. contra filium *Henricum* & *Conſiliarios* eius, in die S. Vlrici cum *duodecim* epiſcopis, qui imperatorem ibi cum gloria ſuſceperunt: Inter quos erat Landolphus epiſcopus *VVormatienſis*, imperatori non acceptus, pro eo quod filio eius contra ipſum adhaeſerat. *Et ſic ſuperior conuentio tempore Henrici Epiſcopi immutata fuit, & non tenta ad tempus, donec iterum interdicto poſito ſupradicta conuentio recepta iterum fuit, pro eo quod Henricus filius imperatoris fauebat Landolpho epiſcopo.* Inſuper *Henricus* praedictus cum peteret a VVormatienſibus adiutorium, quemadmodum & ab aliis, & illi

illi ob iuramentum patri praeſtitum nollent ſibi *anno* 1235.
mittere, uenit contra eos potentia, mittens ad eos nobiles multos cum epiſcopo *Landolpho*, ut eos ſibi reconciliaret. Sed cum nollent obedire, undique eos inuadere coepit, iubens ut omnes qui poſſent, eos inuaderent, ubicunque poſſent. Et ſic infinita ſuſtinentes damna, egredi ciues portas urbis non poterant. Illi uero animum concipientes, armatos equites & pedites ad ſe recipientes, & in domibus ſuis eos nutrientes ſecundum poſſibilitatem ſingulorum. Et licet ſic grauiſſime arctati eſſent, adhuc tamen ab obedientia *Friderici ſecundi* remoueri nullo modo poterant. HENRICVS autem uidens, eos non poſſe ad ſe trahere, contraxit undique conſiliarios circa *Oppenheim* poſt feſtum paſchae in die Marci anno Domini milleſimo ducenteſimo triceſimo quinto, & *quinque millia armatorum habens, eos miſit contra VVormatienſes, qui uenientes eos uexare coeperunt tantum, quadraginta domos in ſuburbio ad S. Michaelem combuſſerunt; ſed a Wormatienſibus audacter repulſi ſunt & fugati iterum ad dominum ſuum.* Henricus *tamen ubicunque potuit, annis fere duobus grauiſſime impugnauit. Poſtea adueniente Friderico ſecundo, cum gaudio magno VVormatienſium, ab Henrici inſidiis liberati ſunt.* Dehinc *Henricus* ueniens ad patrem in VVormatia, miſericordiam petiit, ſed non obtinuit, fecitque eum capi pater ſuus, & in *domum magnam lapideam* circa S. Andream includi: a quo perductus fuit ad *Heidelbergam*, & ab illo ad *Altzheim*, dehinc in *Siciliam* miſſus eſt cum galena, ubi usque ad diem mortis ſuae in caſtro quodam ſub arcta & diligenti cuſtodia fuit. Imperator autem iram ſuam con-

anno 1235. *arma in Wormatienſes.*

captus caeſaris filius Henricus *deportatus in inſulam Siciliae.*

anno 1241. contra adiutores filii effundens, omnes perſequi coepit,&quam maxime Landolphum epiſcopum, quem ab urbe fugauit. Sed intercedentibus pro eo multis, miſericordiam impetrare non potuit. Interea *Fridericus* pergens ad Lombardiam, *Conrado* filio Teutoniam commiſit & epiſcopum Conradum Moguntinenſem; ſed excommunicato Friderico epiſcopus praefatus publicare noluit, licet ſaepe a papa ammonitus fuit, quia ipſe procurator ſiue *tutor Conradi* filii eius fuit.

Filius caeſaris Cunradus uicarius S.R.C.

anno 1242. Mortuo autem papa anno Domini milleſimo ducenteſimo quadrageſimo ſecundo, Conradus praedictus ſuis mandauit ſuffraganeis praedictam excommunicationem, propter quod & timor & tremor omnes inuaſit, & mala plurima ſecuta ſunt. Poſtea SYFRIDVS, archiepiſcopus Moguntinus ſuccedens, factus eſt inimicus capitalis VVormatienſium, faciens eis damna multa cum multis nobilibus; habebantque tunc Wormatienſes tribulationem magnam, neminem habentes adiutorem, hoſtem Palatinum Ottonem & Marggrauium Hermannum Badenſem, qui eis damnum inferre non ſinebant, in quantum praeualuerunt. Idem Syfridus praedictus inuadens ciuitatem VVormatienſem ualde damnificauit, & ciues multos ualde captiuauit, puniens eos usque ad mortem. *Inſuper & eos excommunicat, & alios ad hoc inſtigauit, maxime epiſcopum VVormatienſem. Et ſi hoc non fecerit, presbyteros omnes eiusdem ciuitatis ab omni obedientia abſoluit.* Sed ciues cum epiſcopo hoc non acceptantes, ad curiam appellabant; licet tunc papa non eſſet electus. Electo uero papa iterum interdictum ſtatutum eſt in ciuitate noſtra anno

excommunicatio.

Syfridus epiſcopus Moguntinus inimicus capitalis Wormatienſium.

anno 1245. Domini milleſimo ducenteſimo quadrageſimo quin-

quinto propter quod multi exierunt ſacerdotes & monachi. Coeperuntque Conradum imperatorem multi perſequi epiſcopi, & non erat pax in omni terra. *Si quis autem exierit ciuitatem tunc temporis, huc usque in perpetuum non licuit amplius ingredi, amiſſa etiam omni ciuitate & iurisdictione: eratque tunc temporis tribulatio magna in ciuitate VVormatienſi tam epiſcopo proprio quam Moguntino & Colonienſi archiepiſcopis, qui intus cum interdicto, & extra uexationibus & tribulationibus eos multum moleſtabant, dicentes eos haereticos & non Chriſtianos bonos, eo quod adhaerebant imperatori haeretico Friderico & ſchismatico.* Inter haec tamen, licet innumera paterentur damna rerum, adhuc tamen ab imperatore Friderico recedere noluerunt; ſed multi ex hoc ciues depauperati in forma mendicantium ciuitatem exierunt. Anno Domini MCCLXII. Fridericus *ſororem regis Angliae* ſibi in matrimonium copulauit, *& nuptias* in VVormatia ſolenniter celebrauit ad urbis noſtrae gloriam. Ciuitas autem noſtra iterum *combuſta* eſt, pene usque ad medietatem, & inſuper praeliis, interdicto aliisque calamitatibus uexata, ut uix hodie recuperare ualeat. Tempore *Richardi* epiſcopi EMICHO quoque comes de *Leiningen* totis ſuis coepit uiribus ipſum *Richardum epiſcopum* uelle capere. Quod perpendentes ciues, ne eis in magnum eueniret detrimentum, ipſum Richardum ciuitatem intrare permiſerunt, & conſilio quorundam conſulum ipſe Richardus portam exiuit ſancti *Andreae*, & ſtatim auxilio multorum armatorum per portam *S. Martini* reintrauit urbem. Sed altera die miſſem cantans cum ſacerdotibus & ciuibus curiam habet. Simile

anno 1245. Sacerdotes exierunt propter interdictum.

anno 1242. Fridericus II. celebrauit nuptias in Wormatia.

Comes de Leiningen aduerſus Wormatiam.

mile autem apud nos nunquam contigit. *Actum*
anno 1253. anno *Domini MCCLIII.* in cathedra Petri, habebantque tunc ſacerdotes ad tempus pacem. In aliis tamen locis pene nulla pax erat. RI-
Richenſtein. CHENSTEIN caſtrum iuxta Bingen & Rhenum captum eſt. Et licet epiſcopus tali, ut dictum eſt, modo intraſſet, ciues tamen illius nole-
Rex Wilhelmus. bant facere uoluntatem. Rex VVILHELMVS miſit unum militem de *Epenſtein & Rüdelsheim* ad VVormatienſes, ut ſecum componerent; ſed reſponſum non receperunt de hoc & ſic iterum ciuitas *interdicto ſupponenda erat, ſed prouidentia Abbatis VValtheri de Erbach protelatum eſt.* Sed cum nec poſt illud tempus ciues VVormati-
Wormatia excommunicata. enſes ab imperatore *Friderico* & filio eius *Conrado* deſiſterent, licet de hoc ſaepe ab epiſcopo Richardo ammoniti eſſent, *iterum ciuitatem VVormatienſem interdicto ſuppoſuit Dominica poſt aſſumptionem glorioſae uirginis Mariae.* Interea, conuocatis omnibus de parte regis *VVilhelmi* in curia ſua, qui nominabantur TIMENTES DEVM, dulciter & amicabiliter ſatis ab illis conſilium quaeſiuit, quomodo ſubueniendum eſſet ſanctae matri eccleſiae. Tunc illi unanimiter reſpondentes dixerunt: *Nos ſecundum omnem poſſibilitatem noſtram tibi & eccleſiae aſſiſtemus.* Quae audito laetus factus eſt *epiſcopus*, eo quod diſſoluit colligationem ciuium ſuorum. Et ueniente exaltatione ſanctae crucis in dominica die, ſedit cum praelatis ſuis in palatio ante curiam ſuam, conuocatis omnibus populis ſuis ante ſe; dixitque tunc cunctis audientibus: *cunctos adhaerentes Friderico & Conrado eſſe excommunicatos, utpote non obedientes Eccleſiae Dei.* Actum
anno 1253. eſt iſtud anno Domini milleſimo ducenteſimo quin-

quinquageſimo tertio. Statimque diſſoluit *interdictum*, eo quod diſſoluiſſet colligationem ſuorum. Sed ut partialitas illa ab eo facta fortius inſurgeret, per quam uoluntas ſua fieret, ordinatum fuit, ut adhaerentes Friderico dicerentur NON TIMENTES DEVM, excluſi ab omnibus eccleſiae & Chriſti ſacramentis. Dixit quoque idem epiſcopus eodem die, ut *quicunque ſacerdos* celebraret, prius ſe uertens ad populum diceret, *omnes adhaerentes Friderico eſſe excommunicatos & nequaquam miſſae participes eſſe, uel officio aſſiſtere debere.* Item poſt offertorium iterum iubebantur egredi adhaerentes Friderico uel ſi alii eos adeſſe ſcirent, expellerent ab eccleſia & adeſſe nequaquam permitterent, & ſic multi ab eccleſia expulſi receſſerunt. Item *epiſcopus* ante factus praecepit ſaepe, ut nequaquam Sacramentum adminiſtrarent alicui ex his praedictis, niſi in domibus conſentientibus partialitati ſuae. *Vbi uero aliquis ex parte Friderici uel Conradi filii infirmabatur, non facta unctione inungebatur, neque in coemeterio ſepeliebatur. Ante tamen ſacrae Eucharistiae ſusceptionem compellebatur abiurare omnem Friderici imperatoris ſocietatem.* Item prohibitum fuit, *ut nullus ex ſocietate epiſcopi, qui nominabantur* TIMENTES DEVM, *uiſitarent aliquos in infirmitate conſtitutos uel alios.* Et ſic omnia Sacramenta & Chriſti fidelium iura praedictis prohibita fuerunt & abrogata, qui de *Friderici ſocietate* fuerunt. Super haec omnia iura tam ciuilia quam ſpiritualia illis prohibita fuerunt, ita quod omnia iura contra eos prolata effectum non haberent, & pro eis dicta omnino non ualerent. Iſta attendentes partes imperatoris, quod

anno 1253.

Ordo formulae: Deum non timentes.

Adſeclae Friderici II. banniti. anno 1253.

anno 1253. quod non poſſent amplius reſiſtere parti alteri, tanquam compulſi ſubiecerunt ſe parti epiſcopi. Praecipuique alterius partis famoſiores uoluntarie quidam ex eis ceſſerunt, et ſic in quatuor ſeptimanis omnes pene ciues urbis noſtrae compulſi ſunt, ad partem epiſcopi declinauerunt. Acta ſunt haec *milleſimo ducenteſimo quinquageſimo tertio* in menſe *Octobri*. Inter haec noua ſurrexit controuerſia de *conſtitutione conſulum*, ut ſupra fuit tempore Henrici II. ſed *Richardus* uir prudens ait: *hoc non eſſe poteſtatis ſuae ſine conſilio ſacerdotum & Praelatorum, quod ſi hoc permitteret, priuarent eum dignitate ſua*, et ſic in ciuitate nullum ius, nullaque iudicialis poteſtas exercebatur ad uindictam malorum, neque aliquis ſecurus in ciuitate fuit. Quod uidentes ciues omnino ſuſtinere non poterant, & tamen cottidie huiusmodi augmentabantur. Epiſcopus autem hoc conſiderans, cum presbyteris uidit, quod ob hoc huiusmodi deſiſtere oportebat, ne ciuitas eorum ex toto partitioni ſuccumberet, & iterum interdicto ſubderetur. Poſt practicas itaque multas epiſcopus iuxta priora conſtituta nouem conſtituit uiros. Actum

De conſtitutione conſulum *Wormatiae.*

anno 1253. anno Domini *milleſimo ducenteſimo quinquageſimo tertio*, die *S. Hieronymi*. Stetitque controuerſia iſta pene XX. annis, ita ut nullum regimen & ordinem ſaperent. Inſuper propter ciuitatis combuſtionem & praelia & damna ciuitatem exibant iam depauperati. Sed & multi manentes ibidem depauperati nullum ius & certitudinem ſiue iuſtitiam ſapere potuerunt, & partiales quoque erant, ut ſupra dictum eſt, propter quod & cottidie deficiebant, et ſic ad partem epiſcopi declinare compellebantur, atque ita

Incendium Wormatiae.

ita iuxta primam inſtitutionem tempore *Henrici ſecundi* redire compellebantur. Quodſi ad hoc ciues non declinaſſent, nullo modo àd regimen aliquod perueniſſent, & in fine ab omnibus abſoluti fuiſſent. Tempore illo CONRADVS, *Friderici* imperatoris filius, ſuſcipiens regnum Siliciae, cum felicitate & proſperitate obſedit *Capuam* & *Neapolim*, ſed papae gratiam obtinere non potuit. In diebus illis WILHELMVS rex ab epiſcopis in Almanniam promotus, praeliari coepit contra dominos terrarum illarum, et ſic occaſione guerrarum iſtarum multae factae ſunt incenſiones & mortes atque miſeriae pene per totam Almanniam per multas ciuitates, in quibus poſitum fuit interdictum, quod nolebant ſeparari ab obedientia Friderici. Vnde & multae ciuitates imperii ab imperio ſeparatae ſunt usque in hodiernum diem. Tempore illo tanta fuit careſtia, quae nunquam uiſa fuit & audita. Vnde & epiſcopus Richardus in ciuitate continuit ſe ſolis reditibus ibi cedentibus, quia *Eberhardus* contra eum electus, adiutorio comitis de *Lyningen* ſibi omnia uſurpauit, alias in terminis dioeceſis ſuae ſibi cedentibus, epiſcopus autem ſaepius adiutorium a ciuibus expoſtulans, nullum ab eis recepit adiutorium, licet nondum promeruiſſet ab eis. Et ſic epiſcopus ipſe a ciuitate receſſit occulte ad aliquod ſuos inueniens in caſtro *Eptenſtein*, potentiſſimi ad *Laudenburg* acceſſerunt, & pecora eorum abſtulerunt. Anno MCCLIV. *in Februariis* colligauerunt ſe perpetuis temporibus *Wormatienſes* & *Moguntinenſes*, qui tamen priſcis temporibus diu inimicitias exercuerant. Mortuo autem CONRADO rege, WILHELMVS rex inferioribus erat partibus, & ciuitates *Moguntia*, *Oppenheim*

anno 1253.

CONRADVS Friderici imp. filius.

WILHELMI regis ſtudia.

Ciuitates imperii.

Antiepiſcopum fouet C. Leiningen.

An. 1254.

anno 1254. *heim* & *Wormatia* nullum habebant adiutorium & conſolamen; & in ſubſidium praedictae pacis omne *telonium* in Rheno depoſitum, licet ex parte guerrarum multis implicatum eſſent debitis. Miſeruntque ad ciuitates uarias, ut ſimiliter facerent & illi, licet difficulter hoc facerent, conuenerunt in Moguntia, quibus epiſcopus *Gerlacus* Moguntinus iurauit, illis cum multis nobilibus uelle aſſiſtere; ſimiliter & ciuitates *Wormatia, Moguntia, Francofurdia, Oppenheim, Gelshuſen, Friedburg, Wetzlar, Bobardia, Weſalia, Pingiua* hoc idem fecerunt. Actum Margarethae anno Domini MCCLIV. Interhaec in tota Teutonia magnus fuit tremor & perturbatio, ex quo Romanorum rex nullus erat, quia *rex Conradus*, mortuo *VVilhelmo* rege, in regno ſe ſtatuit, propter quod regnum defecit in multis, de quo multum dicendum eſſet, eo quod multi *VVilhelmum* pro rege non ſuſceperant. Quamuis multos corrigere tentaret ſupra uires ſuas. Item, *VVilhelmus* rex cum coniuge ſaepe in Wormatia erant, & cum quadam uice regina *Triueld* pergere tenderet a Wormatia, quidam Hermannus dictus de *Ritberg* ipſam coepit reginam iuxta *Oderheim* & comitem de *VValdach* cum ea, & praedata fuit omni clinodia,

Telonio Rheni corruptae ciuitates 1254.

CVNRADVS IV. in turbis imperator.

anno 1254. ducens eam captiuam ad Ritberg anno MCCLIV. in *Decembri*, licet eam poſtea liberam dimiſerat. Interim rex Wilhelmus congregans exercitum in inferioribus partibus ad *Friſones* compeſcendos, a quibus interfectus anno Domini MCCLVI. in Ianuario. Tunc regina recedens a *Spigelberg ad Hollandiam* rediit, in qua uitam finiuit. Poſt haec ad eligendum regem ſtatuta fuit dies in *Magdburg*. Et tum dux *Brunſchwigk* captum tenebat

VVilhelmi imp. mors 1256.

Electio, Moguntino captiuo.

tenebat *Gerlacum* archiepiſcopum *Moguntinum* propter quod & loci inconuenientiam alii archiepiſcopi noluerunt. Sed in Francofordia tranſpoſita fuit; putabantque plurimi *Marggrauium Ottonem* fuiſſe electum in regem; ſed nihil actum eſt tempore illo, quia *Richardus* Angliae regis frater totis ad hoc inſtabat uiribus, ad ſuſcipiendum regni Romani gubernacula. Vnde & *Gerlacum* epiſcopum ſupradictum e uinculis liberauit tali conditione pro *octo millibus marcarum*, ut ſibi in electione uocem ſuam daret; de quibus nihil ad praeſens. RICHARDVS ergo electus a *quibusdam Aquiſgrani* coronatus, multas inuaſit ciuitates, ſcilicet *Bobardiam*, quam coepit; deinde *Bingen*, poſthoc *Moguntiae* ueniens, ab eis tanquam Romanus rex acceptus eſt, quod tamen *VVormatia* & aliae ciuitates facere noluerunt, donec ui eas compelleret. *VVormatienſes* & *Spirenſes* hoc omnino renuerunt, neque precibus, neque ui, neque pecuniis, compelli potuerunt, propter quod multas eis ſuſcitauit moleſtias, quia *epiſcopus Wormatienſis* partis eius fuit. Similiter & epiſcopus *Colonienſis* Conradus contra Colonienſes ſimultates magnas habuit, propter quod nullibi pax neque in terra neque in aqua ſed ubique diſcordia & tribulatio. Actum anno Domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo octauo. Et quoniam contra *Richardum* regem electus fuit ALPHONSVS, rex Hiſpaniae, multi *epiſcopi* & *abbates* ad ipſum Alphonſum uenerant ad ipſum promouendum in regem Romanorum, et ſic diſcordia fuit magna. Vnde et *epiſcopi* plurimas *ciuitates* Rheni inuaſerunt & ſic regni poteſtas plurimum diminuta eſt. Poſt hoc *Richardus* ueniens Moguntiam ad dominum *Eber-*

anno 1256.

Marggrauius OTTO imperii candidatus.

RICHARDVS imperator.

recuſat eum VVormatia.

anno 1258.

ALPHONSVS imperator.

Ciuitates inuaduntur ab epiſcopis.

anno 1258. *Eberhardum*, epiſcopum *VVormatienſem*, cum aliis dominis multis ad inducendum eos prece & minis ad ſuſcipiendum regem Richardum; ſed reſponſum non acceperant. Ideo *Richardus* contra eos motus eſt ualde, unde & poſtea ipſum *Gerlacum* archiepiſcopum Moguntinum ad Wormatiam miſit; ſed nec ille aliquid effecit, et ſic miſera res & miſerior uita fuit in terris illis;

Richardus profuſius largitor. quia rex *Richardus* omnibus ſuis partas libertatas dedit & immunitates in ciuitatibus & aliis locis, ut eum in regem Romanum manutenerent. Inter haec Wormatienſes magnas habuere inimicitias cum Iacobo *Von Denſtein* & Simone de *Gontheim*, qui multos ex ciuibus eorum coeperat, quod tamen rectificatum & concordatum fuit anno Domini MCCLX.

anno 1260. Poſt hoc

Vicarii Richardi abſentis. rediit *Richardus rex ad Angliam, committens Philippo comiti de FALCKENSTEIN* die Wittrau; *& Alſatiam Domino epiſcopo VVERNHERO ARGENTINENSI plus ex fauore quam ex iuſtitia. Similiter & Philippo* de HOENFELS *Bobardiam & Reſaliam cum ſuis attinentiis;* qui omnia ad ſuam redegerunt utilitatem, & nullibi pax inuenta eſt.

anno 1259. Item anno Domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo nono in die *Philippi* & *Iacobi* incenſus eſt ignis in domo cuiusdam iuxta praedicatores circa crepuſculum noctis, fuitque tunc uentus ualidus, qui ignem hinc inde iactans totam pene medietatem ciuitatis meliorem a praedicatoribus usque ad portam pauonum combuſſit.

Incendium urbis.

Epiſcopus autem *Eberhardus*, tunc temporis praeſens, ait: *compati eis in tantis eorum calamitatibus, ſed ex corde non fuit.* Interea quidam *Canonici* maioris eccleſiae eodem tempore impetrantes in *Moguntinenſi* ciuitate Romanum

iudicem

iudicem ſiue *imperialem* contra ciuitatem Wormatienſem, pro eo quod *Conſulatus* ſubleuarat de uino Ungeldt; quod tamen magis epiſcopi uidebatur, ſicut ab antiquo tentum fuit, feceruntque propter commune bonum, et ſic Wormatienſes ad Moguntiam citauerunt. Nunc autem epiſcopus *Moguntinus* inclinatus ciuitati non fuit, militem quendam incolam ciuitatis, nomine *Memminger* praefecit, et ſic melius ibi iudicari potuerunt fauore dominorum. CANTOR uero collegii, uir ſuperbus, cum aliis quibusdam canonicis, amicos ſuos erga ciuitatem incitauerunt, ad uexandum ciues incendiis, depraedationibus, & uariis tribulationibus. Alii uero ſimulantes falſam amicitiam *ab extra oſtenderunt, quod tamen in corde non habebant.* Nonnulli tamen ibi probi uiri exiſtentes cordialiter eius compatiebantur. Sed epiſcopus cum collegiis nihil ad hoc fecerunt, et ſic inter haec, inter ſacerdotes & ciues, ſimultas inſurrexit noua, propter quod & ſacerdotes in timore erant, quia optima pars ciuitatis combuſta fuit, & multi ciues ob hoc depauperati erant. Ideo epiſcopus cum quibusdam canonicis ſupra dictam citationem ad *iudicem imperialem* in Moguntia ob pacem & concordiam abiecerunt & caſſauerunt.

anno 1259.

Vmgeld num epiſcopi.

Euocati ciues Wormatienſes.

Inde turbae.

Sublata euocatio.

CAPVT XL.

De CVNONE I. epiſcopo Wormatienſi.

MOrtuo Landolpho ſucceſſit CVNO I de *Bu-ricken* decanus Moguntinus, ſed uix praefuit tribus ſeptimanis, & obiit idibus Nouembris. Et ideo in catalogo epiſcoporum non ponitur, quo mortuo, ſucceſſit

XXX. CVNO I. epiſcopus Wormat.

anno 1256.

CAPVT XLI.

De RICHARDO epiſcopo Wormatienſi.

XXXI. RICHARDVS epiſc. Wormat. RICHARDVS de TREVERI, qui recollegit *Wympinam* ab epiſcopatu diu diſtractam; deditque dominis in *Nuhuſen* literam ſuper oblationem annonae per dominos de *Hohenfels*, & quod nunquam eccleſiam Nuhuſen moleſtabant.
Wimpfen.
1256. Acta ſunt haec anno milleſimo ducenteſimo quinquageſimo ſexto, tempore *Gregorii* papae. Obiit autem milleſimo ducenteſimo quinquageſimo ſeptimo, ſexto idus Nouembris, hoc eſt, in octaua omnium ſanctorum, ſepultus in eccleſia Wormatienſi ante altare ſanctae crucis prope gradus. Ipſe conſecrauit eccleſiam antiquam praedicatorum & altaria in ea. Iſte etiam ſororibus in Kirsgarten multa dedit priuilegia & indulgentias, prout littera eius deſuper confecta adhuc oſtendit.
mortuus 1257.

CAPVT XLII.

De CVNRADO III. epiſcopo Wormatienſi.

XXXII. CVNRADVS III. epiſcopus Wormat. CONRADVS III. ſucceſſit Richardo epiſcopo Wormatienſi. Fuit autem ipſe de Durcken, decanus *Moguntinenſis*. Sedit uero tribus ſeptimanis, & praeuentus morte, ſed ſepultus eſt in eccleſia *Moguntinenſi* ante altare S. Petri anno Domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo ſeptimo; de hinc ſucceſſit
m. 1257.

CAPVT XLIII.

De EBERHARDO epiſcopo Wormatienſi.

XXXIII. EBERHARDVS epiſcopus Wormat. EBERHARDVS de Bamberg prius praepoſitus *Nuhuſenſis*; unde & eis dedit uiginti *maldra* ſiliginis & alia quaedam, anno Domini MCCLXXII.

MCCLXXII. Sedit uero XX. annis & obiit anno Domini *milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo* apud montem Peſſulanum, ſed reductus fuit & ſepultus in Otterburg. Tempore eius oſſa *Samuelis epiſcopi* Wormatienſis translata ſunt de *Lauriſſa* in *Nuhuſen* anno milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo tertio. Anno Domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo nono in uigilia apoſtolorum Philippi & Iacobi, in ciuitate *VVormatienſi* hora completorii incenſus eſt ignis in domo VVernheri in oppoſito curiae *VVackerpylae*; & ſic plus quam media ciuitas eſt combuſta, quia ignis per totam noctem durauit & grauiſsima damna perpetrauit. Occultum DEI iudicium, quod tociens ciuitas noſtra exuſta eſt. Iſte *Eberhardus* conſecrauit altare in *Franckenthal* minori, anno Domini *milleſimo ducenteſimo ſexageſimo octauo*, in honorem beatae *Mariae* uirginis DEI genitricis, prout in litera altari deſtructa inueniebatur. Quod tamen ab incolis altare S. Catharinae falſe dicebatur. Habuitque iſte contentiones cum ciuitate *Wormatienſi*; unde de hoc habetur copia. Vnde dicit, quod intendit dicere ciuitati in iuribus ſuis ſupradictis tempore Henrici ſupradicti tam in ciuibus quam in Iudaeis, cum omni emendatione. Ex his patet, tunc temporis *Iudaeos* in Wormatia fuiſſe, aliaque perplura in COPIA praedicta habentur. Datum milleſimo ducenteſimo nonageſimo tertio in profeſto *S. Martini* epiſcopi. Aliam dedit* COPIAM cum ciuibus ſatis prolixam, in qua dicuntur ſex eligendi ad exponendum pecuniam ciuitatis utiliter, & multa alia. Anno Domini milleſimo treceteſimo. Iſte fuit Eberwig, ut infra, & non fuit Eberhardus, licet iſte Eberhardus contentio-

anno 1272. mortuus 1277.

Incendium urbis 1259 Wackerbyla.

Franckenthalenſe altare 1268.

Epiſcopi disſidia cum ciuitate.

anno 1293.

anno 1300.

anno 1252. nes etiam cum ciuitate habuit; fuitque etiam ciuitas noſtra ſub *interdicto* poſita ob regionem ciuitatis, quia potens erat, & regimen ſibi iterum ſumere conabatur. Vnde cum ciuitas praeliis prioribus exhauſta eſſet, & calamitatibus, iterum interdictum renouans cum ſacerdotibus exiuit. Fuitque iſte *Eberhardus I.* electus in epiſcopum contra *Richardum* ſupradictum. Et fuit contentio magna in ciuitate. Richardus namque, cum eſſent ſibi ſacerdotes obedientes, praecepit, ut *conſulatus* nullum exereret *iudicium*, & neque *interdictum*, neque *excommunicationem* in ciuitate obſeruabant, quia unusquisque iura ſibi uſurpauit *epiſcopatus*, & ſic confuſio magna in ciuitate fuit. Anno Domini milleſimo ducenteſimo quinquageſimo ſecundo acta ſunt haec. Item nullus intrare permittebat eccleſiam, in qua occulte diuina celebrabantur, niſi ſub iuramento promitteret: *ſe nolle amplius obedire Friderico imperatori; ſed papae & regi Wilhelmo atque epiſcopo uelle obedire in omnibus.* Interea noua parcialitas inſurrexit, eo quod quidam coeperant *Friderico* imperatori, quidam uero *ſacerdotibus* adhaerere. Sed quidam primores ciuitatis a parte ſacerdotum declinantes, magnam ſuſcitabant inter ciues parcialitatem. Poſtea partes imperatoris timentes homines ſibi in maiori conuenerunt eccleſia, & ibi colloquentes multos ſibi attraxerunt homines, *ita ut pater eſſet contra filium, & filius contra patrem.* Non longe tamen poſt octo ciues ad hoc electi confoederati ſunt, & ſic conſilio praelatorum miſſus eſt prior praedicatorum uir uenerabilis ad epiſcopum Richardum pro interdicto tollendo. Et ſic in die purificationis beatiſſimae uirginis Mariae can-

Wormatiae bannum.

Litigioſa ſucceſſio.

Contemtus banni. anno 1252.

Formula banni.

Studia diuerſa imperatoris & ſacerdotum VVormatiae anno 1253.

cantare inceperunt *milleſimo ducenteſimo quinquageſimo tertio.* Dehinc Innocentii papae iuſſu confirmatus eſt *Richardus*, eo quod *contradixit* imperatori *Friderico* ſchiſmatico. Sed cum pararet ſe ad intrandum ciuitatem, rogabant eum *conſulatus*, ut ſuam protelaret introniſationem, eo quod multi ex ciuibus inclinati eſſent *Eberhardo* aduerſario ſuo. Interea incluſit ſe Richardus in *Kirsgarten* tribus diebus occulte ante feſtum S. Petri cum ſuis. Quod audientes ciues, portas claudere uolebant, eo quod *conſulatum ſuſpectum* habebant. Et ad hoc peruenit, ut multi ex conſulatu iuramento cogerentur ſe excuſare coram eis. Tandem inducti ſunt ciues per ſacerdotes & praedicatores atque minores, ut Richardum ad modum Cleri ſimplicis ciuitatem intrare permitterent. Et erat cauſa illa tunc principalis, quod ſi hoc non feciſſent, iterum interdicto ſubiacuiſſent. Anno Domini *milleſimo ducenteſimo ſexageſimo quarto*, fratres AVGVSTINENSES Wormatiam intrauerunt, & ibi monaſterium aedificare coeperunt.

anno 1253. Innocentius papa confirmauit Richardum epiſ. Worm.

Kirsgarten.

Fratres Auguſtinenſes 1264.

CAPVT XLIV.

De FRIDERICO epiſcopo VVormatienſi.

MOrtuo Eberhardo ſucceſſit frater eius *Fridericus* primus in epiſcopatu, qui ſedit ſex annis praeter octo ſeptimanas, & obiit milleſimo ducenteſimo octogeſimo tertio. Tempore iſtius fundatum eſt monaſterium monialium in *Hochhcim.* Et iſte dedit ei nomen, quod uocaretur *corona coeli.* Iſtud autem monaſterium fuit anno Domini milleſimo ducenteſimo ſeptuageſimo aedificatum & dicatum in honorem beatiſſimae ſemper uirginis Mariae DEI genitricis

XXXIV. *FRIDERICVS epiſc. Wormat.*

Monaſterium in Hochheim corona coeli. *An.* 1270.

anno 1258. *Dirolfus Schmunzel miles* 1318. nitricis ab honeſto & nobili *Dirolfo Schmunzel* milite, qui obiit anno Domini *milleſimo treценteſimo decimo octauo*, in feſto corporis Chriſti, quod tunc erat in feſto decem millium martyrum, ſepultus ante altare maius in choro, cuius ſepulchrum duo habet epitaphia. *Primum* eſt ſculptum in ſarcophago lapideo de auricalco. Primum ſic loquitur:

DIROLF uir gnarus operum fulgedine clarus,
Haec loca plantauit, rexit atque rigauit
Bis ſex millenis libris annis quadragenis
Fortior ens in eo potior quod inde (Machabeo)
Hinc coeleſte forum ſibi poſcat uita ſororum.

Secundum epitaphium ſic loquitur.

Miles hic inſignis, quem laudibus excolo dignis
Coeli corona bonum patrem propriumque patronum
Mille trecenteno ſexto anno cum duodeno
Aſtra petit decimo Iuli Kalo raptus ab imo
Militiae Zona dehinc decoranda corona.

Agnes autem uxor ſua legitima obiit V. Kalend. Maii, quae tunc erat in nocte paraſceues. Hi duo coniuges filiam habuerunt unicam, quam domino ſeruituram huic monaſterio cum bonis ſuis mobilibus & immobilibus donauerunt. Iſte *Eberhardus* dominis *S. Pauli* talem dedit litteram de ripa per ciuitatem fluente Wormatiam: *Eberhardus*

DIPLOMA ſuper Rheni ripa Wormatiae anno 1261. *DEI gratia epiſcopus, conſules & ciues uniuerſi ibidem concurrentibus coram nobis decano & Capitulo eccleſiae S. Pauli Wormatienſis, quod quidam ciues VVormatienſes ſuper ripam Rheni, qui ipſam perfluit ciuitatem, & eccleſiae eorum dinoſcitur attinere, ibidem aedificia collocaſſent ipſi Rheno dicto uiciniora, unde Rheni purgationem poſcente neceſſitate impedire contingeret, & in uſu Rheni ad molendina*

lendina dictae eccleſiae neceſſario damnum & grauamen non modicum ſuſtinerent. Ipſi poſt multa canonici & ciues eorum aduerſarii hanc cauſam in manus aliquorum dederunt, qui uſi conſilio prudenti ſic hanc controuerſiam compoſuerunt, ut ciues illi aedificia ſua Rheno uicinius debito ſuperpoſita ſine contradictione qualibet amouerent, & tam latum ſuper ripam Rheni relinquant ſpatium, quod terra, quae de Rheni purgatione eiicitur, commode capere poſſit, & eam in riuum cum eiecta fuerit ſpatii anguſtia refluere uel relabi non cogit. Quoniam autem plura commoda ciuitati noſtrae tranſitus Rheni miniſtrat, nos ordinationi praedictae adiicimus & ſtatuimus, ut unusquisque ciuium VVormatienſium, cuius domus uel area ſuper riuum porrigitur, terram illam, quae de Rheni purgatione eiicitur, a tempore quo riuo ipſo purgato in ciuitatem refluit, infra quatuordecim dies ſecundum quantitatem porrectionis domus ſuae uel areae, faciat aſportari. Et qui infra dies quatuordecim hoc facere neglexerint, ad poenam unius ſolidi VVormatienſis teneantur, ſingulis quoque diebus quatuordecim negligentium eandem poenam conſimilis conſequetur ſine remiſſione aliqua componenda, donec quilibet ciuium ſecundum porrectionem domus ſuae uel areae ſuper riuum & ſuper ſpatium ſe contingens terram de riuo eiectam procurauerit aſportari. Poenae autem praedictae cedent capitulo & medietas reliqua comiti & iudici ciuitatis, ut ſi a capitulo requiſiti fuerint, huiusmodi poenae ſolutionem exigant. Et ubi denegata fuerit, pignus accipiant, & apud capitulum reponant, donec poena praedicta fuerit abſoluta. Volumus etiam, ut nullus omnino aedificium aliquod uel claſuram ſuper riuum praedictum collocet ex transuerſo; ſed uiae anno 1261.

anno 1261. *ſuper ripam liberae ſint & apertae.* Actum anno *Domini milleſimo ducenteſimo ſexageſimo primo*, in palatio *Wormatienſi.* Litera iſta ſigillata cum *ſigillis epiſcopi & conſulum* habetur apud *S. Paulum*, ſed & copiae apud nos ſunt. Anno Domini MCCLXXXII. in generali capitulo Viennae in Teutonia celebrato ſub reuerendiſſimo magiſtro Iohanne de *Vercellis* acceptatae ſunt *ſorores*, & conuentus in *corona coeli* ſub cura ordinis praedicatorum. Et ſequenti anno in capitulo generali apud montem Peſſulanum celebrato, per eundem & diffinitores fuit acceptio approbata. In hoc capitulo ceſſit *magiſter ordinis* officio, & factus eſt cardinalis & tandem ſummus *pontifex*, ſed moritur ante coronationem.

anno 1282. *De ſynodo Viennenſi.*

CAPVT XLV.

De matricula prioriſſarum coronae coeli.

anno 1285. *Sorores coronae coeli.*

ANNO Domini *milleſimo ducenteſimo octuageſimo quinto*, fuit confirmata acceptio in capitulo Bononiae celebrato, ſub *magiſterio Munio*, qui ſucceſſit Iohannem in *magiſterio*, ita quod ex tunc illae *ſorores* perpetuo ordini praedicatorum ſint ſubiectae quoad curam, habitum & ſtatum. PRIMA PRIORISSA fuit ſoror ADELHEIDIS, quae praefuit decem & ſeptem annis. Secunda fuit ſoror IVSTA, quae fuit executrix teſtamenti fundatoris nominati. Tertia fuit ſoror MARGARETHA magna deuotaria. Quarta fuit ſoror CLARA, anno Domini milleſimo trecenteſimo octuageſimo octauo, quae ſcripſit in rotulis conuentus negotia. Quinta fuit ſoror MEZA de *Weinheim*, haec fecit concordiam cum textoribus in ciuitate. Sexta fuit ſoror

Earum matricula.

anno 1388.

ſoror ELISABETHA de *Bobardia*, quae praefuit *anno* 1388.
anno Domini MCCCXCI. & fuit circa regularem uitam ſatis diligens. Attamen obſeruantia ſub *anno* 1391.
ea defecit, nec ualuit impedire. Septima fuit ſoror ERLANDIS de *Friſchenheim*, quae praefuit anno Domini milleſimo quadringenteſimo octauo, ſed non diu praefuit, quia petiuit abſolutionem. *anno* 1408.
Octaua ſoror KEMEREN, quae alio nomine uocata RODENSTEIN, & fuit iuxta nomen patris ſui deuotiſſima. Haec habuit ſororem GVDAM KEMEREN, cum qua omni ſexta feria, poſtquam poſt matutinas tenuit capitulum, legit integrum pſalterium. Iſtae duae ornamenta dederunt ad ſummum altare, quae ponuntur in feſto aſſumptionis & paſchae: idem, feſtum Lanceae Saluatoris ſuis expenſis impetrauerunt celebrari in hoc conuentu. Et obiit iſta prioriſſa anno Domini MCCCCXIV. *Kemeren moritur anno* 1414.
Nona fuit ſoror ELISABETH de Friſchenheim ualde prudens & ſagax in agendis. Decima fuit ſoror AGNES de *Moguntia*, anno domini milleſimo quadringenteſimo decimo ſeptimo. Vndecima ſoror ERLANDIS de *Friſchenheim*, quae fuit ſoror Eliſabethae *anno* 1417.
ſupradictae, & fuit prius prioriſſa depoſita, ſed iterum reelecta obiit in officio, anno milleſimo quadringenteſimo uiceſimo ſeptimo. *Agnes moritur anno* 1427.
Fecit autem fieri in ſuam memoriam magnam monſtrantiam pro deportatione ſacramenti in feſto corporis Chriſti producendis libris, & fecit etiam reditus conuentui. Duodecima fuit ſoror GVDA KEMEREN, quae ceſſit de officio ex humilitate, & non diu praefuit. Tertia decima ſoror CATHARINA de *Moguntia*, anno milleſimo quadringenteſimo uiceſimo nono, quae *anno* 1429.
practicauit reformationem huius conuentus & per-

anno 1429. perfecit auxilio principis *Ludouici Palatini Comitis Rheni.* Impetrauit etiam a *Capitulo* generali & *Magiſtro Leonhardo* die ſtato octauas omnium ſanctorum per totum ordinem celebrandas. Informatione ceſſit officio, licet eſſet deuotiſſima. Reformatur igitur monaſterium in Hochheim, quod dicitur CORONA COELI, anno Domini *milleſimo quadringenteſimo uiceſimo nono* ipſo die S Iohannis Baptiſtae, quae erat in dominica infra octauas corporis Chriſti ad rogatum prioriſſae praedictae & omnium fere ſororum, exceptis quatuor, quae receſſerunt. Et reformatus eſt hic conuentus per ſorores, quae erant de *Schonenſteinbach*, & aliquae erant de baſilia ad lapides Cooperabatur etiam ad hoc Magiſter *Conradus de* WERDA, Doctor in Medicinis egregius, qui & ibi eſt ſepultus & ad tempus habitauit cum eis. Prima PRIORISSA in reformatione extitit ſoror MARGARETHA ZORNEN, quae ceſſit officio. Secunda ſoror CATHARINA de *Hirzhorne* quae etiam ceſſit. Tertia BRINEGARTIS de *Hirzhorne* ſoror praecedentis, quae etiam ceſſit officio. Quarta, ſoror CATHARINA ſupradicta iterum electa. Quinta, ſoror ELISABETH de *Flersheim*. Sexta, ſoror MARGARETHA de *Gemmingen*, quae fuit optima filia diligens regularem uitam, cuius parentes multa bona fecerunt conuentui, ſed obiit nimis cito anno Domini milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo tertio in die S. Bernhardi & ſepulta eſt in choro ante altare. Septima ſoror ANNA de *Rothenſtein* debilis, quae non diu praefuit, & obiit ſeptuageſimo ſexto, ſepulta in coemetrio nono Kalend. Nouembr. Octaua, ſoror MARGARETHA LINERTIN, quae fecit duo gradualia & fuit de-

Coenobii corona coeli reformatio.

anno 1429.

Catalogus prioriſſarum.

Margaretha mortua. anno 1473.

anno 1476.

uo-

uotiſſima, & ideo ceſſit officio. Obiit autem millesimo quadringenteſimo octuageſimo ſecundo, ſepulta in coemetrio. Nona fuit ſoror IONATHAE de *Sickingen*, quae multa fecit bona monaſterio. Reformauit refectorium cum pictura & obiit milleſimo quadringenteſimo nonageſimo tertio, ſepulta in choro in octaua Laurentii. Decima PRIORISSA in Hochheim fuit ſoror ANNA SCHOTTIN & uix ad dimidium annum praefuit, quia debilis fuit & bona. Obiit autem milleſimo quadringenteſimo nonageſimo tertio feria ſecunda poſt ESTOMIHI. Vndecima ſoror CATHARINA BECHIN, quae multa bona fecit & reformauit & obiit milleſimo quadringenteſimo nonageſimo ſeptimo. Duodecima prioriſſa eſt ſoror GVDÆ KEMEREN de *Dalburg*, quae feliciter adhuc ibi praeſidet. Fuit autem electa quinta feria poſt paſcha poſt obitum praecedentis, & confirmata die ultimo Martii, quae tunc erat feria ſexta, in qua celebratur feſtum Lanceae Saluatoris. Hanc & ſuas ſorores conſeruet Deus in bona uita, ut ob merita ipſarum & aliorum bonorum quae intus & extra ciuitatem noſtram morantur, tribuat nobis Deus pacem & concordiam & tandem uitam aeternam.

anno 1482. *anno* 1493. *anno* 1497. *Prioriſſa KEMEREN de Dalberg.*

CAPVT XLVI.

De SIMONE epiſcopo Wormatienſi.

SIMON de *Schoneck* fit *epiſcopus Wormatienſis* poſt mortem Friderici primi: & ipſe dedicauit altaria in *Nuhuſen* in honorem S. Petri & beatae Mariae Magdalenae. Dedit etiam ipſis literam ad incorporationem eccleſiae in *Kirchheim* anno Domini MCCLXXXVI. XIII. Kalend. Aprilis, alia plura dedit eis, idem dedit literas compoſitionis inter ciues & capitulum Nuhuſen

XXXV. SIMON epiſcopus Wormat. *anno* 1286.

ſuper

anno 1286. ſuper deſtructionem *columbarii* per Wormatiam
Cenſus ciuitatis. factam, & ſtatuit, quod praedicti *conſules* & ciues *VVormatienſes* quatuor libras neruorum Wormat. *cenſualium* perpetuo in feſto beati Martini annis ſingulis decano & capitulo eccleſiae Nuhuſenſi ſoluere & aſſignare teneantur.
anno 1288. Acta ſunt haec *milleſimo ducenteſimo octuageſimo octauo* die beati Egidii confeſſoris. Iſte conſecrauit anno *Domini milleſimo ducenteſimo octuage-*
anno 1287. *ſimo ſeptimo*, ſextus idus Iunii, altare in capella in *Hochheim* in honorem S. Agnetis. Sed in capella poſtea fuit conſecratum in honorem *S. Theobaldi* & *Iodoci* confeſſorum. Eodē die conſecrauit idem epiſcopus, Simon, ambitum & coemiterium praefati monaſterii. *Eodem die* poſuit primum lapidem pro eccleſia fabricanda, ſed ſecundum lapidem poſuerunt fundatores praenominati, ſcilicet *Dirolfus* & *Agnes* uxor eius, de quibus ſupra dictum eſt; ſuper quem poſuerunt centum libras Hallenſes.
anno 1293. Sed anno *Domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo tertio*, quarto non. Aprilis dominus *Franciſcus* ordinis praedicatorum, epiſcopus Salubricenſis conſecrauit ſummum altare in honorem beatiſſimae ſemper uirginis Mariae Genitricis DEI & S. Annae matris eius. *Eodem die* idem conſecrauit altare S. Iacobi & S. Agnetis. Sedit
mors Simonis epiſcopi autem Simon iſte epiſcopus Wormatienſis *octo* annis tribus menſibus & duabus ſeptimanis; &
anno 1293. obiit anno domini MCCXCIII. atque ſepultus eſt in *Franckenthal* in choro. Iſte Simon epiſcopus Wormatienſis fuit homo *mirae probitatis*. Idem literam quandam dedit LXXXVI. Item
anno 1293. ibidem anno Domini *milleſimo ducenteſimo nonageſimo tertio*.

CAP.

CAPVT XLVII. *anno 1293.*

De GERHARDO epiſcopo VVormatienſi.

MOrtuo Simone epiſcopo Wormatienſi eligitur GERHARDVS HIRSVTVS, comes primo & poſtea dominus *de Strahlenberg* in Wormatienſes epiſcopos eliguntur, qui in paruo temporis ſpatio moriuntur. *XXXVI. GERHARDVS epiſcopus Wormat.*

CAPVT XLVIII.

De EMICHONE epiſcopo VVormatienſi.

POſtea EMICHO *comes Hirſutus* praepoſitus eccleſiae Wormat. in epiſcopum eligitur canonicorum *unanimi & concordi electione*, qui poſtea *conſulibus* & melioribus cum popularibus in ciuitate altercantibus & aliquibus hinc inde occiſis populares & communitatem ſibi attraxit, ut *conſules* eo melius domaret. Tandem mortuus cum innumerabili numero candelarum a popularibus exhibito in ſua eccleſia ſepelitur. Ibidem dicitur etiam, quod in feſto *S. VVeilburgis* in nocte & in die magna pars ciuitatis *VVormatienſis* apud arcum & in ripa *carnificum* & cerdonum eſt per incendium deuaſtata. Huius mentio fit in litera quadam anno MCCXCVIII. *XXXVII. EMICHO epiſcopus Wormat. Turbae in ciuitate. Incendium Wormatiae. anno 1298.*

CAPVT XLIX.

De EBERHARDO II. epiſcopo VVormatienſi.

MOrtuo Simone epiſcopo ſucceſſit EBERHARDVS II. in epiſcopatu Wormatienſi qui fuit primus praepoſitus *Nuhuſenſis*, ut & illis plurima dona & beneficia dedit. Et fuit de *Strahlenberg*, confirmatus XIV. Calend. Iunii, obiit uero in die S. Ochmari A. D. MCCXCIII. & ſedit ſeptimanis XXI. tribus diebus, ac ſepultus eſt in *XXXVIII. Eberhardus II. epiſcopus VVormat. anno 1293.*

mona-

monaſterio Schonhouia. EMICHO de Bobenberg huic & Simoni ſucceſſit in Epiſcopatu, ut folio ſuperiori iam dictum eſt, qui ante fuit praepoſitus maioris eccleſiae Wormatienſis. Fuit autem concorditer electus in craſtino Thomae apoſtoli & confirmatus in uigilia Epiphaniae anno Domini MCCXCIV. ſedit annis fere quatuor ſeptimanis uiginti octo diebus tribus. Benefecit autem canonicis in Nuhuſen de beneficio in Offitein anno Domini MCCXCVI. Iſte Emicho, cum adhuc eſſet praepoſitus maioris eccleſiae Wormatienſis, fundauit capellam in *ſuburbio VVormatienſi uerſus Moguntiam* in honorem glorioſiſſimae Dei Genitricis uirginis *Mariae*, inſtituens ibi duodecim praebendas, ut ibi in honorem uirginis glorioſae horas legerent. Sed poſtea factus epiſcopus confirmauit opus illud & aliqua addidit, & ſic paulatim collegium illud, ad hanc formam, in qua nunc eſt, peruenit. Obiit uero iſte uir egregius anno Domini milleſimo ducenteſimo nonageſimo nono, in uigilia *S. Iacobi* apoſtoli; & hoc in habitu monaſtico, ſed neſcio cuius ordinis prout in antiquo libro legi, & ſepultus eſt in maiori eccleſia cum plumbeis literis.

anno 1293. *anno 1294.* *anno 1296.* *Emicho epiſcopus.* *Collegium B. Mariae fundatur in ſuburbio anno 1292.* *m. 1299.*

CAPVT L.

De EBERBINO epiſcopo VVormatienſi.

XXXIX. EBERBINVS epiſcopus Wor. anno 1303.

POſt mortem Emichonis ſucceſſit EBERBINVS de Cronenberg in epiſcopatu Wormat. & ſedit *annis tribus* ſeptimanis ſeptendecim, & obiit anno Domini *milleſimo trecenteſimo tertio* ſepultus in maiori eccleſia a latere decani III. kalend. Maii. Iſte conſenſit in ciuitate Wormatienſi, quod *ſedecim* admittuntur de uniuerſitate ad *conſilium VVormatienſe* annuatim in die S. Mar-

Senatus Wormatienſis numeri XVI.

S. Martini anno Domini MCCC. qui annus tunc *Iubilaeus* dicebatur & habebatur. Hic confecit *teſtamentum* Iacobi Engelmari fundatoris monaſterii in Libenaw, ubi ſunt deuotae Moniales modo; cuius monaſterii geſta ſicut in *Hochheim* nondum recepi. Anno Domini MCCCXXV. in die ſanctorum Simonis & Iudae apoſtolorum poſt prandium uentus fuit ualidiſſus undiq;,deiecitque eccleſias multas & aedificia uaria propter nimiam tempeſtatem ſuam, eccleſiam fratrum praedicatorum in Wormatia ſubruit, quam poſtea uix reaedificauerunt pene per triginta annos, antequam ad ſtatum priſtinum reduxerunt. Quam tunc conſecrauit dominus Iohannes *Schadelant* epiſcopus eccleſiarum VVormatienſ. Cubnenſ. Hildershemenſ. Auguſtenſ. ut infra de eo ſcribitur, qui fuit ordinis praedicatorum uir glorioſus.

anno 1300. *anno* 1325.

CAPVT LI.

De EMERICO epiſcopo VVormatienſi.

EMERICVS frater Domini Simonis epiſcopi ſupradicti mortuo Eberbino epiſcopo ſucceſſit in epiſcopatu *VVormatienſi*. Et fuit homo ualde pacificus & honeſtus Deo & hominibus charus religioſus ſemper uitam tenens. Et ſedit annis *decem* miſſus ab apoſtolico & a plebe receptus atque obiit in die S. Scholaſticae uirginis; ſepultus in maiori eccleſia VVormatienſi ante ſummum altare decani ſub auricalco cum tali epitaphio.

XL. EMERICVS epiſcopus Worm. anno 1319.

Praeſul EMERICVS uigil in prece amicus
Subiectis gratus ſtuduit uir eſſe beatus,
Mens ſibi deuota, fuit & ſacra lectio nota,
Dat uitae metas ſemen uenerabilis aetas.

CAP.

anno 1325.

CAPVT LII.

De HENRICO III. epiſcopo VVormatienſi.

XLI. HENRICVS III. *epiſcopus Wormat.* POſt mortem Emerici ſucceſſit HENRICVS III. de Dune uel *Duren*, qui fuit praepoſitus maioris eccleſiae, concorditer electus eſt anno reuoluto in die S. Bonifacii epiſcopi & matris e-
anno 1319. ius, poſtquam ceſſauit epiſcopatus nouem ſeptimanis. Obiit Anno Domini milleſimo trecenteſimo decimonono, ſepultus in maiori eccleſia ante altare *S. Martini*.

CAPVT LIII.

De CVNONE epiſcopo VVormatienſi.

XLII. CVNO II. *epiſcopus Wormat.* DEhinc ſucceſſit in epiſcopatu CVNO de *Schoneck*, qui fuit filius fratris Simonis epiſcopi ſupradicti & Emerici ſupradictorum. Iſte
anno 1325. anno domini *milleſimo trecenteſimo uiceſimoquinto*, quinto nonas Aprilis praecepit, ut feſtum corporis Chriſti celebraretur cum *proceſſione* in ciuitate *VVormatienſi* & tota dioeceſi ſua. Obiit autem iſte
mortuus anno 1329. *milleſimo trecenteſimo uiceſimo nono*, ſepultus in *eccleſia maiori* VVormatienſi ante altare ſummum in medio duorum epiſcoporum. Fuit uero iſte concorditer electus prius exiſtens cuſtos maioris eccleſiae anno domini *milleſimo trecenteſimo*
anno 1320. *uiceſimo* atque ſolenniter receptus tertia feria ante omnium ſanctorum, confirmatus in die cathedrae S. Petri apoſtoli, anno Domini *milleſimo*
anno 1321. *trecenteſimo uiceſimo primo* a Gotfrido Mindenſi epiſcopo cooperantibus Emichone Spirenſi epiſcopo de *Lyningen*, & Ditmaro *Gabilionenſi epi-*
XLIII. *Gerlacus Schenck intruſus epiſc. Worm.* *ſcopo*: & ſedit decem annis, huic ſucceſſit GERLACVS SCHENCK, pincerna de Erbach, *intruſus, non electus, nec confirmatus*; qui obiit anno *Domini*

Domini milleſimo trecenteſimo triceſimo ſecundo XV. Kalend. Ianuarii & ſepultus in maioti eccleſia Wormatienſi ante altare S. Martini. *anno* 1332.

CAPVT LIV.

De SALMANNO & THEODERICO epiſcopis VVormatienſibus.

SALMANNVS dehinc electus tempore Ioannis XXII. & per papam Benedictum duodecimum confirmatus, fuit autem de Moguntia natus, ſed ut apparet, inde non libenter ſuſceptus, propter quod *interdicto* ciuitas ipſa ad tempus ſubiacuit, prout in loco uno inueni ſcriptum, & multi canonici *Nuhuſenſ.* qui eis rebelles fuerunt excommunicati. Vnde *Clemens* papa *ſextus*, ut eo celerius epiſcopatus ſui Wormatienſis poſſeſſionem ualeret pacificam adipiſci, dedit praedicto *epiſcopo Salmanno* apoſtolicam auctoritatem abſoluendi omnes, qui incidebant in ſententias excommunicationis maioris propter rebellionem ſiue inobedientiam & contradictionem factam contra praedictum conſulem. Et quia canonici *Nuhuſenſes*, qui etiam nominantur ibi, a rebellione & contradictione praedicti antiſtitis deſtiterunt, & dimiſſo deuio in eorum epiſcopum VVormatienſem receperunt & ei de expenſis iniuriis atque damnis ſatisfecerunt & petiuerunt ab eisdem humiliter ſe abſolui, *igitur praedictus epiſcopus Salmannus auctoritatate apoſtolica omnes & ſingulos a ſententiis praedictis & poenis in Dei nomine abſoluit & abſolutos publice denunciauit & ſuper irregularitatibus miſericorditer cum eis diſpenſauit.* Datum & actum VVormatiae habitationis Domini epiſcopi anno *Domini milleſimo trecenteſimo quadrageſimo tertio.* *anno* 1343. Iſte epiſcopus etiam conceſſit ſororibus in LIBE-

XLIV. SALMANNVS epiſcopus Worm. anno 1333.

Wormatia praeſcripta.

anno 1343. NAW & in *Hochheim*, tempore interdicti, nihil per hoc impediri, ſed de aliis monaſteriis non inuenio, hoc idem illis indulſiſſe Tempore Iohannis *Schadelant*, epiſcopi VVormatienſis, iterum contentio fuit inter clerum & ciues, anno

anno 1366. *diſſidia in urbe.* domini *milleſimo tricenteſimo ſexageſimo ſexto*; ſed concordauit eos *Palatinus* & alii, ut infra dictum eſt. Inprimis ibi conſtituit epiſcopus ſex *milites*, qui iuramentis promitterent *fidelitatem* epiſcopo & ciuibus, ut ſupra tempore *Henrici ſecundi* epiſcopi dicitur. Item, ſedecim eligent uiginti quatuor ex ſingulis *plebaniis*, & ex illis epiſcopus ſedecim, qui ſunt honeſti uiri, ſi non poterit adeſſe &c. Alia quoque multa in eadem habentur

Bona cleri in tuitione urbis. concordia, ibi quoque habetur: *quod omnia bona epiſcopi & Dominorum ſiue ſacerdotum tam in corpore quam in bonis eorum, erunt in tuitione ciuitatum ſiue ciuium.* Subdit quoque ita: *quod domini ipſi maioris eccleſiae tali conditione ipſos defendant ciues, prout ab antiquo conſuetum*

immunitas ſacerdotum niſi negotientur. *eſt.* Item, *ut nullum telonium uel* **Ungeldt**, *ponatur ſuper bona ſacerdotum, quae in ciuitate ſunt, uel extra. Si tamen fructus uel uinum emerint uel uendiderint, de illis faciant, ut ciues alii.* In neceſſitate tamen ciuitatis, de conſilio epiſcopi & ciuium in huiusmodi fructuum & uini uenditione fiet de bonis ſacerdotum, ut de bonis ciuium: exceptis dominis de *Nuhuſen*, qui in ſuis perma-

Pacta epiſcopi cum ciuitate anno 1366. nebunt priuilegiis. *Item ſi laicus in iudicio Spirituali cauſam habuit erga ſacerdotem coram iudice ſuo iuxta antiquam faciet conſuetudinem.* Item *omnes ſacerdotes omnium collegiorum libere poſſunt agros ſuos, uineas, curias, domos, hortos, prata redimere, ubicunque impignorata fuerint, iuxta conſuetudinem aliorum ciuium ciuitatis.*

tis. Item, *ſi occaſione iuſta epiſcopus in ciuitate non eſſe poterit, tunc poterit presbyterum uel ciuem, in ciuitate tamen habitantem omnem ſuum committere ius, in die Martini epiſcopi conſtituere officiales ſcil. ſedecim & magiſtrum ciuium & alia epiſcopum concernentia, ac ſi epiſcopus eſſet praeſens.* Item, *ut de coetero in omnibus, quae geſta ſunt inter epiſcopum, perpetua ſit pax & indultum uſque in hodiernum diem;* ſimiliter & inter amicos & usque in hodiernum diem; ſimiliter & inter amicos & miniſtros eorum. Item *poſt multa concludit iunior dominus* DVX BAVARIÆ *haec praecedentia cum multis aliis adiutorio ciuitatum Moguntiae & Spirenſis concluſiſſe, & ſigillo* ſuo cum aliis communiiſſe rogatu epiſcopi domini *Iohannis* & collegii ſui ſimiliter & ciuium *Wormatienſis ciuitatis.* Anno Domini *milleſimo trecenteſimo ſexageſimo ſexto,* in die S. Pauli conuerſionis. Aſſueruntque hic in contractu multi ſolennes uiri, ut in litera patet. Poſt Salmannum ſedit THEODORICVS de Bobardia militis filius dicti Bauari tempore Caroli imperatoris quarti & regis Bohemiae anno Domini *milleſimo tricenteſimo quinquageſimo quarto*, de quo tamen parum uel nihil inuenio, quamdiu ſedit.

anno 1366.

anno 1366.

XLV. THEODERICVS epiſcopus VVormat. anno 1354.

CAPVT LV.

De IOANNE epiſcopo VVormatienſi.

ISto ſublato ſucceſſit IOHANNES SCHADELANT ordinis praedicatorum natione *Colonienſis* legatus Apoſtolicus Doctor in Theologia & Inquiſitor haereticae prauitatis atque Amminiſtrator eccleſiarum Hildeſemenſis, Auguſtenſis, Culmenſis *in Pruſſia* & Conſtantienſis atque demum *Wormatienſis*, qui moriens ſepultus eſt in

XLV. IOHANNES SCHADELANT epiſcopus VVormat.

anno 1366. *Pacta cum ciuibus VVormatienſibus.*

Confluentia in conuentu ordinis ſui. Inuenitur autem *litera* compoſitionis inter ipſum & ciues *Wormatienſes*, edita per Rupertum iuniorem Comitem *Palatinum* Rheni & *Conſulatus* ciuitatum *Moguntinenſis & Spirenſis* ſuper ordinationem epiſcopi VVormatienſis in die Martini cum *conſulatu & ſculteto*. Datum anno Domini *milleſimo trecenteſimo ſexageſimo ſexto*, in die conuerſionis S. Pauli. Tempore iſto fuit beata Prinegardis in Libenaue, monaſterio monialium. Iſte conſecrauit eccleſiam Praedicatorum & VVormatia & multa alia fecit. Mortuo iſto Iohanne ſucceſſit

CAPVT LVI.

De ECKARDO epiſcopo VVormatienſi.

XLVII. ECKARDVS mort. 1388.

ECKARDVS de Ders, cuius meminit uenerabilis *doctor* in formicario ſuo *primo* libro, ſexto capitulo. *Fuit*, inquit, *pridem in VVormatienſi diocceſi tempore, quo fui iunior quidam, epiſcopus Eckardus nomine ſacris litteris eruditus, nondum tantopere fugiens ut in oppido Lautenburgenſi in quo multis annis ſederat, ut a fide dignis audieram ciuibus paucos eſſe conciues, qui epiſcopi perſonam extra ſuum palatium uel extra eccleſiam, infra annis ſpatium uidiſſent, ſolebat hic etiam, ut in curia ſua Simonia uitaretur, ordines conferre ſacros & minores in propria; ad quem eandem ob cauſam, a conuentu meo natiuo, & a meis patribus, dum eſſem iuuenis miſſus ſum per quatuor dioeceſes, ut ſine macula prauitatis Simoniacae confirmationis & ordinis ſacramenta ſuſciperem.* Haec ille. Dedit autem iſte Dominis in *Nuhuſen* literam incorporationis eccleſiarum *Wirheim* & *Marckſtatt*

anno 1379. anno Domini *milleſimo trecenteſimo ſeptuageſimo nono*

nono, die decima nona Menſis Auguſti tempore *anno* 1379.
Vrbani papae ſexti anno ſecundo. Dedit alias literas eisdem anno *octuageſimo octauo*, obiit uero anno Domini milleſimo quadringenteſimo quinto, ſepultus in medio chori maioris eccleſiae VVormatienſis die quartadecima menſis *m.* 1405.
Maii. Anno Domini milleſimo trecenteſimo octuageſimo ſexto, prima die Martii, quae fuit quinta ante ESTOMIHI. *anno* 1386. Fuit NVHVSA *per VVormatienſes inuerſa, attrecta & miſerabiliter deſtructa, perſonae eccleſiae omnes inuentae ad turres poſitae, & aliquamdiu detentae. Et tandem per dominos illuſtriſſimos duces* BAVARIÆ, *& comitem Henricum de* SPANHEIM *pace facta* NVHVSA *recuperata eſt, & fuit tempore illo, quo omnes ciuitates imperiales ligam inter ſe habuerunt & condixerunt.* Et iſta fuit ſecunda deſtructio eccleſiae Nuhuſen. Prima uero facta fuit tempore *Landolphi* epiſcopi ſupradicti. De *tertia* uide infra. *ſecunda deſtructio eccleſiae* Nuhauſen. *anno* 1405.
Ciuitates imperiales inter ſe *ligam* magnam fecerunt contra *ducem Bauariae* & alios principes de *Würtenberg* &c. Quadam ergo uice *Moguntinenſes, VVormatienſes*, & *Spirenſes* ſexcentos armatos congregantes terram intrauerunt *ducis Ruperti* Bauariae, comburentes & uaſtantes omnia, prout ſcribit Dominus Iacobus KONIGSHOFEN in cronica ſua. Sed dux congregans ſatellites ſuos, ipſis obuiam proceſſit iuxta *VVormatiam* & audacter in eos inſiliens, ducentos interfecit & trecentos captiuauit. Inter quos ſexaginta erant ſatellites miſeri, quos comburi praecepit dicens: *Vos terram meam tempore combuſſiſtis nocturno, ſed ego uos comburi faciam clara die.* Iſta fere contigerunt anno Domini *milleſimo trecenteſimo octuageſimo octauo*, ſexta feria ante *FoedusRheno uiciniae aduerſus* Bauar. *&* Wirtenberg. *Koenigshofen. Praelium inter foederatos.* *anno* 1388.

anno 1388. ante natale S. Martini epiſcopi; propoſueruntque poſt hoc ciuitates praedictae amplius nolle egredi ad terras principum inimicorum ſuorum, niſi in locis ualde propinquis, ex quibus noctibus

VVormatia proſcripta ad ſua redire poſſent. Fueruntque tempore Eckardi *VVormatienſes excommunicati* a domino *Vrbano* ſexto & a domino *VVenceslao* rege Romanorum & concordauit ciues cum ſacerdotibus dominus Rupertus iunior dux Bauariae, ita tamen quod ſacerdotes pro abſolutione ciuium VVormatienſis ciuitatis ſollicite laborarent. Actum eſt anno Domini

anno 1386. *Bellum contra ciuitates imperiales.* milleſimo trecenteſimo octuageſimo ſexto in craſtino natiuitatis S. Iohannis Baptiſtae. Multa quoque ſunt ſecuta damna ex iſtis *guerris principum contra ciuitates imperiales*; ſed in fine pacatis omnibus ciuitates compulſae ſunt dare *principibus pecunias* plurimas & ſeditio ſedata eſt.

Clerus exit ciuitatem. *anno* 1405. Anno Domini *milleſimo quadringenteſimo quinto* in die ſcolaſticae uirginis clerus VVormatienſis exiuit ciuitatem VVormatienſem, propter reſeruandum libertates eccleſiarum. Et reuertebantur

anno 1407 anno Domini *milleſimo quadringenteſimo ſeptimo* & ſic duobus annis exulauerant. Obtinuerunt autem libertates eccleſiarum ingredientes in urbem circa feſtum S. Iacobi, compoſuit autem inter eos Dominus Palatinus, & ſic annis plurimis iam aſcenderunt ad curiam iam deſcenderunt. *Fiat obſecro Domine Ieſu Chriſte nunc ſicut tunc, quia ualde diſtrahimur, & multa, ut timeo, inutiliter conſumuntur & exponuntur.* Item ibi in COPIA habetur, quod *ſacerdotes uinum uendere poſſint in ciuitate antiqua menſura ſua, quod de ſuis habent beneficiis uel bonis paternis per ſeptem ſeptimanas incipiendo a feſto paſchae. Sed poſtea*

in

in minori licet eis uendere menſura, de qua tamen facient, ſicut ciues ipſi facere ſolent. Inter ſe tamen propinare poſſunt ſed non uendere. Poſtea iſtud tempore Matthaei epiſcopi reuocatur. *anno* 1405.

CAPVT LVII.

De MATTHAEO epiſcopo VVormatienſi.

MATTHAEVS de Cracouia Doctor Theologiae egregius ſucceſſit in epiſcopatu *VVormatienſi* & obiit anno domini *milleſimo quadringenteſimo decimo.* Compoſuit autem pulcherrimum *libellum* ſiue ſermonem ſuper euangelium: MISSVS EST GABRIEL. Et legitur in eccleſia *maiore* in feſto annunciationis uirginis Mariae Dei Genitricis ad matutinas. Apud nos etiam habemus tractatum illum DE MODO ACCEDENDI AD MISSAM, ubi conſcientia diſputat cum ratione & cottidiano acceſſu ad celebrandum; fecit namque iſte eam, ut uidetur, per ſe in propria perſona ſermones plurimos ad populum *de tempore & ſanctis*, quos nos in magna multitudine habemus, in *libraria.* Quamdiu uero ſedit, non inuenio, & ſepultus eſt in medio chori maioris eccleſiae VVormatienſis a latere praepoſiti. Iſte rurſus cum *VVormatienſibus* conflictum habuit, & compoſuit inter eos RVPERTVS iam rex Romanorum & dominus *Moguntinus* Iohannes, prout in COPIA habetur. Tempore Matthaei Canonici ſacerdotes *uinum* proprium de beneficiis receptum libere propinabant *antiqua menſura* perpetuis temporibus, quod ſupra perhibitum fuit uiginti annos. Veruntamen uinum non ad *beneficium* pertinens non introducerent ciuitatem neque antiqua uendent menſura, niſi conſuetudine ciuium aliorum. Item, ſi quis ſacerdotum emerit *uinum* electum

XLVIII. MATTHÆVS epiſcopus VVormat. mort. 1410. *Scriptor librorum.*

Diſſenſiones cum ciuibus VVormatiae.

De iure antiquae menſurae.

anno 1407. pro ſe uel alteri propinandum, illud etiam ſine *telonio* ad ſe introducere poterit, ita tamen, quod nihil ex eo uendat ad *ducllandum* publice. Similiter etiam in uenditione frumentorum non dabunt nec ipſi nec emtores ſacerdotum quatuor Hallenſes de maldro uno. Item *ſimiliter nec piſtoribus neque molandi notoribus aliquid dabunt.* Item *iſte intronisſatione ſua electos a ciuibus in conſulatu usque ad futurum feſtum S. Martini dimittet. Tuncque conſulatum iuxta conſtitutum ſtatuet & ſecundum iuramenta conſueta ordinari faciat.* Item *ſi quae ſacerdotes amiſerunt in curiis ſuis, ſi alibi locorum inuenti fuerunt in conſilio conſulatus omnia reſtituentur eis.* Item *in omni cauſa notabili tractanda conſilia habebunt conſulatus in curia uel aula. Epiſcopi maxime ſi epiſcopus cupit intereſſe iuxta morem antiquum.* Item *ſacerdotes ciuibus diſcordiis conſentientes ſtatim iubebunt ciues egredi ciuitatem ita ut nec in dioecesi VVormatienſi remaneant sine tamen timore exeuntes ciuitatem.* Plura quoque alia in COPIA praedicta habentur tractata per regem RVPERTVM & IOHANNEM archiepiſcopum *Moguntinum*, quae copia habetur prolixe a ciuibus. Acta haec ſunt anno MCCCCVII. in VVeinheim ſabbato ante Margrethae uirginis & ſeptimo anno imperii Ruperti. Tempore Iohannis de *Fleckſtein*, dominica die ſequenti duo Magiſtri ciuium hanc literam *Ruperti regis* legent, in ſingulis *zunfftis* ciuitatis & quod permittant ſe uelle ſeruare illa ibi compoſita ſingula alia quoque compoſita ibi per dominum *Conradum* & dominum *Ludouicum* de littera *Ruperti* regis ibi habentur, quae pertranſeo. Acta ſunt haec anno Domini MCCCCXXIV. dominica

anno 1424. die ante natiuitatis Mariae. Mortuo Matthaeo epiſcopo ſucceſſit CAP.

Immunitas cleri VVormatiae.

Summa pactorum epiſcopi cum ciuibus VVormatiae.

anno 1407.

Zünfftae.

CAPVT LVIII.

anno 1424.

De IOANNE epiſcopo VVormatienſi.

IOANNES de FLECKENSTEIN qui praefuit quaſi ſedecim annis & obiit anno Domini *milleſimo quadringenteſimo uiceſimo ſexto* die Dominica octaua menſis Maii ſepultus in maiori eccleſia ante ſummum altare praepoſiti. Hic praecepit in ſancta ſynodo anno Domini *milleſimo quadringenteſimo decimo quarto*, feria quarta poſt Bartholomaei, *ut feſtum beatae Mariae uirginis DEI genitricis celebraretur uiſitationis in ciuitate VVormatienſi, & in tota dioeceſi ſua.* Item *quod feſtum ſanctae trinitatis ſeruaretur in Dominica die in octaua pentecoſtes.* Iſte *ciuitatem* non *intrauit* niſi iam mortuus, ut audiui, quia conflictum etiam cum ciuibus habuit, & compoſuit inter eos gradus *Conradus* epiſcopus Moguntinus, & LVDOVICVS *palatinus Rheni* in ciuitate *Bensheim* feria quarta poſt aſſumptionem glorioſae uirginis Mariae; cuius COPIA etiam a ciuibus habetur, in qua dicitur, ut epiſcopus recipiat telonia iuxta conſuetudinem antiquam, ita quod non ultra grauet eos, & in hoc ciues non ſibi ſe opponant. Item *ciues ſigillum nouiter confectum deponant & iuxta antiquam manebit conſuetudinem, & quod fideliter ſeruarent literam a domino Ruperto rege inter eos compoſitam, quam etiam legent altera die Martini* in praeſentia dominorum aliquorum maioris eccleſiae & aliorum.

XLIX. IOHANNES de Fleckſtein epiſcopus Wormat. anno 1426. *Synodus anno* 1414. *VVormatia abſens ob disſidia cum ciuibus.*

CAPVT LIX.

De FRIDERICO epiſcopo Wormatienſi.

FRIDERICVS DOMNECK mortuo Ioanni ſucceſſit in epiſcopatu & praefuit *multis annis*, a uigeſimo ſexto anno usque ad quadragesimum

L. FRIDERICVS epiſc. Wormat. anno 1444.

anno 1444. geſimum quintum annum. Sed fuit homo *carnalis*, relinquens poſt ſe proles, habuitque concubinam in *Dormſtein*; quam cum *plebanus* etiam ad ſuam traxiſſet concupiſcentiam, indignationem eius incurrit. Fuitque capellanus eius magiſter Iacobus *Seratoris* ad S. Michaelem, poſtea *plebanus*, qui falſum eſſe dixit, eum in *ſinu mulieris obiiſſe*, ut fama tunc uolauit, quia in morte eius affuit. Obiitque in *Heidelberga*, & inde delatus fuit usque ad Rhenum, & ex naui a canonicis cum deuotione ſuſceptus, & ſic in maiori eccleſia fuit ſepultus ante altare in medio duorum epiſcoporum, anno Domini *milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo quarto*, prima die menſis Maii. Aiebat idem magiſter *Iacobus*, quendam doctorum tunc dixiſſe, pro certo ſcire, *ipſum damnatum eſſe*; quia *lubricam* uitam habuit. De cuius *concubina* & *malefica* poſtea mirabilis referebatur hiſtoria; nihil tamen temere diffiniendum eſt de hac, *quia homo in ultimo momento poenitere poteſt, quamdiu in hac uita ſubſiſtit, & gemere pro peccatis ſuis, & hoc Deus acceptat, ſi uere ex toto corde fit, iuxta illud uerbum prophetae. In quacunque hora homo ingemuerit pro peccatis ſuis, omnium iniquitatum ſuarum non recordabor.* In *reformatione* monaſterii noſtri ſatis diligens fuit, conſilium & auxilium praeſtando ad erigendum illud. Miſitque ad *concilium Baſileenſe* ſolennes *Ambaſciatores*, & ad abbatem *Ciſtertienſem*, pro reformatione loci illius. In ſua introniſatione equum, cui inſidebat, iuſſit, eo deſcendente, in ciues circumſtantes minari, ut quilibet eum caperet. Quem tamen *doleator* quidam ſatis agilis ante alios apprehendit, & ipſum aſcendit, & poſtea

Concubinarius.

Num in orco quaerendus?

Reformatio coenobii Kirsgarten.

Equus epiſcopi poſt intradam.

poſtea pro non paruis nummis uendidit. Quadam uice reſidens in Caſtello ſuo in *Dormſtein*, & magnus eſſet aeſtus, dixit ſuis: *o ſi modo ueniret una bona pluuia, & nos modicum refrigeraret.* Et ecce uerba uix finiuerat, ſtatim uenit tonitruum tangens turrem, in qua ſederat, & ſecuta fuit non longe poſt pluuia magna. Tunc alter quidam dicebat: *ecce quantae poteſtatis ſunt uerba epiſcopi.* Anno Domini MCCCCXLIII. KIRSGARTEN monaſterium reformatum fuit per dominum *Fridericum* praedictum. In eo namque coenobio ab anno Domini *milleſimo ducenteſimo quadrageſimo quinto*, usque ad annum Domini *milleſimum quadringenteſimum triceſimum*, fuerunt *moniales* Ciſtertienſis ordinis, quae multis annis in ſatis bona fuere obſeruantia; ſed in fine deſipientes omnia bona monaſterii mobilia & immobilia impignerauerunt uel alienauerunt, ita ut non remaneret in eo *calix* uel *liber* non alienatus & impignoratus. *Vinea* quoque infra muros ad haereditatem uendita erat ſimiliter *& molendinum;* quae tamen poſtea miraculoſe, *fratribus* iam ibi conſtitutis, reſtituta fuerunt; fuitque locus, *ſublatis* omnibus *monialibus*, per peſtem & mortem diu deſolatus, ita ut nullus in eo maneret, niſi pauper quidam cum uxore & filiis pro cuſtodia domus. Commiſitque bona eius *epiſcopus* cuidam *presbytero;* qui prata uendidit, & alia iuxta placitum ſuum, quae adhuc non ſunt recuperata. Igitur Fridericus epiſcopus praedictus cernens locum eſſe *deſolatum*, miſit *abbates Ciſtertienſes* in *Schonbouia* & *Mulbrum* & alios, qui uenientes ſemel & iterum & nihil in eo cernentes, locum de coetero erigi poſſe in monaſterium diffidentes, ad ſua

anno 1443.

Vox adulatoris.

KIRSGARTEN reformatur. 1443.

Bonorum coenobii profuſio.

Solitudo Kirsgarten.

Inſtauratio coenobii KIRSGARTEN.

anno 1443. ſua reuerſi ſunt. Quod cernens antiſtes praefatus, ad *conſilium* miſit *Baſileenſe*, in quo tunc *abbas* erat *Ciſtertienſis* ordinis decretorum doctor. Cui aperientes negotium monaſterii praefati, petierunt, ut aut reformaret per ſuos, uel aliis alterius ordinis diceret, qui labore manuum ſuarum, & piis fidelium largitionibus locum ſuum erigere poſſent. Ille igitur, ut erat uir doctus, intelligens loci deſolationem, dixit, *placet, ut locus ille detur religioſis ordinis alterius, mendicantibus exceptis.* MENDICANTES namque nominauit MANDVCANTES ironice, prout in *bulla* ipſo data habetur nolens omnino tales habere in loco illo. Igitur habito conſenſu ille *Fridericus epiſcopus Wormatienſis* una cum *Ludouico palatino Rheni*, & aliis bonis uiris ad *capitulum Windeſemenſe* canonicorum regularium miſerunt, & ut locum ipſum in ſuum mutarent ordinem, petiuerunt. Quibus annuentibus patrem de BODICKEN ad locum praefatum miſerunt, qui ibi ueniens & hominum naturas ibi conſiderans dixiſſe fertur: *Terra iſta eſt uinifera ſed non religioſifera.* Quid plura? uidit pater ille locum, qui quidem multum placuit, ſed ibi nihil inuenit, nec unum cochlear quidem. Sed cum trepidaret, conſentire uiderunt, coeperunt quidem promittentes multa & ſic tandem conſentiens, annuente capitulo fratres ſuos ibi adduxit; qui ibi uenientes, nihil niſi domos uacuas inuenerunt: cumque penuriam magnam paterentur, deuoti homines & honeſti uictum competentes eis cottidie miſerunt. Sed paupertatem fratrum illorum primitiuorum, & penurias atque labores, quos ibi inuenerunt, in alio *libro* GESTORVM DOMVS NOSTRAE deſcribemus ad memoriam.

Mendicantes *monachi* manducantes.

Alius liber auctoris.

moriam futurorum. Ciuitas enim ipſa, ut honeſtatem ſuam erga eos demonſtraret & beneuolentiam, *iura ciuium ipſis dedere fratribus ut de coetero more ciuium in ciuitate omnia haberent & facerent*, prout litera deſuper confecta dicit. Fueruntque tunc fratres tanquam adhuc ignoti, & a ciuibus & a ruſticis uix prius uiſi in magna reuerentia. Praefuitque tunc fratribus *pater* BERTHOLDVS DE PADERBORNE, natus circa *triginta* annos uir egregius in corpore & compoſitus multum in moribus, propter quod a principe *Palatino* & aliis nobilibus & ciuibus charus eſt habitus & acceptus. Quadam itaque uice cum litteram propria manu principi ſcripſiſſet, princeps, uiſa ſuperſcriptione *pulchra*, erat enim egregius ſcriptor, cunctis oſtendit ſuis principibus circa ſe manentibus, dicens: *ecce quam pulchra ſcriptura eſt iſta; ſtatimque illam reſoluens libenter petitioni eius annuit.* In ciuitate quoque etiam multum acceptus fuit, & ciuibus charus, qui eleemoſynas ſibi multas & ſuis, quia pauperes erant nihil habentes, miſerunt. *Vbi uero aliquam collegit pecuniam, ſtatim ad redimendum bona monaſterii impignorata operam dedit, & ſic cum DEI adiutorio in paucis annis locum ualde erexit* & *reformauit.* Quadam uice epiſcopus *Euſtetenſis* ad Wormatiam ueniens pro litibus & diſcordiis ac guerris ſedandis, audiens bonam famam eius & fratrum ſuorum, humiliter uenit ad eos uiſitandos, uidensque humilem conuerſationem eorum, ualde ſibi placuit & ſtatim petiit ſibi fratres aliquos dari pro domus ſuae reformatione & *Rebdorp*, & obtinuit. Non longe poſt domum beatae Mariae in *Birckenbruck* a fundamento exſtruxit, & egregium

anno 1443.

Praemium elegantioris ſcripturae.

Liberalitas erga coenobium.

epiſcopus Eiſtettenſis.

Birckenbruck.

um conuentum eleemoſynis fidelium & ibi pe-
anno 1443. regrinantium exſtruxit, in quo primus prior *Iohannes Zonsbeck*, qui a fratribus in *Kirsgarten*
Ioannes Sonsbeck. reuocatus ſibi ſucceſſit in prioratu circa decem annos, qui & ipſe uir egregius fuit in corpore, & in moribus ſatis compoſitus atque multum apud *principem Palatinum* auditus, ad quem etiam in colloquiis ſecretis uocatus fuit. Dehinc elapſis
Francken-thal. annis *Franckenthal* rogatu principis & *epiſcopi Reinardi* miſſis ibi fratribus ſuis reformauit atque magnam curam domus illius habuit cum detrimento non modico domus ſuae. Omnia namque monaſteria ordinis ſui circa Rhenum aſcendendo ex ipſo ortum habuere. Quartum
Gundelſingen coenobii. uero monaſterium in *Gindeluinghe* in territorio comitis de *Würtenberg Eberhardi* ſucceſſor eius *Iohannes* rogatu ipſius comitis miſſis ibi pluribus fratribus ſuis, reformauit. Quatuor iſta monaſteria iam dicta ex ipſo monaſterio in *Kirsgarten* prodiere. Mortuo *Iohanne Zonsbeck* prae-
Henricus Dormſtein. dicto ſucceſſit HENRICVS *de Dormſtein*, qui adhuc, DEO uolente, praeeſt, & plurimis annis praefuit. Plurimi ex iſto monaſterio egregii prodierunt uiri illuſtres, ex quibus adhuc aliqui ſunt in domibus aliis priores ad honorem DEI. Primi namque *ſex* fratres uocati cum priore *Bertholdo* ſupradicto ex *Bodicenſi* mona-
Kirsgartenſis coenobii benefactores. ſterio pro reformatione *Kirsgarten* omnes poſtea facti ſunt uiri illuſtres & in aliis domibus priores & praelati, unum tantum dempto, qui iuxta exemplum Iudae proditoris inter apoſtolos in tam notabilibus fratribus deſipiens receſſit a loco & alium ordinem acceptauit. Quia uero iſta ad laudem ciuitatis *Wormatienſis* quae ab initio dicta ſunt ſcripſimus; reſtat nunc ad eorum laudem recitare nomina *benefactorum* noſtro-

ſtrorum, & huius monaſterii *Kirsgarten*, qui primis noſtris fratribus manus porrexerunt adiutrices. *Primus* namque benefactor & ſpecialis reformator *Kirsgarten* fuit epiſcopus *Fridericus* ſupradictus, qui multa bona dedit & fecit monaſterio praedicto. *Secundus* dux fuit & comes Palatinus Rheni *Ludouicus* pater principis noſtri *Philippi*, qui introitu fratrum *centum* dedit florenos & poſtea pro conſtructione cellarum iterum centum & priuilegia ſpecialia magna. *Tertius* erat dominus Ludouicus *de Aſt*, praepoſitus maioris eccleſiae doctor V. I. qui introitu fratrum plauſtrum uini & 20. maldra ſiliginis & poſteá in morte multa dedit & magnifica non ſcribenda. *Quartus* fuit Rudolphus de *Rüdisheim*, decanus maioris eccleſiae Wormatienſis & poſtea epiſcopus in *Breſſelo*, qui ſaepe cum fratribus conuerſabatur, etiam in choro ſtans cum eis, & uidens conuerſationem eorum, imo & amplius ſe humilians patre noſtro interrogante a fratribus, quid de lectione menſae retinuiſſent, ipſe ſtetit in ſacriſtia cum eis humiliter patris uerba audiens. Fuitque iſte uir *columna ciuitatis Wormatienſis, in magna reuerentia a ciuibus habitus.* Vnde quamuis magnus eſſet praelatus, & doctor egregius, non tamen erubuit per ſe praedicare, & populo ſermonem facere, etiam aliquando *bis* in die uno. Et ait uir multum intelligens in conſulendis rebus interrogatus caſibus uariis, ſtatim ut modicum de cauſa audiuit, reſpondit; *ſufficit, ego nunc intelligo*, & ſic breuiter illos expediens abire permanſit. Tempore prandii, multa fercula abhorrebat, ſed, ſicut quidam dixit ſacerdos deuotus, dicere ſolitus erat: *ſufficit tria habere fercula pro naturae ſuſtentamento*, & ſic plura

anno 1443.

I. VVorm. epiſcopus.

II. C. Palatinus.

III. de Aſt.

IV. Rudesheim.

Columna Wormat.

Ferculorum numeri.

anno 1443. ra non admiſit. Eratque ualde pro diuino officio peragendo debiti & deuoti ſolicitus. Fuerunt namque tunc uiri ſolennes & honeſti in collegiis ciuitatis noſtrae. Alia ſunt namque iſtius *Rodolphi* opera multa incognita, & ideo merito poſtea *pontificali* meruit honore ab apoſto-

V. de Monte Martis. lico ſubleuari. *Quintus* fuit dominus Iohannes de *Monte Martis*, ſcolaſticus maioris eccleſiae, qui magnam fecit diligentiam pro reforma-

VI. de Badeboem. tione loci huius. *Sextus* erat dominus Iohannes *Badeboem*, canonicus maioris eccleſiae, qui omnes excelluit praecedentes. Iſte pecuniam miſit ad adducendos *fratres* de *Saxonia*. Dedit uiginti maldra ſiliginis & medium plauſtrum uini, exceptis his, quae cottidie miſit. Dedit item *uiginti* florenos pro cultura uinearum & aliis. Item *decem florenos* pro diuerſis neceſſariis. Item *triginta florenos* pro lignis ad cellas fratrum conſtruendas; item *tres* pro calce. Redemit *Gregorium* ſuper moralia *impignoratum*; item ornamenta eccleſiae alienata, quod turpe eſt dicere,

Stuba. pro *quadraginta* florenis redemit. *Stubam* magnam in monaſterio aedificauit, quae adhuc *Stuba Badeboem* nominatur, alia quoque multa dedit: item redemit duos *calices* impignoratos: ita enim omnia etiam ſpiritualia alienata erant.

VII. Lupi. *Septimus* erat dominus Iohannes LVPI, uicarius maioris eccleſiae, qui etiam multa ad reformandum locum inſtituit, & duos *calices* redemit, atque dedit in ualore centum florenorum. Similiter & parentes eius tantum legauerunt. *O-*

VIII. Struben. *ctauus* fuit dominus dictus STRVBEN, uicarius S. Andreae, qui ſexaginta dedit *florenos* pro redemptione ſex *maldrorum* ſiliginis. Ita bonis amicis adiuuantibus bona monaſterii alienata re-

dempta

dempta ſunt. *Nonus* fuit magiſter *Conradus de* WERDA, doctor in medicinis, qui multa largitus monaſterio pro bonis uariis redimendis, de quo magis puto tacendum quam aliquid ſcribendum. *anno* 1443. *IX. Werde.*

Rabbanus de MEMMINGEN, canonicus maioris eccleſiae multa in uita dedit. *X. de Memmingen.* Thomas *Hemsberg* & uxor eius. *XI. Hemsberg.* Petrus zum Rad & Mechtildis uxor eius. *XII. Rad.* Iohannes *Hemsberg* & Iutta uxor eius. *XIII. Hemsberg.* Item dominus *Reinardus* epiſcopus Wormatienſis, de quo poſtea dicetur. Antonius *Ebertzim* presbyter, hic apud nos ſepultus multa dedit nobis. *XIV. Eberzin.* Iohannes *Rebeſtock* alias Lisberg & Eliſabeth uxor eius. *XV. Rebeſtock.* Dominus Iohannes *Carben* ſcholaſticus S. Andreae in uita & in morte multa tribuit. *XVI. Carben.* Dimicellus Nicolaus *Hemsbach* & Agnes uxor eius multa nobis fecerunt. *XVII. Hemsbach.* Dominus Iohannes *Püchlin*, uicarius S. Andreae. *XIIX. Puchlin.* Multi quoque alii ciues fuerunt Wormatienſis ciuitatis, qui conſilio & auxilio laborauerunt pro reformatione monaſterii in *Kirsgarten* & pro redemptione bonorum eius impignoratorum.

CAPVT LX.

De LVDOVICO de AST epiſcopo VVormatienſi.

LI. LVDOVICVS de AST epiſc. Wormat.

MOrtuo autem *Friderico epiſcopo*, electus fuit dominus LVDOVICVS de AST, utriusque iuris doctor & praepoſitus maioris eccleſiae & etiam S. Martini ac illuſtrisſimi principis *Ludouici conſiliarius* egregius. Sed ipſe religioſorum uſus conſiliis, & audiens & conſiderans pericula multa iſtius ſtatus, poſt quadrageſimum diem *epiſcopatum* ſuum *reſignauit* in manus *electorum*, timens periculum animae ſuae. Fuit *Reſignatio epiſcopatus.*

anno 1432. namque uir maturus ualde & prudens; unde ſiquis pro conſilio utendo ad illum ueniſſet, audiſſet proponentis uerba usque ad finem. Et tunc praegnantibus atque breuibus uerbis reſpondit: *ſic & ſic ſecundum iura & leges faciendum eſt;* & ita dimiſit hominem. In principis autem conſilio exiſtens tantae fuit auctoritatis, ut interrogatis omnibus ipſe concluderet & diceret: *ſic & ſic in iure & in legibus conſcriptum eſt, & ſic faciendum eſt.* Moriens autem omnia ſua mobilia religioſis reformatis reliquit, in quantitate non parua, nihil in ſpeciali requirens ab eis niſi *orationes* eorum. Anno Domini MCCCCXXXII. in craſtino ſancti *Matthiae* quaſi circa mediam noctem auditum eſt *tonitrum* magnum & fulmina magna uiſa ſunt; deinde plurima mala, quae ſequebantur. Et fuit illo anno tunc *hiems* ualde ualida & frigida, ita quod *Rhenus* fuit congelatus per tres hebdomadas & per diem unum. *Canonicus* quidam S. Martini ſenex & plenus dierum cum iam moriturus eſſet, & circumſtarent eum amici, ſollicitantes, ut *teſtamentum* conderet, ne inteſtatus moreretur, reſpondit: *non eſt neceſſe:* ſed cum acrius inſtarent, ille unquam eorum precibus dixit: *uocate notarium:* quo ueniente, iuſſit, ut ſcriberet teſtibus praeſentibus. *Ego, &c. Collegio meo do tantum, & illi monaſterio tantum atque illi loco tantum.* Cumque iam multa ſcripſiſſet notarius, dicebant ei, multa ſcripta ſunt, ſed ubi *pecuniam* recipiemus? quibus ille reſpondit: *in domo,* inquit, *ciuium, quam uocant monetariam, pecunia multa eſt, ſed ego nullam habeo.* Quo audito, omnes in riſum commiſſi demiſſo eo ad ſua redierunt. Ciuis quidam huius ciuitatis hanc incidit

Tempeſtas magna an. 1432.

Teſtamentum in paupertate.

cidit fantaſiam, ut finaliter in Rheno ſubmergeretur, & cum non poſſet ſe excutere ab illo, domum ſibi aedificari fecit in *Liningen* ciuitatem in monte ſitam, longe ſatis areno, ubi dum per tempus aliquod moraretur, infirmitatem incidit, neſcio qualem, de qua tamen conſularetur medicus, iuſſit ut in *aqua Rheni balnearetur*; quod cum fieret & aqua ex Rheno adducta fuiſſet, neſcio quo iudicio DEI occulto in *ipſa aqua ſubmerſus* eſt & obiit.

anno 1432. *Linigen.* *Balneum.*

CAPVT LXI.

De REINHARDO epiſcopo Wormatienſi.

REINHARDVS autem de SICKINGEN, uir de militari ſtirpe natus, cum reſignaſſet Ludouicus praefatus *epiſcopatum*, a dominis maioris eccleſiae uocatus, in *epiſcopum Wormatienſem* eſt electus, uir mitis & bonus, qui ſedit in omni pace & tranquillitate *triginta ſex* annis. Vnde & ciuibus amabilis & honorabilis fuit. Ipſe ordines longo tempore per ſe dedit in perſona propria, unde & ego multum gauiſus fui, quod a uero epiſcopo, & non a Suffraganeo omnes merui accipere ordines. Nunquam ab aliquo *epiſcopo* uel ſuffraganeo tam deuoto diuina celebrari uidi. Valde enim cauebat confuſiones, quas tamen non fecit. AEgre quoque nimis ferebat, ſi quid a ſuis uel ordinandis ineptum fiebat uel impertinens. Quadam namque uice cum religioſi reformati plures eſſent ultimi in ordine, ipſe ut religionem honoret, inſueto ordine ab ultimis coepit religioſis, & primum in littera ſcriptum ultimum conſtituit. In reformatione *Franckenthal* maioris monaſterii multum diligens fuit, & libenter ius ſuum cum conſilio

LII. REINHARDVS epiſcopus Wormat. *Deuotus ſacris.* *Reformatio Franckenthal.*

anno 1432. collegii ſui reſignauit. Vnde quadam uice praeſente me ibidem multa conſecrauit altaria cum maxima alacritaté, quamuis iam ſenex eſſet, dicens poſtea nobis cum gaudio, *nihil*, inquit, *fatigatus ſum;* comeditque poſtea cum fratribus in *refectorio*, ſedens ſolus iuxta priorem, & uno miniſtro contentus fuit. Et quia ſciebat eos eſſe pauperes, facto prandio, receſſit. Introniſationem etiam ſolennem cum reſponſorio (ſint lumbi ueſtri) refutauit, ſed occulto quodam modo intrauit, ibique poſtea *ſtubam* pulchram aedificauit pro uſu hoſpitum, quam adhuc ſtubam epiſcopi uocant. Cordialiter namque diligebat patres de *Kirsgarten* & *Franckenthal*, quibus & conſilia ſua ſecreta aliquotiens reuelauit. Vnde cum aliquando infirmaretur grauiter, omnia ſua quodammodo eis reliquit, ſed poſtea res accidit in contrarium. Aliqua tamen uiuus adhuc ſingulis tribuit monaſteriis. Audiens monaſterium *Franckenthal* minoris eſſe deſolatum, pro reformatione ſua aliquotiens laborauit. Et quia res intricata erat & aliquamdiu protelabatur, ipſe in infirmitatem incidit, qua & mortuus eſt. In ultima tamen uoluntate praeſentibus teſtamentariis quatuor millia reliquit florenos, pro reformatione domus illius, qui tamen adhuc teſtamentariis omnibus mortuis traditi non ſunt. In *ultima* conſtitutus *infirmitate*, quidam ſibi dilectus & religioſorum amicus dixit ei: *Domine, quare*, inquit, *patres de* Kirsgarten *& Franckenthal modo non uocatis in extrema neceſſitate?* qui ſtatim clamans dixit Wernhero: *Wernhere, cito uocentur patres de* Kirsgarten *& Franckenthal, ut ueniant ad me.* Quo audito alii timentes ne illis ſua daret, negotium palliauerunt, & illis nunciatum

Refectorium.

ciatum non eſt: ſicque factum eſt, ut & illis tunc nihil daret; collegio uero ſuo pro aedificatione ambitus plurima tribuit, & in epiſcopatu etiam non parua deliquit. Obiit autem in profeſto beatae Mariae Magdalenae in Laudenburg. Sed ſequenti die poſt ueſperas magna deuotione per proceſſionem receptus praeſentibus pluribus praelatis & perſonis deuotis dolentibus de morte tam pii paſtoris & benigni. Quadam uice iam ſenio fatigatus cum in die paſchae peracturus officium in maiori eccleſia trepidaret ire in longa proceſſione, prout moris eis eſt, tunc ibi dixit, *ſi nunc pluuia ueniret, & in ambitu manemus. Et ecce ſicut deſiderauit, ſic factum eſt. Cum eſſet bona aura ante proceſſionem, ſtatim ut proceſsio exire uellet, pluuia uenit & redeuntibus illis ad ambitum, pluuia ceſsit, quod quidam uidens & intelligens dixit ei: ecce domine notate, quantae uirtutis ſunt uerba epiſcopi.* Sepultus autem eſt in capella S. Egidii contigua maioris eccleſiae Wormatienſis, quam ipſe a nouo aedificari fecit anno Domini MCCCCLXXXII. *Curiam epiſcopalem* deſolatam & exuſtam pulchre reaedificari fecit, & in formam reduci in qua nunc apparet & uidetur. Habuitque doctorem *praedicatorem* in eccleſia ſua maiori uirum magnae eloquentiae magiſtrum Iohannem de *Weſſalia* ſuperiori, multum tritum in *logicalibus*, cuius in illa facultate practica utuntur *Erfurdienſes*, ubi promotus erat. *Hic ſaepe quaedam alta minus intelligibilia praedicabat, ex quo ſcandala multa in populo orta ſunt.* Vnde uenerandus *epiſcopus* motus, eum qualitercumque repulit, & dimiſit. Sed ille ueniens Moguntiae eum citauit, & poſt multa dominus Moguntinus, aduocatis doctoribus multis

anno 1482. 1482. *de Weſſalia.* *Erfurtienſes.*

anno 1473. & inquiſitore haereticae prauitatis, domino & magiſtro *Gerhardo de Elten* eum conuictum reclamare fecit multa ab eo praedicata. Igitur poſt diſputationem longam conuictus, ueniam petiit, & rogatu doctorum a carceribus perpetuis liberatus Carmelitis datus eſt, & non diu superuiuens tandem carne ſolutus eſt. Quidam aiunt, eum uere male ſenſiſſe, & plurima inconuenientia praedicaſſe, quod utique negari non poteſt. Alii aſſerunt eum ex inuidia ſibi impoſita multa falſa impoſita fuiſſe. Quod tamen totum Deo committimus, qui nouit corda hominum, ipſe iudex uerus eſt & erit omnium. *Doctor* quidam *Pragenſis* ipſum uiſitauit in *Wormatia*, ſed in Moguntia inuenit, quod eum ſuſpectum reddidit; ferebaturque tunc anno Domini milleſimo
anno 1473. quadringenteſimo ſeptuageſimo tertio fama publica, quod centeſimo anno Domini tunc complenda, circa Rhenum, geſta Bohemorum tunc inciperent ibi compleri & practicari. Videat nunc hic lector & indicet, ſi falſa fuit prophetia illa & an uera, ſed concluſio taceatur. Ciuis qui-
Hermannus Keſsler. dam, dictus *Hermannus Keßler*, in hac fuit ciuitate iaculator magnus, qui miro modo ſuis uerbis & geſtis iocoſis homines nouit ad laetitiam commouere. Hic apud intronisationem *epiſcopi Spirenſis*, qui adhuc feliciter praeſidet, canem fecit currere, iuxta equum ſuum, habens in dorſo ſuo maſculum ligneum miro modo fabricatum. Quod cum homines cernerent, dimiſſo epiſcopo, *fantaſias* illius inſpiciebant. Sed quidam nobilis hoc aegre ferens, increpare eum coepit. Tunc ille omnibus audientibus reſpondit, *& tu meretricum amator & mulierum ſtuprator quid dicis?* quod ille audiens obſtupuit & clam ſibi

dixit

dixit, *noli me ſic confundere & nouam tunicam ti-* *anno* 1460.
bi dabo. Tunc ille ad populum: *o boni amici, parcite ſtultiloquio meo, ego bonum illum uirum in ira ſubita confudi, quod facere non debuiſſem.* Sed poſt iſte ſubitanea morte obiit. Anno Domini *milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo feria* *anno* 1460.
ſecunda, poſt feſtum *corporis Chriſti* eccleſia S. Cyriaci in *Nuhuſen* extra muros Wormatienſes per comitem de *Gliechen*, nomine dominiDitheri de *Iſenberg* electi & confirmati Moguntia, qui diffidauerat illuſtriſſimum principem Fridericum comitem Palatini Rheni, & protectorem eccleſiae Nuhuſen, miſerabiliter per incendium cum omnibus aedificiis deſtructa & combuſta fuit. Item ultimo complices pedeſtres dicti *Moguntini* perſonis eccleſiae omnibus profugatis intrauerunt chorum eccleſiae praedictae & *fractis omnibus ceris eccleſiae, nouiſſime ad tumbam S. CYRIACI plumbo circumdatam uenerunt; quam aperientes ſparſis reliquiis in ſummo altari poſuerunt, & plumbum deportauerunt, & ſic incenſis domibus & eccleſia ipſa, abierunt.* Dehinc aliqui poſt combuſtionem reuertentes ad eccleſiam ipſam in die S. Vdalrici epiſcopi, S. Cyriaci corpus cum proceſſione magna ſolenniter ad maiorem eccleſiam deportauerunt. Quousque etiam illa iterum aedificaretur. Fuitque obuiam ſanctiſſimis *reliquiis* dominus decanus maioris eccleſiae cum ſuis presbyteris, & tota fere ciuitate, qui illas in maiori eccleſia cum magna deuotione illic deduxerunt. Comes autem praedictus de *Gli-* *C. de Gleichen.*
chen tantae malitiae auctor, qui domum S. Cyriaci incendit, mox ut domum rediit, miſerabiliter uitam finiuit. Eodem fere tempore uidelicet *IV. Iulii*, prandio peracto, circa horam

anno 1476. primam corpore ſanctiſſimi Cyriaci ad eccleſiam Wormatienſem deportato, ſupradictus Moguntinus cum exercitu ſuo in campo prope Petters-heim & Crisheim fugato uix ad dictum obitum cum paucis ſuis euaſit, multis de ſuis occiſis, pluribus per dictum comitem Palatinum Fridericum captis. *Creditur & minime ab uniuerſis dubitatur ob merita S. Cyriaci id idem accidiſſe, ex eo quia eccleſiam ſuam tum miſerabiliter combuſſiſſet.* Multae quoque calamitates eidem Ditherico epiſcopo euenerunt: eiectus namque fuit ab epiſcopatu ad tempus ac caſtrum ſuum in Moguntia uorax flamma conſumpſit. Anno Domini MCCCCLXXVI. in nocte Bartholomaei apoſtoli fuit terrae motus magnus in Wormatia & locis circumiacentibus, ſed damna non fecit magna. *Filius cuiusdam Iudaei praediuitis cum aliquotiens, ut moris eſt, cum Chriſtianorum pueris fuit, coepit effici uelle Chriſtianus adhaerens nobili cuidam uiro, qui uidens iuuenem eſſe bonae indolis, ad epiſcopum perduxit Reinardum. Sed ille timens, quod poſtea euenit, noluit multo tempore. Tandem tamen iuuenis uidens conſtantiam, diem ſibi ſtatuit, quo baptiſari debet: quo appropinquante accurrit pater Iudaeus clamans & eiulans de filio ſuo. Venit & mater oſtendens ubera ſua, quibus eum nutrierat, factusque eſt ibi concurſus magnus. Sed quid multa? permanſit puer conſtans & deſpectis parentibus Chriſtianus factus eſt, & a nobili illo in filium adoptatus. Poſt tempus igitur de conſilio noſtro ad Zwollenſes miſſus eſt, & in breui multum profecit mandatumque fuit nobis per patres Zwollenſes, quod nunquam eſſet bonus Chriſtianus futurus, ſicut & factum eſt. Vbi uero rediit, canonicus factus eſt & plebanus, ſi bene memini*

Terrae motus.
anno 1476.

Iudaeus conuerſus fit iterum apoſtata.

memini ad deſtructionem ſui Non ceſſabant maledicti parentes eius die nocluque inſidias apponere, ut ſaltem eum aliquando ad ſectam ſuam maledictam reducerent, quod & factum uidetur. Nusquam modo comparet in Chriſtianitate neque parentes eius ſed in Conſtantinopoli extra Chriſtianitatem manet; ibique, ut intelligo, abdicata Chriſtianitate, in iudaiſmo manet, uxorem habet & forte plurimos pueros. Verificata quoque fuit fratrum in Zwollis prophecia, ut ſupra dictum eſt. Anno Dom. milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſecundo cum gratia DEI ad ciuitatem Wormatienſem uenisſem, contra uoluntatem meam hic in loco retentus ſum, Deo ſic diſponente, dicebaturque tunc a religioſo mihi, quod in toto Rheni fluuio non eſſet ciuitas, in qua tam ſapientes eſſent conſules ciuitatis. Et ut absque adulatione loquar, uerum eum ſcio dixiſſe. Subiunxitque idem, ubicunque namque ſunt interdiuidentes pactis componenda foedera, ibi conſulatus ille aduocatur. Vtique uerum eſt ſine adulatione.

anno 1472.

anno 1472.

CAPVT LXII.

De IOANNE de Dalburg epiſcopo VVormatienſi.

MOrtuo Reinhardo epiſcopo ſucceſſit IOANNES de *Dalburg* Praepoſitus maioris eccleſiae, qui nondum triginta annos attigit, cum quo diſpenſatum extitit. Eſt enim uir ualde doctus tam in graeca quam latina lingua. Et praefuit iam multis annis, ab octuageſimo anno. Qui ſi non epiſcopali honore eſſet ſublimatus, & multis curis & tribulationibus oppreſſus, absque dubio in magnum ualde euaderet uirum, & licet doctus ſit, doctiſſimos tam multos diligit uiros & ſtudioſos, ſiue ſeculares ſint ſiue religioſi. Cum illis eſt conuerſatio ſua iugiter, qui ſi non

LIII. Ioannes de Dalburg epiſcopus Wormat. anno 1480.

 eſſet

anno 1480. eſſet confirmatus epiſcopus, amore ſtudii nunquam modo fieret, ſed totis uiribus excuteret & magis ſtudio intenderet, dicant alii quae uolunt, hunc audio & ſemper gaudebo me habere temporibus meis epiſcopum & fratrem. Et licet more Philoſophorum & ſapientum multis ſubiacet infortuniis, rediet tamen, ut in domino confido & in beatiſſima Genetrice eius, aliquando PAX deſiderata & multum nobis miſeris mortalibus neceſſaria ac utiliſſima omnibus. Anno Domini

anno 1488. Fridericus III. imperator Wormatiam. MCCCCLXXXVIII. *Fridericus* III. imperator uenit *Wormatiam diebus paſchalibus* cum immenſo populo, qui eum quotidie ſequebatur, ex omni imperio ſuo, & deſcendit cum eis in *Flandriam* contra *Brugenſes*, qui filium ſuum *Maximilianum* iam regem Romanorum factum, doloſe coeperant, prout prius etiam Philippo duci Burgundiae fecerant, & licet tunc ſatis a Philippo coarctati fuiſſent, tamen auſi fuerunt inſani illi Flamminici factum illud circa regem Romanorum cum furore magno iterare, propter quod infinita ſecuta fuerunt mala. Deſcenditque contra eos infinitus populus; qui licet parum eis fauerent, tamen terram circumiacentem deſtruxerunt, & quia meliori uſi conſilio regem dimiſerunt, imperator Fridericus ſemper diligens pacem cum ſuis ad propria rediit. Rediens igitur Wormatiam deuotionis cauſa iuit ad *Nuhuſen* poſt ſolis pene occaſum uiſitare reliquias *S. Cyriaci & ſociorum* eius perſonis ibi non auiſatis. *Vbi dum quaedam antiqua comperiſſet teſtimonia illarum ſacratum reliquiarum, precibus humilibus coſtam S. petiit Cyriaci & impetrauit, quam gratiſſimo ſuſcepit. Animo deſiderans paſſionem eius, uitam pariter & imaginem eius per dictas perſonas ſibi ordina-*

dinari, offerendo ſe ad quaecunque petita pro perſonis uel etiam illa ſuae caeſareae maieſtati donabilia praeſtituerunt. Item audiens eſſe *ſepulchrum* famoſum cuiusdam gigantis in coemeterio beatae Ceciliae uel beati Meymardi, quod eſt in ſuburbio, uerſus Spiram; qui gigas dicebatur Sifridus deß Hörnen tenuitque hoc ruſticorum ſtoliditas, quia in loco illo etiam ſigna poſita uidebantur. Voluit imperator ipſe hoc experiri, ſi uerum eſſet, unde uocans ad ſe diſpenſatorem ſuum quatuor uel quinque dedit florenos, dicens, Ite ad conſulatum & dicite, ut nomine meo faciant fodi in coemiterio illo, ut agnoſcam, ſi uera ſit fama illa, qui accipientes pecuniam ad fodiendum conduxerunt, qui ad locum praefatum uenientes usque ad ebullitionem aquae foderunt, & nullum ſignum humani corporis uel oſſium ibi inuenerunt. Et ſic renunciantes imperatori, fictitium illud fuiſſe narrauerunt. Anno Domini *milleſimo quadringenteſimo nonageſimo Praedicatores in Wormatia prouinciale capitulum* celebrauerunt praeſentibus multis doctis uiris. Et fuit decimum in eadem urbe celebratum tempore aſſumptionis beatae Mariae uirginis. Primum namque fuit Capitulum ab initio ordinis XL. anno, ſed ſeptimum in ordine domorum. Secundum capitulum fuit in Wormatia ſed uiceſimum ſecundum in ordine domorum quinquageſimo. Tertium exſtitit ſeptuageſimo anno poſt ordinis inſtitutionem, ſed XLIII. in prouincia. Quartum fuit XCVIII. anno ſed LXVI. in prouincia. Quintum erat anno Domini MCCCXIX. Sextum extitit anno MCCCXLVIII. Septimum fuit capitulum MCCCLXXI. Octauum fuit MCCCCX. Nonum extitit MCCCCXLVII. ſub

anno 1488.

Gigantis ſepulchrum.

Praedicatorum capitulum anno 1490.

anno 1491. ſub Petro Vellen. Profeſſore ſacrae Theologiae. Et haec fuit reformatio domus in Gotha & tractata usque modo. Haec de praedicatoribus. Anno Domini MCCCCXCI. in profeſto beatae Mariae Magdalenae in principio noctis ſaeua fuit tempeſtas cum uentorum inaudita uiolentia fregitque crucem & gallum in campanili praedicatorum in Wormatia. In aliis locis extra urbem in diuerſis locis & uillis infinita fecit damna in ſyluis & uillis, qualia nulla recordabatur aetas a centis annis. Dicebaturque hoc feciſſe paruula puella ad inſtinctum marris ſuae maleficae iam a iudicibus captae quae eam in arte illa iam praeſens informauerat. Item alia uice in ſecunda feria poſt feſtum Palmarum, XIV. die Aprilis facta ſunt fulgura & tonitrua, per quae Campanile & Organum praedicatorum in Wormatia fuerunt deſtructa. Similiter & tectum capellae in Rebenſtock deſtructum fuit & notabiliter circa Campanile laeſum. Anno Domini

tempeſtas magna. *anno* 1491.

anno 1493. MCCCCXCIII. *in nocte aſcenſionis domini circa horam quintam noctis cum iacerem in feneſtra cellae, eſſetque aura clara penitus ſine uento & pluuia, uenit trabs ignea longa ad decem pedes, & lata ad quatuor uel ultra, & uolans ultra eccleſiam Kirsgarten tendit in medio ciuitatis Wormatienſis in foro circa monetariam domum nouam ſtetitque forum totum illud quaſi plenum fuiſſet incendio. Viditque hoc idem alter frater aeque ſacerdos mecum & ſimiliter dilectus Pater noſter adhuc uiuens. Haec cum dixiſſem quibusdam amicis alia perſona cum aliis narrauit, ſe uidiſſe crucem ſuper ciuitatem noſtram ſtantem mirae magintudinis.* Quid autem iſta ſignificent, prudens iudicet lector, non longe poſt controuerſia iſta inter pontificem cum Clero & ciues exorta eſt, & usque modo durat in

in praeſentiarum, forte aliquando finienda, de quo nobis nihil dicendum pro nunc. Videant ſibi quae incoeperunt, qui occaſionem tantorum malorum dederunt. Fiat iuſtitia & pax in diebus noſtris. Sunt autem *nundinae* competentes ſolennes in urbe hac ſemel in anno altera die pentecoſtes & duobus ſequentibus; in quo uarii concurrunt homines. Vnde quadam uice ibi uenit homo ſine cruribus & pedibus ligatus ſic ſuper equum & alii ſine brachiis, ſic ex utero matrum nati. Synagoga quoque hic eſt ſolennis Iudaeorum, qui in optima manent parte ciuitatis ſub tributo, quorum occaſione multa fiunt mala in populo Chriſtiano, quod conuerſationem inter ſe habent nimis familiarem contra eccleſiae prohibitionem. Laborant namque eis Chriſtiani pro pretio & ut iam clam non ſimul comederent & potarent, & quod horrendius eſt, non ſimul comiſcerentur & filios procrearent. Iudaeus quidam cum ſartorem aduocaſſet Chriſtianum tanquam fidelem, cum *Iudaeus* non obſeruaret & ancam pinguem ibi ſtantem haberet, ſartor clam ancae cum filo poſteriora clauſit & ad opus ſuum rediit. *Elapſo igitur tempore cum anca non opus facere cuperet nec poſſet, coepit tanquam inſana mirabiliter alis ſe percutere & gannire grauiter. Quod cernens Iudaeus & eam inſanam factam exiſtimans dixit ſartori: Ite obſecro & cum ſacco ancam in Rhenum proiicite, ne quis intelligat & album unum denarium uobis dabo. Tunc accipiens ſartor ancam ad domum propriam cum ſacco & pecunia portauit & rediit. Huic ait Iudaeus, ubi eſt ſaccus? ſartor reſpondit, proieci, inquit, cum anca in Rheno, ne quis notaret. Similiaque multa fiunt apud nos.* Alter quidam cum ha-

anno 1493.

De nundinis.

Synagoga Iudaeorum.

Iudaei litigia.

anno 1493. haberet *ſartorem* & ſibi fila pretioſa non confideret in ciſtula concluſa ita tamen, ut neceſſaria inde ſumeret, qui Iudaei intelligens ſimplicitatem tamdiu glomum filorum per uirnam uoluit ciſtulae quousque uix aliquid remaneret. Mirabilis ſatis hiſtoria nuper, cum apud portam S. Andreae eram, narrabatur. Dicebat namque quidam: *ecce in loco iſto mortuus Iudaeus uiuentem interfecit Chriſtianum*, quod ego audiens, multum ſtupebam. Et ille dicam tibi, qualiter hoc actum eſt. *Obiit namque Iudaeus quidam in uilla uel loco propinquo, quem ſepelire uolebant in ſepulchris Iudaeorum intra ciuitatem. Conduxerunt igitur ruſticum pauperem, ut ſummo mane feſtinans, priusquam homines id deprehenderent, corpus illud deferret, qui cum feſtinaret, portam adhuc non inueniens eam apertam, ibidem ſuper murum quia laſſus erat, quieſcere cogebatur. Et ecce Deo permittente ruſticus ſomno depreſſus cecidit ab iſta parte & corpus defuncti Iudaei ab alia parte. Sed quia graue erat corpus & cum reſte ad collum ligatum tenebat, non ualens ſe iuuare, per reſtem ſtrangulatus eſt. Mane igitur portarius ambos mortuos uidens, multum obſtupuit, & uidentibus ſtuporem magnum, quousque factum innoteſceret, incuſſit.* Frater quidam Carmelita fortis robore ubicunque Iudaeum obuiantem habuit, apprehendit & cum pugnis quantum potuit percuſſit. Accuſatus igitur a Iudaeis apud conſulatum concitato uocatus uenit, interrogatusque quare ſic Iudaeos undique inuaderet, reſpondit: *percuſſerunt filium ſororis meae & crudeliter interfecerunt, nec tamen adhuc dolent, ſe hoc feciſſe, ideo merito a me uerberantur.* Quod illi audientes interrogabant

bant eum dicentes, quis eſt ille nepos tuus & quae ſoror tua? Ille inquit: *nos uocamur fratres beatae Mariae uirginis; ideo Ieſum, filius eius nepotem noſtrum dicemus, quem iſti miſerrimi interfecerunt, nec adhuc dolent ſe feciſſe. Ideo merito percutio eos.* Hoc audientes uiri honeſti in conſulatu conſtituti obſtupuerunt, & eum abire fecerunt. Nuper cum quidam circa *Rhenum* juxta muros ciuitatis ſtaret in ſuburbio uerſus *Spiram* uel ex maledicendo & turpia euomendo, ecce uenit tonitrum & fracto ramo arboris ſuper ipſum proiecit & miſerrimum ſic ſubito miſere extinxit, cum gemitu magno & clamore dixit: *adiuua me, ſancta Maria, o quantum doleo, & quam male habeo.* Et ſic Spiritum exhalans obiit. Similiter *Canonicus* quidam, Doctor legum, uir multum in ſua facultate doctus, cum ueniſſet ex eccleſia ſuper ſedem ſe in domo poſuit, & ſpiritum exhalauit. *Mulier* quaedam ſatis honeſta praeſentibus aliis dicebat, ſe crucem permaximam ſuper ciuitatem noſtram uidiſſe in aere pendente tempore illo, quo ciues, & epiſcopus inter ſuam iuriſdictionem contenderent, uideruntque hoc & alii cum ea adhuc clara die. Anno Domini *milleſimo quingenteſimo primo* circa feſtum ſancti Viti martyris, celebratum eſt capitulum prouinciale ordinis minorum, ubi pene centum uiginti monachorum aduenerant, inter quos multi erant equeſtres & docti uiri. Fuitque ibi diſputatio de *Charitate* Dei propoſita; ad quam tamen ex aliis ordinibus nullus aduenerat, ideo minus alacriter terminata fuit. Quod Capitulum ante annos centum ibi ultimo ſeruatum fuit. Sed reformatio hic nulla fuit ſecuta, propter quod capitula inſtituuntur & ſeruantur.

anno 1493.

anno 1501.

NVM.

anno 1020. 1073.

NVMER. II.

ADELHEIDIS, *matris* Cunradi *regis codicillus de cultu* reliquiarum *an.* 1020.

anno 1020. *Oeringenſe Coenobium.* EGo ADELHEIDIS, quando hoc monaſterium aedificaui, iſtas *reliquias*, hic & quas ubique terrarum congregare potui, in ſecretisſimis huius aedificii locis collocaui. Timui enim posterorum perfidiam, ut ſi ab impiis *altaria* & capſae frangerentur, iſtae ſaltem hic ſeruarentur. *rex Conſtantinopolitanus.* Has quoque rex *Conſtantinopolitanus* filio meo *Conrado* imperatori dono transmiſit, ſed imperator cum agnoſceret *ſepulturam* meam hic parari & uelle me expectare diem iudicii, has ipſas mihi miſit reliquias, ut ſanctorum patrocinia perpetualiter ſentirem, quorum reliquias mecum fideliter collocatas hic conſeruarem. *Sepulchrum Adelheidis.* *Anno Dominicae incarnationis* 1020. *indictione II.*

DIPLOMA III.

HENRICI IV. *imperatoris priuilegium in immunitate* Wormatienſium *ciuium a teloniis, in ciuitatibus* regi adſignatis, *id eſt* domanialibus *ſeu imperialibus an.* 1073.

anno 1073. *Henrici IV. priuilegium.* IN *nomine ſanctae & indiuiduae trinitatis* HENRICVS *diuina fauente clementia Romanorum rex*, regiae poteſtatis & pietatis omnium ſeruituti congruis reſpondere beneficiis. Videlicet, ut qui in ſeruitii deuotione ſe exhibent *promtiores*, in ſeruitii eorum *remuneratione* ſe iudicari digniores gaudeant & ſublimiores. *Wormatiae datum ob fidei in Caeſarem portenta.* Inter quos *Wormatienſis* ciuitatis habitatores non minima ſed maxima & ſpeciali remuneratione dignos, quando omnibus cuiuslibet urbis ciuibus digniores

ores iudicauimus, quos in maxima *regni commotione & ſpeciali fidelitate* nobis adhaeſiſſe cognouimus, cum nec uiua nec litteris nec per nos nec per *nuncium* uel aliqua *uoce* illas in hanc tam egregiam *fidelitatem* attraxerimus, quam idcirco tam egregiam diximus, quod, cunctis regni *principibus* in nos, neglecta religione, ſeuientibus, hi SOLI, quaſi in mortem ruentes, contra omnium uoluntatem, nobis adhaeſere. Nam cum *ſingulae ciuitates*, quamuis commotae in noſtrum aduentum, clauderentur, dum uigilum cuſtodiae per uicos diſtribuerentur, dum aere & ferro tutandae nocte ac die circumiretur, ſola WORMATIA, communi ciuium fauore, omnigenum armorum munitione noſtro *aduentui* ſeruabatur. Sint ergo ſeruitii remuneratione PRIMI, qui in ſeruitii deuotione extiterunt non *nouiſſimi; ſint omnibus exemplo in debiti ſeruitii remuneratione*, qui omnibus praeſtant in ſeruatae fidei religione; ſint omnium ciuitatum habitores *regiae munificentiae* ſpe laetificati, quam WORMATIENSES ipſa re ſunt conſecuti. Diſcant omnes *regii*, ſeruare, imitatione, fidelitatem, quam in iſtorum utilitate regis probant benignitatem. Quae quidem utilitas paucis uerbis comprehenditur, ſed in earum conſideratione non leuis, ſed grata & honorabilis reputatur THELONIVM, ſiquidem, quod theutonica lingua interpretatum eſt ZOLL, quod in omnibus locis REGIAE POTESTATI adſignatur. Videlicet *Francfurth*, *Popparden*, *Hammerſtein*, *Dortmund*, *Goslarae*, *Angerae*, *Nurenberc*, IUDAEI & ceteri Wormatienſes ſoluere praetereuntes debiti erant, *VVormatienſes* ne ulterius ſoluant *Zoll*, remiſimus in principum noſtrorum ſcilicet DITMARI

anno 1073.

Vrbibus Caeſari clauſis.

Ciuitatum domanialium i.e. imperialium numeri.

1) *Francfurth.*
2) *Poppard.*
3) *Hammerſtein.*
4) *Dortmund.*
5) *Goslar.*
6) *Angern.*
7) *Nurnb.*

anno 1073. MARI *Magdeburgenſis* metropolitani ; EBONIS *Naumburgenſis* , Dietrici *Wirzburgenſis* , Hermanni *Bambergenſis* , Burchardi *Baſileenſis* , epiſcoporum ceterorumque Chriſti fidelium noſtrorumque *praeſentia* firmauimus , quam firmationem ſuper praefati ZOLL remiſſione factam , ut nullus *ſucceſſorum* noſtrorum uidelicet regum ſeu imperatorum infirmare uelit , rogamus & pro ſui facti cuiuslibet optanda ſtabilitate obligamus , qui , quod abſit , in quo nos infirmat ſe & quod fecerit infirmari credat. Hanc igitur firmationem , ut infra uidetur , noſtra *manu* in hac charta, quam *ſcribi* iusſimus, inſcriptam & noſtri *ſigilli* impreſſione inſignitam omnis generationis tam futurae , quam praeſentis notitiae reliquimus. SIGNVM Domini *Henrici quarti regis* illuſtriſſimi & inuictiſſimi & *Adelgero* cancellaris , uice *Sigfridi* archicancellaris recognoui. DATVM eſt 15. Cal. Febr. *anno* Dominicae incarnationis 1073. *Indictione* **12.** anno autem *ordinationis* domini Henrici quarti regis **19.** regni uero 17. Actum VVORMATIÆ *feliciter in Dei nomine* Amen.

DIPLOMA IV.

Confirmatio Moguntini *antiſtitis in fundatione coenobii* COMBERGENSIS , *primo lapide ab Hala Sueuorum* , *facta a comitibus iſtius pagi an.* 1090.

anno 1090. *Comberg olim pars comitatus ſeu pagi Kocherani.*

IN nomine ſanctae & indiuiduae trinitatis &c. Ego RVOTHARDVS *Moguntinenſis* Dei gratia Archiepiſcopus. Omnibus ſanctae eccleſiae fidelibus notum eſſe cupio , tam futuris quam praeſentibus , quod Dominus quidam *Burchardus* in honore ſanctae Dei Genetricis Mariae & ſancti Nicolai in *Monte* , qui *Rabenberg* nominatur

natur, *Monaſterium* quoddam conſtruxit, ad quod ipſum locum cum omnibus nunc in praeſentiarum illuc collatis *iuſtitiis & pertinentiis* praediorum, & mancipiorum ſeu quarumcunque rerum, ex toto ſuper altare ſancti *Nicolai* libera manu ſua & fratrum ſuorum COMITIS ſc. *Ruggeri* & HENRICI tradidit, Deo & ſancto Nicolao in proprietatem & praedicti Monaſterii *Abbati* in liberam diſpoſitionem Monaſterio & fratribus Domino ſub Regula Monaſtica inibi ſeruituris ad utilitatem &c. *anno* 1090. 1097.

DIPLOMA V.

Conſenſus HENRICI III. *imperatoris in donatione praedii* feudalis *in* proprietatem *in pago* Miſnenſi *an.* 1097.

IN nomine ſancte & indiuidue trinitatis. HENRICVS, *diuina fauente Clementia, tertius Romanorum imperator Auguſtus.* Sicut imperatoriae maieſtati contradicenti ſupplicium, ſic digne ſeruienti dignum debetur beneficium. Quod fidele ſeruicium quia in *VViberto* nobis ſitum proſpeximus, petitionem eius in petitionis effectum duximus, interpellante pro eo fideli noſtro *marchione Heinrico*, quem dileximus. Predium igitur quoddam, uidelicet duos manſos ſitos in uilla SCORLVP in *Burcwart*, *Zcolin*, & duos *manſos* in uirgultis adiacentibus, cum uniuerſis appenditiis, areis, edificiis, pratis, paſcuis, terris cultis & incultis, uiis & inuiis, aquis aquarumque decurſibus, molis, molendinis, piſcationibus, ſiluis, uenationibus, exitibus & reditibus & cum omni utilitate, quae in his eſt, cuidam militi nomine *Vitio* pro amore domini ſui fidelis noſtri predicti WIBERTI, in- *anno* 1097. *Henricus III. imperator conſentit uerſioni feudi in allodium. marchio Miſn. Henr. Scorlup. Vitio.*

anno 1112. *proprietatem* tradendo, firmauimus firmando tradidimus. Cuius donationis teſtem, cartam preſentem conſcribi iuſſimus, quam ut infra uideri poteſt, *propria manu noſtra* corroboratam & *ſigilli* noſtri impreſſione inſignitam preſentis & future generationis notitie reliquimus. Signum Domini Henrici Romanorum imperatoris auguſti. *Hinricus* cancellarius, uice ROTHARDI archicancellarii recognoui. Data XVIII. Kl. Iulii: Anno dominice incarnationis milleſimo nonageſimo. VII. Indictione IIII. Regnante *Heinrico* Romanorum imperatore aug. anno XLI. regni. anno autem imperii. XIII. Actum *Ratispone* in Chriſti nomine FELICITER. Amen.

DIPLOMA VI.

HENRICI V. *imperatoris priuilegium*, Wormatiae *conceſſum*, *in* teloniis & *re* iudiciaria, *cum formula de non* reuocando an. 1112.

anno 1112. *Diploma Henrici V.*

IN nomine ſanctae & indiuiduae trinitatis. HENERICVS *diuina fauente clementia quintus Romanorum imperator Auguſtus* imperialis poteſtatis eſt & pietatis omnium ſeruituti congruis reſpondere beneficiis, uidelicet ut qui in ſeruitii deuotione ſe exhibent promptiores, in ſeruitii etiam remuneratione ſe iudicari digniores gaudeant & ſublimiores. Notum igitur eſſe uolumus omnibus Chriſti noſtrisque fidelibus, tam praeſentibus quam futuris, qualiter nos, ob firmam & inuiolabilem fidem, quam *Wormacienſes* ciues *patri noſtro beatae memoriae* ſeruauerunt & nobis etiam ſeruare debent, conſilio etiam & rogatu principum noſtrorum ALBERTI *Moguntini* archiepiſcopi, BVRCKHARDI *Monaſterienſis*

Patrii priuilegii ſpontanea confirmamatio.

rienſis epiſcopi, FRIDERICI *ducis*, GODFRIDI *comitis de Caloen*, HERMANNI *Marchionis*, GERHARDI *de Waſenbere*, THEOLONIVM uidelicet, quod pater noſter eis remiſit, nos etiam ei remittimus, & IVDAEIS ibidem demorantibus & ſtabili priuilegio confirmamus in omnibus locis, imperiali poteſtati aſſignatis, ſiquidem *Franckenfurt*, *Boparten*, *Hamerſtein*, *Druttinum*, *Goslariae*, *Angariae* & *Norenberc*. Inſuper etiam *cenſum*, quem pro uigiliis ſoluere ſoliti erant, ſalua tamen *cuſtodia* ciuitatis, ut nobis perpetuam *fidelitatem* conſeruent, eis condonamus. Quam confirmationem ſupra dictam remiſſione factam, ut *nullus ſucceſſorum noſtrorum*, uidelicet *regum* ſeu *imperatorum* infirmare uelit, rogamus & pro ſui facti, cuilibet praeſtanda ſtabilitate obligamus, qui quod abſit, in quo nos infirmat, ſe & quod fecerit, infirmari credat. Hanc igitur confirmationem, ut infra uidetur, *noſtra manu* in hac *charta*, quam *ſcribi iuſſimus* inſcriptam & noſtri *ſigilli* impreſſione inſignitam omnis generationis tam futurae quam praeſentis notitia reliquimus, & ut omnes horum imitatione *regibus* & *dominis ſuis* diſcant ſeruare *fidelitatem*, nos eos omnibus cuiuslibet urbis *ciuibus digniores* iudicauimus & eis maximam *totius iuſtitiae* dignitatem, quam apud praedeceſſores meos & me habuerunt, in aeternum firmam concedimus. *Signum domini* HENERICI *quinti Romanorum imperatoris inuictiſſimi*, ARNOLDVS *uice* ALBERTI *Moguntinenſis* archiepiſcopi *&* archicancellarii *recognouit*. Data 17. *Nouembris Indictione quinta* anno Dominicae incarnationis *MCXII*. regnante *Henerico quinto*, regni Romanorum anni *ſexto ordinationis* ſig. 12. *Imperii* ſecundo

anno 1112. *Rogatu principum.* *quoad Iudaeos.* *In ciuitatibus Caeſaris domanio adſignatis, i.e. imperialibus.* *de non reuocando.* *Modus curialis in diplomatibus.* *Wormatia fidei exemplum.* *Res iudiciaria.* *Actum & ſubſcriptum.*

anno 11-3. cundo Actum eſt *Franckeneuort* Chriſto feliciter Amen.

DIPLOMA VII.

HENRICI V. *priuilegium, quo Wormatiae confirmat rem* iudiciariam, *quod in tractu Alemanniae eſſet ſita, quae Caeſaris domanio & ditioni ſubiecta* 11..

anno 11.. HENRICVS *Dei gratia Romanorum rex & ſemper auguſtus* fidelibus ſuis conſulibus & uniuerſis ciuibus WORMATIENSIBVS gratiam ſuam & omne bonum. Pia animaduerſione conſiderantes praeclara *obſequia*, quae pluries exhibuit nobis *uniuerſitas ueſtra* & impoſterum, *Wormatiae priuilegia uetuſta.* dante domino, poterit exhibere, *iura* & *libertates ueſtras*, a *diuis* progenitoribus noſtris uobis indultas, illeſas uoluimus conſeruare, fouere uos uolentes & manutenere, prout *regiae* congruit honeſtati. Sane quia sereniſſimus dominus imperator, *pater noſter* NOSTRAE DITIONI deputauit terram *allamanie* plenius & commiſit, intendimus in *ea diſponere & ordinare*, quod nobis & *fidelibus* noſtris uidetur expediens & conſultum, ſtatuentes & authoritate regia nobis indulgentes, ut iuxta formam priuilegiorum, uobis a *diuis imperatoribus* & regibus indultorum, ſalua tamen *libertate eccleſie Vormatienſis*, iura & libertates ueſtras & *conſilium* habeatis & ſecundum ueſtram *conſuetudinem* approbatam, uelut hactenus ciuitatis ueſtrae honori & commodo fideliter intendatur. *Datum* apud AVGVSTAM 16, *cal, april,* indictione quinta,

Domanium Caeſaris de terra Alemanniae.

Ius conſuetudinarium Wormatiae.

DIPLO-

DIPLOMA VIII. *anno* 1114.

HENRICI V. *imperatoris lex de ſucceſſionibus* coniugum *Wormatiae nomine* des Hauptrechts *&* *teloniorum de panno anno* 1114.

IN *nomine ſanctae & indiuiduae trinitatis.* *anno* 1114. HENRICVS *diuina fauente clementia Romanorum imperator auguſtus*, quoniam ex imperiali authoritate & dignitate anteceſſores mei reges uel imperatores *urbes* & *populos*, quos *plus diligebant*, prae ceteris ſpecialem honorem donabant, uolumus, & nos, ſimili authoritate, omnibus regni noſtri principibus notum eſſe, quod priuilegium *honoris* dederimus *Wormatienſis urbis* CIVIBVS, uidelicet *lamentabilem* eiusmodi populi clamorem & infinitas, quas patiebantur calumnias ſuper *connubiis*, ex earum petitione & conſenſu principum noſtrorum, ita terminauimus: *ut deinceps ob hanc cauſam non habeant occaſionem conquerendi.* Nempe uolumus, ſtatuimus, iubemus; ut, *quacunque & undecunque ſit uir, qui uxorem ſeu de conſortio ſuo ſiue de alia familia ibidem acceperit aut uxoratus aliunde illuc uenerit, hanc* VNAM *&* EANDEM IVSTITIAM *omnes indiſtincte, ex hoc in perpetuum, habeant*, ut nullus *aduocatus coniugia eorum iuramenti exactione* DISSOLVAT *& nulla uel maior uel minor poteſtas in obitu uel uiri uel mulieris aliquid de rebus relictis tanquam iure debitum exigat* & ſicut in conſequentibus ordinauimus & haec res fixa ſedeat. Scilicet, *ſi uir prior uxore ſua obierit, uxor & eius progenies, quam de uiro illo habuerit, quicquam poſſeſſionis reliquerit,* VIR *ipſam absque contradictione obtineat.* Et eadem

anno 1114. dem lex de *muliere*, ſi prior obierit, ad maritum. Si uero *ſine progenie* ambo defuncti fuerint, proximi *haeredes* relictam ſubſtantiam habeant & nulla, ut praedictum eſt, ab aliquo aut ab alia qualibet perſona pro iisdem *urbanis* noſtris. Remitto hoc ſcilicet, *ut nullus a magiſtratibus urbis cenſus ſuper telonium nauium ſtatuatur*, ſed, ne ſeruitium inde nobis conſtitutum uileſcat, tum unusquisque hoc officium timore damni recipere non audeat, tradimus in ſupplementum ad hoc officium de *nigris* & *crosſis lancis* pannis telonium conſtitutum, cuius telonii menſura de ſingulis *pannis* in dimidio *denario* conſtat. Et ut haec authoritatis noſtrae traditio ſtabilis & inconuulſa omni euo permaneat, *ſigno* noſtro corroberauimus & ſubtus impresſione *ſigilli* noſtri inſigniri iusſimus adſcriptis *teſtibus*, qui *uiderunt* & audiuerunt BRVNO *Treuirenſis* archiepiſcopus, HERTONVS *Herpipolenſis* epiſcopus, HERLOFF *Fuldenſis appas*, GODOFREDVS *palatinus* comes, WILHELMVS comes & alii quam plures *clerici* & *laici ſignum* domini HENRICI *quinti* Romanorum imperatoris inuictisſimi, *Arnoldus* uice *Brunonis archi-cancellarii* recognoui. *Datum* 2. cal. *Decembris* anno Dominicae incarnationis 1114. indictione 7. regni domino *Henrico* quinto. Ao. 8. *ordinationis* eius, *regni* quidem 14. *imperii* autem 4. in *nomine domini actum* WORMATIAE *feliciter Amen*.

DIPLOMA IX.

CVNRADI III. *imperatoris codicillus*, *quo in ſuam* protectionem *ſuſcipit* COMBERGENSE *coenobium*, *aduerſus comites*, iudices concurrentes *cum ordinariis*, *praeſertim*

ſertim in Kocherano *comitatu, cuius comites & iuriſdictionis domini audiunt* Waldpoten, *inſtar* Limburgenſis *anno* 1137. *anno* 1137.

IN *nomine ſanctae & indiuiduae trinitatis.* CONRADVS *diuina fauente clementia romanorum rex ſecundus.* Quotiens religioſis & iuſtis petitionibus fidelium noſtrorum, maxime autem ſanctarum *eccleſiarum*, aures regalis noſtrae propitiationis inclinamus, nos ipſos & *pro nobis orantes* a rege regum clementer exaudiri non dubitamus. Omnibus igitur tam futuris, quam praeſentibus Chriſti fidelibus notum eſſe uolumus, *nos pro remedio animae noſtrae & parentum noſtrorum*, & per interuentum dilectae *contectalis* noſtrae GERTRVDIS omnia bona ad eccleſiam *Kamberg* nuncupatam in honore ſancti *Nicolai* conſtructam, iure pertinentia, ſub noſtram *tutelam* ſuſcepiſſe, & *regia* noſtra *authoritate* decreuiſſe, ut ſaluo per omnia iure & iuſtitia *Wirzeburg* epiſcopi amodo libere ac pacifice ſub *immunitatis* libertate maneant. Nihilominus etiam conſentiente per omnia ac aſtipulante nobis in hac cauſa, dilecto noſtro *Embricone* Wirzburg. epiſcopo *banno regali* interdicimus, ne *comes* aliquis uel quisquam ſub eo qui uulgo *Walpodo* uocatur, ullam placitandi, angariandi, uel aliquas exactiones faciendi per totam illam abbatiam poteſtatem habeat, niſi tantum *aduocatus* beneplacito abbatis & fratrum eiusdem eccleſiae inſtitutus, hoc autem nominatim per totum *comitatum* KOCHENGAV, quem ante noſtram in regno ſublimationem nos ipſi habuimus, fieri praecipimus; humili autem flexi pe-

Ao. 1137. *Litterae protectionis Caeſareae aduerſus iudices imperiales, non uero dominos territorii.*

Gertrud contectalis i. e. uxor.

Bannum regale.

Waltpod.

Kochengau comitatus.

anno 1137. titione *Hartwici*, qui tum temporis eandem rexit
1152. eccleſiam, inſtinctu quoque *Walcheri de* Loiben-
Alii Walther de Limburg. hvsen & fratrum eius, nos iſtud feciſſe ſciatis. Vt autem huius praecepti noſtri pagina firma & inconuulſa omni permaneat aeuo, hanc chartam inde conſcriptam, & *manu* noſtra corroboratam *ſigilli* noſtri impresſione ſigniri iusſimus. Siquis autem, quod abſit, hoc praeceptum noſtrum uiolare praeſumpſerit, puri auri *centum marcas* componat, dimidiam partem *camerae* noſtrae & aliam partem praefatae *eccleſiae* perſoluat.

DIPLOMA X.

Friderici I. *imperatoris codicillus priuilegiorum abbatiae* Corbeiensis. *Cuius argumenta a) quod abbatiae bona nequeant alienari b)* aduocatiam *habeat coenobii* Heruordenſis *c) immunis ſit a* decimis *d) ius habeat* acquirendi *terras, ſine Caeſaris conſenſu e)* exemta *ſit a iurisdictione* iudicum *Caeſareorum cetera anno* 1152.

anno 1152. *Priuilegium Corbeiae.* In *nomine ſanctae & indiuiduae trinitatis.* Fritherícvs *diuina fauente gratia Romanorum rex.* Ad regiae dignitatis munificentiam pertinet, bene de republica merentibus *uirtutum praemia* tribuere, ut & ipſi pro ſuae fidei conſtantia laboris ſui emolumenta percipiant, & coeteri ad exequenda imperii munia bonae ſpei pleni & alacres fiant. *Nouerit* igitur omnium fidelium noſtrorum tam futurorum quam praeſentium induſtria. Quod noſter *fidelis* & *chariſſimus* monaſterii, quod *noua* Corbeia dicitur uenerabilis abbas *Wiboldus* noſtram Clementi-

am

am interpellauit, ut *priuilegia Corbeienſis* eccleſiae, cui nunc idem uenerabilis abbas praeeſſe cognoſcitur, innouare & confirmare dignaremur. Cuius religioſae petitioni ob inſignem ipſius fidem circa dominum & patruum noſtrum beatae ſcilicet recordationis *anteceſſorem* noſtrum regem Cvnradvm nec non & circa *promotionem* noſtram in regnum, cuius gubernacula, deo auctore, poſt mortem eius ſuſcepimus, aurem pietatis inclinantes per praeſentis paginae ſeriem ſub regiae maieſtatis tuitionem locum ipſum uidelicet *nouam* Corbeiam cum omnibus ſibi tam intus, quam foris pertinentibus aſſumimus, eumque *perpetua libertate* donantes, quemadmodum piae memoriae praedeceſſorem noſtrum eiusque progenitores *reges* & *imperatores* ante eum feciſſe cognouimus, noſtra & *omnium principum auctoritate*, lege in perpetuum ualitura, firmamus, ne praefatum monaſterium *noua* Corbeia in poteſtatem uel *ditionem* ſiue *ſubiectionem* alicuius perſonae ſeu *eccleſiaſticae* ſeu *ſecularis* dignitatis per aliquam *donationem* ſeu *commutationem* cedat, ſed ſemper ſub ordinatione & defenſione *regum* uel *imperatorum* conſiſtat & libertate, quam hactenus obtinuit, in perpetuum potiatur. Et quomodo ab *imperatore* Lvthewico duo monaſteria constructa ſunt. Et a noſtris praedeceſſoribus honore & diuitiis aucta, unum uidelicet monachorum, quod *noua Corbeia* dicitur ad normam ſcilicet *ueteris Corbeiae*, Herevordense uero ſanctimonialium ad ſimilitudinem *ſueſſionenſis* monaſterii, decretum eſt ab eis, ut *Corbeienſis abbas*, quicunque pro tempore fuit, *procurationem* agat *Heruordenſis* eccleſiae, ita uidelicet, ut, iuxta conſuetudinem, qua

anno 1152.

1) *in libertate.*

2) *inalienabile.*

3) *aduocatia Herfordiae.*

anno 1152. quā ancillarum Dei congregationibus procurari ſolent, praepoſiti ex ordine eccleſiaſtico tam in diſciplina, quam in cunctis negotiis, quae famulae Chriſti pro ſexu & profesſione ſua exequi non poſſent, ipſarum *prouiſor & patronus exiſteret.* Nos quoque praedeceſſorum noſtrorum ueſtigia perſequentes confirmamus & decreto in aeternum ualituro ſtatuimus, ut omnes per ſucceſsionem *Corbeienſis coenobii abbates* praeſcripta procuratione & patrocinio abſque ullius contradictione utantur & ſeruata dignitate *abbatiſſe* in quibus oportunum fuerit HEREVORDENSI congregationi asſiſtat, *confirmamus* etiam eidem, qui nunc diuina uocatione & communi atque concordi fratrum electione Corbeienſium monaſterio praeeſt abbati ſcilicet WIBOLDO, nec non cunctis ſucceſſoribus ipſius, auctoritate in aeternum ualitura, monaſterium quoddam, quod

4) *acquiſitione Keminadae.* uocatur KEMINADA, quod piisſimus praedeceſſor & *patruus* noſter beatae memoriae CVNRADVS *rex* pro fidelitate & petitione praenominati fidelis & charisſimi noſtri Wiboldi abbatis tradidit ſuper reliquias corporis *ſancti Viti* martyris per aureum donationis ſuae *anulum* in poteſtatem & ius atque dominationem Corbeienſis monaſterii, ita usque ut Corbeienſe monaſterium praenominatum monaſterium ſcilicet KEMINADA, quemadmodum & a reuerendo paſtre noſtro *Eugenio* per auctoritatis ſuae priuilegium eidem Corbeienſi eccleſiae confirmatum eſſe dinoſcitur cum omnibus praediis ſuis *ſiluis & aquis tam foris* quam *intus* ad ipſum locum pertinentibus habeat, poſſideat, utatur & ſeruet ſicut tenet ſub ſuo *regimine* iure uidelicet *proprietario* tres Abbatiolas, quas fundator eiusdem

nouae

nouae Corbeiae Lvthewicvs pius, magni *Caroli* *anno 115[illegible]*
filius, ad eandem Corbeiam contulit ſcilicet *Ere-* *Erebruch,*
burch nobile quondam Saxonum caſtrum cum *Meppia,*
decimis circumquaque per duas ſexonicas raſtas *Visbeck.*
adiacentibus nec non *Meppiam* atque *Visbeke*
cum decimis & poſſeſſionibus undique ad eas
pertinentibus. Ad *Hereuordenſe* uero monaſte-
rium in epiſcopatu *Osnaburgenſi* eccleſiam *Bumi-*
di cum ſubiectis ſibi eccleſiis in parochia *Minner-*
niuordi eccleſiam Reni cum his quae ad eam per-
tinet eccleſiis, praeterea quod ab exordio eo-
rundem monaſteriorum *Corbeienſis* & *Hereuor-*
denſis a noſtris anteceſſoribus conſtitutum eſt,
nos quoque firmiter ſeruari uolumus, uidelicet
ut ubicunque uel ipſa monaſteria uel cellae eo-
rum *caſas* uel *curtes* habuerint ex rebus, quas ibi- *Caſae &*
dem laboribus ſuis adquirunt, *decimas* dent ad *curtes ce-*
portam monaſterii nec alibi eas dare cogantur, *dunt fundo.*
quatenus inde in noſtram ac *totius generis* noſtri
perhennem mercedem ſuperuenientibus peregri-
nis & hoſpitibus ſeruiatur ſicut in *regia* capitulari
& in decreto *ſinodali* permiſſum eſt *xenodochia* &
reliqua fidelium pauperumque conſtrui hoſpita-
lia, ut mos fuit ſemper in ſacris concedi coenobi-
is. Statuimus quoque ne *epiſcopi* aut eorum *ar-* 5) *Exemtio*
chipresbiteri in ipſorum eccleſiis a ſuis presbite- *a iurisdi-*
ris *miſſarum* celebrationes fieri interdicant, ſed, *ctione epi-*
ſi quid ſui iuris ſibi inde negari putant, ad *noſtram* *ſcoporum.*
praeſentiam & ſinodalis examinis iudicium defe-
rant. Sed & hoc decernimus, ut *decimas &* [illegible]-
males eccleſias imo uniuerſas poſſeſſiones [illegible]s
in quibuslibet epiſcopis precipue in *Bremenſi*, *Os-* 6) *Caeſaris*
naburgenſi & Patherburnenſi, ubi plurimas habent *iudicium de*
& res & *decimas*, ita integerrime teneant, atque *eo in rebus*
poſſideant, ſicut ab anteceſſoribus noſtris regibus *fidei.*

uide-

anno 1152. uidelicet & imperatoribus hactenus tenuerunt atque poſſiderunt. Concredimus etiam iuxta decretum praedeceſſorum noſtrorum liberam utriq; loco poteſtatem *eligendae* de propria congregatione in regimen ſui congruae *perſonae*. Et ſtatuimus, ut nullus iudex publicus licentiam in homines ad monaſterium Corbeienſe uel ad praenominatas cellas ipſius pertinentes ullam *iudiciariam habeant exercere poteſtatem*, ſed omnis eorum res coram *aduocato* ipſorum diffiniatur &, ut

7) *Iudicium ciuile* der Burgbann. iuſtitia, quae appellatur **Burchbann**, nemo ſibi uſurpare ibidem praeſumat, niſi, cui poteſtas ab

8) *Facultas acquirendi.* eiusdem *coenobii abbate* conceſſa fuerit. Et *ut liberi homines licentiam habeant: tam ſeipſos quam praedia ſua eidem monaſterio conferre, nec quis iudex aut regia poteſtas ſolitum debitum aut publicum* VECTIGAL *ab eis deinceps extorqueat.* Sane quod piiſſimum praedeceſſorem noſtrum inclitum & glorioſum felicis memoriae dominum ac patruum noſtrum regem *Cunradum ex iudicio*

Omnia conſenſu principum imperii facta. *principum ac miniſterialium regni* in plena curia ſtatuiſſe cognoſcimus, nos quoque, eius ueſtigia ſequentes, decreto in *aeternum* ualituro firmamus atque ſtatuimus, ut nullus laicorum habitationem infra muros praedicti *Corbeienſis* monaſterii ſibi aliquando uſurpare audeat haereditario iure. Sed *Cymiterium* quemadmodum congruum eſt religioſorum habitationibus liberum & expeditum omni tempore pateat. Hoc quoque ſimili firmitate praecepto noſtro roboramus, ut *dapiferi*

Officialium dapiferi & pincernae cohibiti abuſus. atque *pincernae* Corbeienſis Abbatis nullam omnino poteſtatem de committendis *clauibus* rerum Domini ſui habeant, ſed in dandis *clauibus* & ordinandis rebus domus ſuae liberam poteſtatem quemadmodum a praedeceſſore noſtro per

iudicii

iudicii ſententiam determinatum eſſe nouimus *anno* 1154.
abbas in perpetuum obtineat. *Vt autem haec omnia rata & inconuul'a* in perpetuum habeantur, cartam hanc *conſcribi & ſigilli* noſtri inpreſſione ſignari praecepimus. *Teſtes* uero hi affuerunt, SVENO rex *Danorum*, qui ibidem *regnum* ſuſcepit *Teſtes Daniae rex, regnum refutans & ſuſcipiens.* de *manu Domini* regis, KNVTT alter *Danus* qui ibidem regnum in *manu domini regis refutauit*; HARTWIGVS *Bremenſis* archiepiſcopus, OTELRICVS *Halberſtadenſis* epiſcopus, BVRCHARDVS Argentinenſis epiſcopus WIKMANNVS *Cicenſis* epiſcopus, Daniel *Pragenſis* epiſcopus, Bernhardus *Paderburnenſis* epiſcopus, Henricus *Mindenſis* epiſcopus, Hermannus *Ferdenſis*, Anshelmus *Haueleburgenſis*, Emehardus *Michelemburgenſis*, Wikkerus *Brandenburgenſis*, Marquardus *Fuldenſis* abbas, Henricus *Heresfeldenſis* abbas, Arnoldus *Nienburgenſis*; abbas, HENRICVS dux *Saxoniae*, dominus WELPHO auunculus eius, CVNRADVS marchio de *Miſna* & filii eius, ADELBERTVS marchio & filii eius. *Signum* Domini *Friderici* Romanorum regis inuictiſſimi. Ego *Arnoldus cancellarius* uice Henrici *Moguntini* archicancellarii recognoui. *Data* in curia *Mersburg* Anno incarnationis Domini MCLII. *Indictione* XV. *Anno* Domini Fritherici Romanorum regis I. *Actum* in Chriſto feliciter Amen. Decimo quinto *Calendas* Iunii.

DIPLOMA XI.

WICHMANNVS MAGDEBVRGENSIS *epiſcopus remittit* Cellae D. Paulinae *telonium* ſalinarium *in urbe* Hala, *cuius ipſe tum Dominus an.* 1154.

I*N nomine Dei Patris & Filii & in uirtute Spiritus* *anno* 1154.

anno 1154. Cellae D. Paulinae.

tus ſancti, VVIGMANNVS *Dei miſericordia ſanctae* MAGDEBVRGENSIS *eccleſie archiepiſcopus* omnibus, qui domino ſeruiunt & ſeruituri ſunt in perpetuum. Gratia uos & pax adimpleat. Nouerit omnium Chriſti fidelium uniuerſitas, quod ego pro ſummi regis Clementia & propter predeceſſorum & ſucceſſorum meorum ſalutem eternam, ex petitione dilecti abbatis Vdalrici & fratrum ſuorum in *cella domine* Pauline *theloneum ſalis* coenobio eidem, quod in *uilla noſtra* HALLO ab omnibus aduentantibus perſoluitur, in perpetuum remitto & fratribus eiusdem loci ab omni exactione theloneareorum noſtrorum libero, & ne forte impoſterum, quod ſtatuimus, irritum fiat, APOSTOLICA autoritate & BANNO noſtro prohibeo, ſigilli etiam noſtri impreſſione, quod pagine ådnotatum eſt, confirmo. Huius rei TESTES ſunt: Henricus, *Halberſtadenſis* praepoſitus, Ludouicus canonicus, filius Ludouici de *VViphera*. Bruno, Heidenricus, Hermannus, Adelbertus, Manegoldus, *canonici*, Dietericus de *Berka*, Lutpertus *Salis Comes*, Henricus de *Gebenſtete*, Raboldus, Heidenricus, Adelbertus, Heinricus *miniſteriales Magdeburgenſis* eccleſie. DATA in *Gibichenſtein* kal. Oct. feliciter Amen. ACTA ſunt haec anno dominice incarnationis milleſimo centeſimo LIIII. Indictione III. pontificatus Domini *VVigmanni* anno primo feliciter Amen.

Remittit epiſcopus telonium ſalinarium Halae.

Teſtes.

1154. *chronologia archiepiſcopatus.*

DIPLOMA XII.

FRIDERICI *imperatoris codicillus, quo rem iudiciariam & leges ordinat* criminales *in VVormatia an.* 1156.

anno 1156.

IN *nomine ſanctae & indiuiduae Trinitatis.* FRI-

Fridericvs *diuina fauente clementia Romanorum imperator Auguſtus*, cum imperialis clementia omnibus ſibi deuotis auxilium *defenſionis* exhibere debeat, deuotionis *ciuium Vormatiae* haud immemores *pacem noſtram imperialem* eis tradidimus & tali eam conditione obſeruari praecepimus, quod ſiquis infra terminum huius pacis aliquem *blasuemauit*, *blasuemato* ſatisfaciens *iuramento* ſe expurget. Quod ſi iurare contempſerit, ei, quem in urbe male tractauit, uiginti *ſolidos* & *iudicibus* ciuitatis decem *ſolidos* componat, ibidem *fideiuſſorem* exhibens, quod infra 14. dies compoſitos *denarios* perſoluat, & ſi pro ſua paupertate perſoluere non poterit, *uerberatus & tonſus e ciuitate eiiciatur*, nunquam reuerſurus. Siquis autem aliquem *depilauit* uel *uerberibus* efflixerit, aut uulneribus plagauit, reus pacis habeatur & *manu* praeſciſſa truncetur. Si quis autem aliquem *occiderit* & de homicidio conuictus fuerit, iugulus eius praeſcindatur. Siquis uero alicui bona ſua contra iuſtitiam *abſtulerit*, aut aliquem infra *atrium* ſuae *manſionis* fidenter inuaſerit *reus pacis* habeatur. Siquis autem pro ſuo arbitrio contra aliquem iniuſtas *inimicitias* & ab eo ſatisfactionem ſuſcipere noluerit, ſub *proſcriptionem* imperatoris habeatur, & ſi ſuper hoc infra ciuitatem manere praeſumpſerit, deprehendatur, Domino & imperatori punienti reſeruetur. Termini uero huius *pacis* protendantur, ad *uinearum* fines, & usque ad hortos mecellimi & ad fines *communis paſcuae burgenſium* & ad ripam primmae, ubi influit in Rhenum. Siquis autem burgenſium *extra ciuitatem* alium burgenſium perſequens in aliquo totius imperii loco contra ſtatuta huius

anno 1156.

blasuemare, *iniuria adficere.*

Poena iniuriarum 1) *uerbera* 2) *tonſura* 3) *exilium*

Iniuriarum realium 4) *truncatio manus.* *homicidii.* *furti.*

Fines extra urbem.

anno 1156. *Comburgenſis* Mitbürger. pacis inquietando inuaſerit, habeatur pacis uiolator, ac ſi intra ciuitatem idem feciſſet, *item* ſi quis burgenſis ſuum *comburgenſem* ſupra aliqua cauſa uoluerit impetere, coram *iudicibus* hoc faciat & eo iure coactus ſit, quod ei iudices per ſententiam ſecundum iura ciuitatis dictauerint

nefas adpellare. & non *appellet* ad *maiorem audientiam* ad confirmationem. Itaque praedictae pacis ex mandato imperiali 12. *miniſteriales* eccleſiae *Vormatienſis*, & 28. *Burgenſes* ſtatuentur, qui de inuaſione laedentium & caeſorum a teſtibus teſtimonium audiant ac ſecundum ueritatem teſtium diſcernant; Et ſi praedicti 40. iudices in aliquo diſcor-

Suffragia maiora. dauerint, ſtandum erit iudicio *partis maioris*. Siquis autem iudicium ratione conſanguinitatis uel precii ſiue cuiuslibet occaſionis intuitu aliquem male iudicauerit & contra iuramentum quid fecit uel innocentem condemnare attentauerit & de hoc conuictus fuerit per *tres iudices* ſuos, uidelicet conſortes de conſeruio eorum ignominioſe eiiciatur. Inſuper ſi haberi poterit ad cumulum ſuae damnationis & poenae, *ſeptem libras* Vormatienſis *monetae* perſoluat: tres ſcilicet *epiſco-*

Tertia pars. *po*; *duas* iudicibus & reliquas *duas* aduocato & *ſculteto*, & officiatis eorum, quae uulgo Amptmann / uocantur. Preterea nunquam liceat

Libertas a duello. *Burgenſem* aut extraneum ad *duellum* prouocare. Siquis *extraneus* Burgenſem in rebus aut in perſona moleſtauerit, & moleſtatus ipſum intra ciuitatem deprehenderit, coram iudice eundem in cauſa trahat & iniurias ſuas rationabiliter proponat, & ſi teſtimonio *trium iudicum* fuerit conuictus, ſatisfaciat. Inſuper firmiter obſeruari uolumus, ut ſiquis prouincialium noſtrorum aliquem in iudicio imperii loco inuaſerit, aut uulne-

rauerit aut occiderit, rumorq; ad nos peruenerit, burgenſes noſtri illum inſequantur&ſi *deprehenſus* fuerit, flagrante maleficio in ciuitatem Vormatienſem deducatur & taliter de eo iudicium ſumatur ac ſi haec intra ciuitatem commiſiſſet. Quod ſi *auffugerit*, & a *Burgenſibus* capi nequiuerit & in aliqua ciuitate, uel caſtello receptus fuerit, Burgenſes illuc uenient & ipſum ab eis qui illum detinent repoſcant, & ſi eis praeſentatus fuerit, pacifice recedant, ſin autem & facultatem habuerint,poteſtatiue ipſum aufferant & ſi locus adeo *munitus* fuerit, ut intrare ſubito non poſſint, obſidione eum cingant & nuncios ad *Wernerum* de *Boland* & fratrem eius Philippum mittant,ut eis ſuccurrant,&ſi locus per eorum auxilium expugnari poterit, gratum habeant,ſin autem minus,idem nuncius *Werneri & Philippi* ſuos cum noſtris ad *clementiam imperialem* dirigent, auxilium eius imploraturos. Super integritate itaque huius pacis conſeruanda primos & praecipuos adiutores & conſiliarios habere debetis, uidelicet Wernerum de *Boland* uice dominum, *Richtrones ſcultetum* praefectum & iudices de ciuitate, qui nos pariter praecedant & ſi quid contra pacem hanc factum fuerit, ſicut imperium decet & iuſtitiarii honorem ac commodum ciuitatis, nobiscum emendent, & ulciſcantur. Volentes igitur, ut pax *Wormatienſium* iuxta praeſcriptionis formam rata & inuiolabilis perſeueret, imperialis autoritatis noſtrae *chartam* inde conſcribi fecimus & *ſigillo* noſtro communiri. *Signum* domini FRIDERICI Romanorum imperatoris inuictiſſimi, quod ego *Godofredus* imperialis aulae *cancellarius*, uice Conradi *Moguntinae* ſedis archiepiſcopi & Germaniae *archicancellarii* recogno-

anno 1156.

Vi eximendi facultas.

Ius primae inſtantiae.

anno 1156. 1166. gnoui. *Acta* ſunt haec anno dominicae incarnationis 1156. *indictione* quarta, *regnante* domino *Friderico* Romanorum imperatore glorioſiſſimo at *regni* eius quinto *imperii* eius tertio. *Datum* apud Vormatiam 3. Calend. Nouembris feliciter

Teſtes. Amen. Teſtes Conradus *Moguntinenſis* ſedis archiepiſcopus, Conradus *Vormatinenſis* epiſcopus, Godfredus *Spirenſis* epiſcopus, Henericus abbas *Lauriſſanus*, Godfridus *cancellarius*, Conradus protonotarius, Sigfridus maior *Vormatienſis*, praepoſitus Henericus decanus, Emich praepoſitus ſancti Pauli, Conradus praepoſitus St. Andreae, Sigfridus praepoſitus St. Martini, Conradus *palatinus* comes Rheni, Emich comes de *Liningen*, Godofredus comes de *Sponheim*, Vlricus de *Höring*, Bertold de *Schaumberg*, Walterus de *Huſſen*, Marquard de *Grunbach*, Wernerus de *Polanden*, Burchardus *uice dominus*, Richero & alii quam plures tam liberi quam miniſteriales adpurgenſes.

DIPLOMA XIII.

IOANNES MERSEBVRGENSIS *epiſcopus firmat donationem, factam coenobio* PEGAVIENSI *in tractu* comitis Merſeburgenſis, *eius uaſalli an.* 1166.

anno 1166. *Priuilegium* Ioannis *epiſcopi* Merſeburgenſis *de donatione in* Karlesdorf *&* in Dobergaſt.

In *nomine ſancte & indiuidue trinitatis.* IOANNES *diuina diſponente clementia* MERSEBVRGENSIS *epiſcopus uniuerſis Criſti fidelibus.* Miſericordia uobis & pax & caritas adimpleatur. Ad hoc a prouiſore omnium bonorum, Deo, *eccleſiaſtice religionis* nobis diſpenſatio credita eſt, ut religioſas diligamus perſonas. Et bene placentes Deo, religiones ſtudeamus modis omnibus propagare. Neque enim Deo gratus aliquando

Ad diploma 13. p. 196–197.



Tom. 2.

Digitized by Google

do *famulatus* impenditur, niſi ex radice caritatis procedens, a puritate religionis fuerit conſeruatus. Ea propter ad noticiam tam preſentium, quam futurorum preſentis ſcripti pagina permanare congruum duximus, qualiter *Heinricus cenobii bigauigenſis* abbas ſeptem *manſos* cum ſex curiis in uilla *Stulpen* nuncupata, noſtrae contradidit eccleſiae, quatinus cenobio ſuo *decimam* quandam, quam *Dedo comes*, *hominii iure* a nobis ſuſceptam, poſſederat, eodem annuente comite atque id ipſum attentius poſtulante, quadam *concambii* ratione traderemus. Quia igitur iuſtis poſtulationibus equum eſt, facilem prebere conſenſum, manſos cum curiis annotatis *comiti* iam dicto in *beneficio* conceſſimns. Decimam uero, que in *Karlesdorf* & in *Dobergaſt*, & in ipſo *dominicali Bigauie* ubi duodecim *Scobrones* dantur, perſoluenda eſt, in uſus fratrum perpetuos memorati abbatis delegauimus. Verum ut hec noſtra traditio in omnia tempora futura ſtabilis & inconuulſa permaneat, eandem priuilegii noſtri *atteſtatione*, *ſigillique* impreſſione firmauimus. Si qua ergo impoſterum *eccleſiaſtica, ſecularisue* perſona contra hanc ſciens uenire preſumpſerit, ſemel ac ſecundo tertioque commonita, ſi reatum ſuum congrua ſatisfactione non correxerit, perpetuo *anathemate* feriatur. Huius rei teſtes ſunt *Ludeuuicus Merſeburgenſis abbas*, Vuerenherus *decanus* maioris domus, Vuicebertus, *ſcolaſticus*, Waltherus *cuſtos*, Theodericus *aduocatus*, Dedo *comes*, Theodericus, Sigebodo & Fridericus frater *miniſteriales* regni. DATA anno dominice incarnationis MCLXVI. Indictione XIIII. regnante *Friderico* Romanorum imperarore auguſto.

anno 1166.

Abbas Pegau.

ſuper 7. *manſis* & 6. *curiis in* Stulpen.

Dedo Comes Merſeb. hominium debet epiſcopo.

Dominicale.

Teſtes.

N 3 DIPLO-

anno 1174.

DIPLOMA XIV.

EVERHARDI Merſeburgenſis *epiſcopi confirmatio decimarum, quas deceſſor adſignauerat abbatiae* Pegauienſi, *idque cum conſenſu* ſynodi *Merſeburgenſis an.* 1174.

anno 1174. *Decimanum immunitas*

IN *nomine ſanctae & indiuiduae trinitatis.* EVERHARDVS MERSEBVRGENSIS *epiſcopus.* Quoniam auctore Deo pro pacis integritate filiis eccleſiae nobis commiſſis pro eſſe ac noſſe debemus & uolumus conſulere, ſpecialiter uero religionis intemeratae ſequacibus: hanc noſtrae ſollicitudinis inſtantiam ad praeſentium & futurorum fidelium notitiam atque imitationem placuit propalare. Igitur non immemores *beneficiorum* noſtri *praedeceſſoris* bonae memoriae *Albuwini* epiſcopi, quibus *Bigaugienſis* coenobii fratres libertate quarundam decimarum pro benedictionis irriguo donauit: nos etiam tum ob remedium *animae* noſtrae, tum propter uoluntarium & frequens domini Radbodonis abbatis fratrumque eius ſeruitium, uillam ipſorum *Hilpertize* cum uineis duabus adiacentibus, ab omni deinceps *decimationum* exactione relaxauimus. Qua relaxatione quia fratrum eorundem querimoniae conſulimus, qui quorundam hactenus importunitate diu nimiumque grauati noſcuntur: ne de cetero uel ab eis uel ab aliis grauentur praecauentes, pro eisdem decimis, *Heinricum* qui & *Knuth* I. manſo *inbeneficiauimus* eo concedente, beneficiumque decimae reſignante. Ipſam ergo decimam libere nobis reſignatam ſuſcepimus & eandem cum *noſtrae ſynodi* fauore laudabili Bigaugienſi eccleſiae contulimus, epiſcopali ſancientes auctoritate, ut quicquid a nobis uel a praedeceſſori-

a praedeceſſore tributa confirmatur

in remedium animae.

inbeneficiare manſo.

Synodus Merſeburgenſis.

Ad diploma 15. p. 199. - 202.



Tom. 2.

Digitized by Google

ſoribus noſtris ei collatum eſt, *ratum & inuiolabile* permaneat. Ne quis autem huius inſtitutionis temerarius uiolator exiſtat, traditionem noſtram *epiſcopali banno* cum *ſigilli* noſtri impreſſione muniuimus, idoneis *teſtibus* adhibitis, quorum haec ſunt nomina. In primis ego *Euerhardus* dei gratia *Merſeburgenſis* epiſcopus, Hogerus *praepoſitus*, Criſtanus *decanus*, Walterus *cuſtos*, Wibertus *magiſter*, Euerardus *camerarius*, Reimboldus *capellanus*, Petrus *canonicus*, Heinricus *canonicus*, Otto *canonicus*, *miniſteriales eccleſiae*. Ericus, Hardolfus, Werno, alii *liberi homines*. Albertus de *Aldenburch*, Radbodo de *Griſenhagen*. Heinricus de *Cocſouhe*, alii plures, qui affuerunt, quorum fidei ac teſtimonio haec roboranda commiſſa ſunt. *Actum* eſt hoc *anno* ab incarnatione domini MCLXXIIII.

anno 1174. 1180.

bannum epiſcopale in uiolatores.

Teſtes.

DIPLOMA XV.

FRIDERICI I. *imperatoris codicillus*, *quo inter dominum de* Groitſch *& abbatem* Regauienſem *ius dixit compoſuitque litem de emtione & uenditione fundorum aliisque iuribus excitatum an.* 1180.

IN nomine *ſancte & indiuidue trinitatis.* FRIDERICVS *diuina fauente clementia Romanorum imperator Auguſtus.* Equitati & rationi cenſemus conſentaneum, ut contractus, qui in noſtra fiunt audientia, noſtre auctoritatis pracmatica ſanctione roborentur. Nouerint igitur omnes imperii fideles, tam preſentis quam poſtfuture etatis, hanc coram *maieſtate* noſtra ordinatam & completam eſſe compoſitionem ſuper *lite* & controuerſia multiplici que inter *Eckelinum* ABBATEM fratres quoque monaſterii Bigaugenſis &

anno 1180. *transactio iudicialis.*

anno 1180. *Heinrichsdorf in feudum confertur à Caeſare. Knobolochstorff.*

Fridericum de Groits miniſterialem, noſtrum uertebatur. Abbas itaque uillam *Heinrichſtorp* cum omni utilitate nobis reſignauit, quam Fridericus de *manu noſtra* recepit, nomine *beneficii.* Manſum quoque unum in *Droſetowe* & duos in *Bukuwiz*, qui *Reibodonis* fuerint, & eccleſiam *Clobelochſtorph*, cum *dote* & denariis, qui *miſſales* dicuntur, excepta *decima* eiusdem uille que eccleſie in *Luzic* attinet. Hec inquam omnia per abbatem & fratrum ſuorum conſenſum nobis *reſignata*, Friderico in *beneficio* conceſſimus. In *recompenſationem* uero huius traditionis quicquid idem Fridericus iure *proprietatis uel beneficii* BIGOWE poſſidere uidebatur & omnia que ibidem homines ſui nomine beneficii ab eo tenebant, ab illis abſoluta, libere prefato cenobio tradidit, preter beneficia *Pilegrimi & Cunradi*, que illi de manu abbatis ſuſceperunt. Porro in loco ubi idem Fridericus *molendinum* fieri decreuerat, nullum deinceps ab aliquo fiet. *Virgulta* quoque, pro quibus ipſe & abbas litigabant, reddita ſunt eccleſiae. Hec autem omnia auctoritate noſtra & conſenſu *Euerhardi* Merſeburgenſis epiſcopi eidem monaſterio ſic confirmamus, ut nec a a *Friderico* nec a *fratre* uel ab aliquo *herede* ſuo, hic contractus infringatur. *Imperiali* quoque auctoritate ſtatuimus, ne tam *abbas* quam *aduocatus* aream uel aliquam poſſeſſionem in *Bigowe* quemquam *militum* deinceps emere aut inhabitare permittant. *Mercatores* etiam areas uel curtes ſuas non *militibus*, ſed mercatoribus, qui *forenſia* iura exequantur, uendant. Vt igitur omnia predicta incommutabiliter conſeruentur, preſens inde ſcriptum *ſigillo* noſtro inſignitum *conſcribi* precepimus. Statuentes, ut, quicumque ipſum

Conſenſus Merſeburgenſis epiſcopi.

Prohibentur milites emere fundos.

ipſum infringere attemptauerit, *decem libras* auri pro ſatisfactione componat. Huius rei *teſtes* ſunt *Wichmannus Madheb*, archiepiſcopus. Hermannus *Monaſterienſis* epiſcopus. Martinus *Misnenſis*. Otto Marchio *Misnenſis*. Theodericus Marchio de *Landesberc*. Comes *Dedo*. Hugo de *Warta* & Thimmo de *Coldiz*. Sibodo *camerarius* & fratres ſui de *Groitſ*. Sifridus & Gerhardus de *Aldenburc* & alii quamplures. Signum domini Friderici Rom. imperatoris inuictiſſimi. Ego *Godefridus* imperialis aule *cancellarius*, uice Chriſtiani Moguntini archiepiſcopi & *archicancellarii* recognoui. ACTA ſunt hec *anno* dominice incarnationis MCLXXX. Ind. XV. *regnante* domino Friderico Rom. imperatore glorioſiſſimo. Anno *regni* eius XXX. *imperii* uero XXVIII. DAT. in caſtro *Aldenburc*. Idus Nouembris.

anno 1180. 1198. *Teſtes ſubſcriptores.*

DIPLOMA XVI.

INNOCENTII III. pontificis *Romani ſententia de* appellatione *e Germania ad* curiam Romanam, *a iudicio epiſcoporum, Caeſare etiam inuito; ſcriptus in cauſa* Pegauienſis *abbatis &* Merſeburgenſis *epiſcopi, qui abbatem, propter luxum & libidinem exuerat abbatia, aduerſus quod iudicium ipſe prouocauerat iueratque Romam an.* 1198.

INNOCENTIVS *epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei*. Dilectis filiis *abbati* & conuentui de PIGAVIA ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Cum tempore bone memorie N. predeceſſoris noſtri tu *fili abbas* ad *Romanam curiam* acceſiſſes, priuilegium & alia ſcripta meruiſti a ſede apo-

anno 1198. *Pegauiae abbas ob* acceſſum *ad* curiam Rom. *priuilegia reportat.*

anno 1198. apoſtolica obtinere. Et ſicut a te accepimus, cum reuerſus fuiſſes ad propria, priuilegium dictum & alia ſcripta in preſentia fratrum tuorum, quorundam canonicorum *Merſeburgenſium*, qui in defenſionem quorundam monachorum illuc uenerant, feciſti fideliter recitari. Quod intelligens uenerabilis frater noſter *Merſeburgenſis* epiſcopus nuntiauit & ſcripſit *imperatori*, te contra honorem imperii ad Romanam eccleſiam acceſſiſſe & priuilegium in eius praeiudicium impetraſſe, unde motus imperator *curiam* tibi *indixit*, & *priuilegium ſibi preſentari* precepit, quod receptum noluit tibi poſtmodum reſignare, & dum in his & aliis te per *epiſcopum* grauari ſentires, *appellatione* interpoſita *ſedem apoſtolicam* uiſitaſti, a qua per nuntios commiſſionis literis impetratis partes iudices citauerunt, in cauſa ipſa iuxta formam mandati apoſtolici proceſſuri. Verum dum haec agerentur, uenerabilis frater noſter *Magdeburgenſis* archiepiſcopus ad petitionem epiſcopi memorati de *mandato imperiali* te ab officio beneficioque ſuſpenſum a monaſterii amminiſtratione remouit, & curam eius duobus *militibus* aſſignauit, unde timens abbatie periculum prouenire, cum & tibi periculum immineret, ſuper *controuerſiis*, que inter te & *epiſcopum* & quoſdam *monachos* uertebantur, arbitrium *archiepiſcopi* te promiſiſti fide in manibus eius hinc inde preſtita ſeruaturum. Sicque factum eſt, ut ipſe archiepiſcopus, adiunctis ſibi tam clericis, quam laicis, inter quos erat & *dapifer imperialis*, ſub certa forma arbitrium promulgauit. Poſt hec iterum Romam ueniens, que facta fuerunt, eidem predeceſſori noſtro diligenter exponere procuraſti, cui & aduer-

Male id habet imperatorem, qui cogit illud producere.

Adpellatio Romam.

Deponit adpellantem Caeſar, Sequeſtrata abbatiae.

Arbiter Magdeburgenſis.

uerſario tuo cuſtodi *Merſeburgenſi* procuratori *anno* 1198.
dicti epiſcopi nos ipſi cum eſſemus in *minori officio* conſtituti & dilecti filii N.N. ſancti Stephani in celio monte & N.N. ſancte Priſce presbyteri *cardinalis deputati* fuimus *auditores*. Et tandem, auditis, que partes duxerant proponenda, ſub certa forma de conſenſu partium, cauſa commiſſa fuit iudicibus *delegatis*. Videlicet, ut de omnibus diligenter inquirerent, excepto quod indagationem *libertatis* eiusdem *monaſterii* cum *duabus capellis* apoſtolice ſedis examini per omnia reſeruarent. Cum itaque iudices *delegati* partes ad ſuam preſentiam, autoritate apoſtolica, *euocaſſent*, memoratus epiſcopus delegatos ipſos *ſuſpectos* ſibi propoſuit, & cauſas ſuſpicionis multiplices aſſignauit, conſequenter ... iam eorum uolens iudicium declinare ſedem *apoſtolicam appellauit*. Set reuerſus poſtmodum coram eisdem *ſacramentum calumpnie* preſtitit, *teſtes* produxit, petitis dilationibus & obtentis. Ipſi ergo iudices procedentes in cauſa, auditis utriusque partis rationibus & plenius intellectis, geſta omnia *ſigillorum* ſuorum munimine roborata ad ſedem *apoſtolicam* deſtinarunt, *terminum* partibus imponentes, quo recepture ſententiam *apoſtolico* ſe conſpectui perſonaliter preſentarent. Ad quem *tu perſonaliter* accedens, *epiſcopus* pro ſe miſit dilectos filios N. *Merſeburgenſem canonicum* & N. ſancti Nicolai Merſeburgenſem *ſcholaſticum* reſponſales, qui geſta, que delegati transmiſerant nec publicari debere dicebant nec fidem eis penitus adhibendam, cum & a *ſuſpectis iudicibus* & *poſt appellationem* legitime interpoſitam recepta fuerint & deſcripta. Parte tua contrarium poſtulante, preſertim, quia ut firmiter aſſerebat

Romae iudicium inde delegatum.

Euocantur e Germania partes.

Inde adpellat epiſcopus.

Sed comparet per nuntios.

anno 1198. rebat *nuntii* memorati perſonam *ſtandi* iudicio *non* habebant. Cum *excommunicati* eſſent & epiſcopo fuiſſet ſub pena ſuſpenſionis iniunctum, ut ad cauſam agendam in *propria perſona* ueniret. Quod cum non fecerit, penam *ſuſpenſionis* incurrit, quem predicti nuntii propter egritudinem & *ſenectutem* perſonaliter ad Romanam eccleſiam non poſſe accedere proponebant, alia que ipſis obiecta fuerant denegantes, qui pro ipſo *epiſcopo* factum taliter proponebant, quod cum ab eo tanquam a tuo *prelato* abbatiam & ſacerdotium percepiſſes. Sicut fueras in iure conſeſſus, propter *prauam conuerſationem* tuam ſuper multis enormitatibus, cepiſti a *monachis conueniri*, inter quos *epiſcopus* pacem & concordiam ſepius reformauit, monens te, ut ad frugem melioris uitae tranſires. Cum autem fratres per ea que iugiter faciebas, de *tua emendatione* nullatenus iam ſperarent, contra te propoſuerunt in *ſinodo* de *dilapidatione*, quod res monaſterii pauperum uſibus deputatas *uoluptuoſe conſumeres* & per defecta neceſſariorum religio ibi penitus deperiret, te etiam de *ſacrilegio*, *ſimonia* aliiſque multis criminibus impetebant, interdum coram *epiſcopo* quandoque in preſentia *cardinalis*, quem epiſcopus tam diu ſuſtinuit, quod monachis *denegare iuſtitiam* dicebatur. Citatus exinde ab *epiſcopo* nuntium miſiſti ſuper omni grauamine, quod tibi poſſit inferri, preſentiam *archiepiſcopi* prouocantem. Cum autem neque *per te* neque *per nuntium* ad *archiepiſcopum* acceſſiſſes, ipſe archiepiſcopus *appellationi* tam generaliter facte in *preiudicium eccleſie* iudicauit nullatenus deferendum. *Epiſcopus* itaque habito prudentum conſilio citatum denuo *te* ab officio

Suſpenditur ideo quod abſens.

Quod excuſant nuntii eum ſenectute.

Et delatoris Pegauienſis peſſima cauſa.

Quam cardinalis *poſt* epiſcopum,

officio beneficioque ſuſpendit. Interim ſuperueniens dilectus filius noſter N. N. *ſancti Stephani* in *celio monte* presbyter cardinalis tunc apoſtolice ſedis legatus ad *dictam abbatiam* acceſſit, ut componeret inter te & monachos memoratos. Set *te* in uillis preprimis *latitante*, & magiſtro *Vlrico* allegante, dictus cardinalis *latam* in te *ſuſpenſionis ſententiam confirmauit.* *anno* 1198. & archiepiſcopum *iudicauiſſet.*

Sic ergo latenter *Romam* ueniens commiſſionis literas *ueritate tacita* & ſub ſpecie *renouationis, priuilegium*, quod nunquam antea habueras, impetraſti. *Reus* abbas *Romae agit per obreptionem.* Cumque iudices *delegati* epiſcopo *ſuſpecti* eſſent & monachis, a quibus nec *unius diei* poterant *inducias* obtinere, *appellatione* interpoſita ab epiſcopi nuntiis, ſtatim cum *priuilegium ſubreptitium* legeretur, partes nuncios ſuos ad ſedem *apoſtolicam* transmiſerunt, de quorum aſſenſu cauſa tandem fuit *aliis iudicibus* ſub certa forma commiſſa, ſicut in *commiſſionis* literis continetur. Set cum non omnes poſſent *examinationi* cauſe, propter nimiam *diſtantiam*, intereſſe, dilectus filius, abbas de *Gorgoehe*, una cum uenerabilibus fratribus noſtris dicto *archiepiſcopo*, *Bambergenſi* & *Miſnenſi* epiſcopis & quam plurimis eccleſiarum *prelatis*, inter *epiſcopum, te*, & *monachos* pacem & concordiam reformauit. *Noua inde commiſſio.* Iterum autem ad Romanam eccleſiam *latenter* accedens & proponens multa contra *monachos*, *epiſcopum*, ad *duos* iudicum illorum, quos ſuperius epiſcopo diximus eſſe *ſuſpectos* & a quibus nuper ipſe epiſcopus per nuncios appellauerat, *commiſſorias literas* impetraſti, qui cum *iuſtas exceptiones epiſcopi* non admitterent, quas in continenti probare uolebat, ſedem apoſtolicam *appellauit*, ſet, ipſis in cauſa nichi-

anno 1198. *Proceſſus forenſis.* nichilominus procedentibus, *inuitus* acceſſit ad eos, timens ne ſua iuſtitia deperiret. Cum autem poſt alia, que iudices ipſi proprio motu fecerant, *terminum publicandis atteſtationibus* prefixiſſent, uenientibus partibus *unus* tantum comparuit de iudicibus cum alterius *nuntio*, qui nec habebat ad alios literas nec cauere uolebat, quod dominus ſuus uices ſuas preſenti iudici commiſiſſet. Sicque factum eſt, quod ſolus *Numburgenſis* prepoſitus, licet tribus ſigillis appoſitis, geſta deſcripſerit, que fuerant ad ſedem apoſtolicam deſtinata, unde dicebant *fidem* meis *nallatenus* adhibendam. Et quia ipſum inſtrumentum relationis ipſorum iudicum fuit in *ſuperficie* uitioſum, & *datum* ab eo, quem plurimis dicunt excommunicationis uinculis innotatum. Verum premiſſa fere omnia *pro epiſcopi parte* propoſita, *tu* ueritate deſtitui firmiter aſſerebas.

Inſtrumentum uitioſum.

Epiſcopi iuramentum calumniae. Quia uero memoratus *epiſcopus* eo quod iuramentum preſtitit de *calumpnia* & a delegatis inducias poſtulauit & *teſtes* coram eis produxit, *appellationi* renunciaſſe uidetur, & eorum examini conſenſiſſe. *Nos habito fratrum conſilio in premiſſa incidente queſtione interlocuti fuimus*: quod deberent, que coram predictis iudicibus geſta fuerant, *publicari*, ut ſecundum tenorem ipſorum noſtra tandem *ſententia formaretur.*

Cauſa iterum delegata aliis. Tibi igitur & procuratoribus epiſcopi ſupra dicti uenerabilem fratrem noſtrum N.N. *Hoſtienſem* epiſcopum, & dilectum *filium N.N. ſancte Cecilie presbyterum cardinalem* dedimus auditores, qui cum ea, que fuerant hinc inde propoſita & oſtenſa, nobis & fratribus noſtris fideliter retuliſſent, quia tam per *confesſiones*, quam per *atteſtationes* legitime conſtitit, quod, fide hinc

inde

inde data, *compromiſſum* eſt in *arbitrium archie-* *anno* 1198.
piſcopi memorati, & quorundam etiam *aliorum*: *nos de conſilio fratrum noſtrorum ipſum arbitrium* *Confirmatur* laudum *decernimus obſeruandum*, illis dumtaxat exceptis *in Germania.* capitulis, que contra *libertatem ipſius monaſterii* & *duarum capellarum eiusdem in arbitrio* ſunt expreſſa, cum etſi ſponte uolueris, de iure tamen nequiueris ſine *licentia Romani pontificis* renuntiare *priuilegiis*, ut *indulgentiis* libertatis, que monaſterium illud indicant ad *ius* & *proprietatem* *Romane eccleſie* pertinere, preſertim cum in ultime *commisſionis* literis contineatur expreſſum, quod ſepe dictus *predeceſſor* noſter ſuper *renunciatione* a te *ſuper priuilegio* & aliis ſcriptis facta, nullum tibi uel ſucceſſoribus tuis aut etiam *monaſterio*, & *duabus capellis* de PIGAVIA preiudicium uoluit generari. Quia uero in eisdem literis commiſſoriis patenter expreſſit, quod *indagationem libertatis* eiusdem monaſterii cum duabus *capellis* in eadem uilla poſitis *apoſtolice ſedis examini* per omnia reſeruauit, quicquic contra formam huius mandati a delegatis predictis actum eſt, *reuocamus*, & uiribus omnino carere cenſemus, reſeruantes eidem *epiſcopo* liberam facultatem, ut *contra libertatem ipſius monaſterii ordine iudiciario ualeat experiri*. Interim autem, donec ipſa queſtio *canonice* terminetur *tu* & *monaſterium* tuum non compellamini *obedientiam eidem epiſcopo* exhibere, ſet in eo *ſtatu* maneatis, in quo poſt impetratum *priuilegium* & ante datum *arbitrium* dinoſcimini extitiſſe. Cum ergo *perſonales iniurie*, que preceſſerant, per arbitrium ſunt ſopite, cum uos uiciſſim in *pacis oſculum* receperitis, queſtiones tam ſuper *ablatorum* reſtitutione, quam ſuper *ſubiectione*

Priuilegio coenobii nequit abbas renuntiare.

Durante lite cum epiſcopo nulla ei obedientia.

monaſterii

anno 1198. *monaſterii* duximus committendas. Nulli ergo 1201. omnino hominum liceat hanc paginam noſtre coſtitutionis infringere uel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, *indignationem* omnipotentis *DEI*, & beatorum *Petri* & *Pauli* apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. DATVM *Rome* apud ſanctum Petrum III. idus Iulii *pontificatus* noſtri anno primo.

DIPLOMA XVII.

INNOCENTII III. pontificis *litterae*, *ſcriptae coenobio S. Petri in* monte ſereno (den Petersberg) *quod a*) *eſſe debeat* exemtum *a iure epiſcopi dioeceſano b*) *in iure &* proprietate *manere ſedis* Romanae *c*) *gaudere iure* parochiali *d*) *annuum praeſtare* cenſum Romae *anno* 1201.

anno 1201. *Mons ſerenus in Halae uicinia recipitur in ius & proprietatem Rom. papae.*

INNOCENTIVS *epiſcopus ſeruus ſeruorum DEI:* dilectis filiis *Waltero* prepoſito ſancti Petri de MONTE SERENO fratribus tam preſentibus quam futuris regularem uitam profeſsis. Religioſam uitam eligentibus apoſtolicum conuenit adeſſe preſidium. Ne forte cuiuslibet temeritatis incurſus aut eos a propoſito reuocet aut robur quod abſit ſacre religionis infrigat. Ea propter dilecti in domino filii ueſtri & dilecti filii *nobilis uiri* C. *Marchionis orientalis* precibus inclinati eccleſiam beati *Petri* de *monte ſereno*, in qua diuino mancipati eſtis obſequio ad exemplar felicis recordationis HONORII pape predeceſſoris noſtri in *ius & proprietatem eccleſie Romane* recipimus. Et preſentis ſcripti priuilegio communimus. Inprimis ſiquidem ſtatuentes,

tuentes, ut ordo *canonicus*, qui ſecundum Deum *anno* 1201.
& beati *Auguſtini* regulam in eodem loco inſtitutus eſſe dinoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obſeruetur. Preterea quascunque poſſesſiones, quecunque bona, inclite recordationis CONRADVS MARCHIO fundator eiusdem ecclesie & *Otto*, *Theodoricus*, & *Dedo* MARCHIONES eius *filii* eidem ecclesie contulerunt, cum ceteris, que impreſentiarum rationabiliter posſidet, aut in futurum conceſſione pontificum, largitione *regum* uel principum, oblatione fidelium ſeu aliis iuſtis modis preſtante domino poterit adipiſci: *firma* uobis ueſtrisque *ſucceſſoribus* & illibata permaneant. In quibus haec propriis duximus exprimenda uocabulis. *Fundatores Petrini montis.*

Locum ipſum in quo prefata ecclesia ſita eſt cum omnibus pertinentiis ſuis, ecclesias in *Zurbebec*, in *Oiinſtrowe*, in *Ylburch*, in *Numete*, *Lubechun*, *Welperede*, *Wiltuwum*, *Wilzu* & *Sconowe*, uineas & molendinum in *Witin*, uillas in *Naliz*, *Nobediz*, *Papendorp*, *Siliweiſtorp*, *Braucowiz*, *Welprede*, *Wiltuiz*, *Sconoue*, *Wilciz*, *Colzobe*, *Coleir*, *Rochlendor*, *Pauendorp*, *Gordenewiz*, *Grabuwiz*, *Milnewiz* & *Sorduwiz*, cum omnibus pertinentiis ſuis ius *parochiale* in *tredecim* uillis. Sicut bone memorie *Doeherus Magdeburgenſis* archiepiſcopus ueteri capelle ueſtre, que ſita eſt in aquilonali parte maioris ecclesie, pia liberalitate conceſſit, ſtatuens, ut habitatores uillarum ipſarum in eadem capella *baptiſma* & *ſepulturam* reciperent, et prepoſitus ueſter, qui pro tempore fuerit, ipſius *capelle* curam haberet, ita tamen quod *unus canonicorum* de auctoritate *prepoſiti* predicaret populo, pueros *baptizaret*, uiſitaret infirmos, mortuos ſepeliret, & alia que *Ius parochiale in uillas hodieque in uicinia notas florentesque.* *Inde alat presbyterum.*

 ad

anno 1201. ad ius parochiale pertinent, exerceret, cuius conceſſionem quatuor ſucceſſores ipſius poſtmodum confirmarunt. Cum autem generale *interdictum* terre fuerit: liceat uobis excluſis *excommunicatis* & interdictis, clauſis ianuis, non pulſatis campanis, ſuppreſſa uoce *diuina officia* celebrare. *Chriſma* uero *oleum* ſanctum, *conſecrationes* altarium ſeu *baſilicarum*, *ordinationes* clericorum, qui ad ſacros ordines fuerint promouendi, a *Dioceſano* ſuſcipietis *epiſcopo*, ſiquidem catholicus fuerit & *gratiam* atque communionem ſacroſanctae *Romane ſedis* habuerit, & ea uobis uoluerit ſine prauitate qualibet exhibere. Alioquin liceat uobis quemcunque malueritis catholicum adire *antiſtitem*, gratiam & communionem apoſtolice ſedis habentem, qui noſtra fretus auctoritate uobis quod poſtulatur impendat. *Sepulturam* quoque ipſius loci liberam eſſe decernimus, ut eorum deuotioni & extreme uoluntati, qui ſe illic ſepeliri deliberauerint, niſi forte *excommunicati* uel *interdicti* ſint, nullus obſiſtat. Salua tamen *iuſtitia* illarum eccleſiarum, a quibus mortuorum corpora aſſumuntur. *Baptiſmus* autem tam in eccleſia ſancti Petri quam capella predicta ſicut a *quadraginta annis* hactenus ſine contradictione cuiuslibet celebratus eſt, ita de cetero celebretur. Obeunte uero te, fili *prepoſite*, uel tuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſurreptionis aſtutia ſeu uiolentia preponatur, niſi quem fratres communi conſenſu uel fratrum pars maioris & ſanioris conſilii ſecundum Deum & beati Auguſtini regulam prouiderint eligendum. Adhec preſenti priuilegio prohibemus, ne contra id quod fuit ab eccleſie ueſtre fundatore

Exceptis eis quae ſunt ordinis epiſcopi,

quem ad hoc eligant.

Ius ſepulturae.

Baptiſmi iam anno 1160.

Electio praepoſiti.

tore

tore ſtatutum, & ab eiuſdem eccleſie fundatione ſeruatum, *aduocatia* eius in *feudum* cuiquam conferatur. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatam eccleſiam temere perturbare aut eius poſſesſiones auferre uel ablatas retinere, minuere ſeu quibuslibet uexationibus fatigare, ſed omnia integra conſeruentur, eorum pro quorum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt uſibus omnimodis profutura. Salua ſedis *apoſtolice* auctoritate & in parochialibus eccleſiis, quas habetis dioceſani epiſcopi canonica iuſtitia. Ad indicium autem huius *percepte* a ſede *apoſtolica libertatis* biſancium *auri* uel *fertonem* argenti nobis noſtriſque ſucceſſoribus annis ſingulis perſoluetis. Si qua igitur in futurum eccleſiaſtica ſecularisue perſona hanc noſtre conſtitutionis paginam ſciens contra eam temere uenire temptauerit ſecundo tertioue commonita; niſi reatum ſuum congrua ſatisfactione correxerit, poteſtatis honoriſque dignitate careat, reamque ſe diuino iudicio exiſtere de perpetrata iniquitate cognoſcat, & a ſacratisſimo corpore ac *ſanguine Dei* & domini redemptoris noſtri Ieſu Chriſti aliena fiat, atque in extremo examine diſtricte *ultioni* ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco ſua iura ſeruantibus, ſit pax domini noſtri *Ieſu Chriſti*. Quatinus & hic fructum benedictionis percipiant, & apud diſtrictum iudicem *premia* eterne pacis inueniant. Amen, Amen.

anno 1201. *Probibitio aduocatiae feudalis.*

Cenſus Romae praeſtandus.

Execratio aduerſus uiolatores.

Ego Innocentius *catholice* eccleſie epiſcopus.
Ego Octauianus *Hoſtienſis* & *Bellarenſis* epiſc.
Ego Iohannes *Albarenſis* epiſcopus.
Ego Petrus tt. ſancte *Cecilie* presbyter card.
Ego Guido ſancte *Marie* trans tybur. presb. card.

anno 1201. Ego Hugo presb. Card. ſancti *Martini* tt. equ.
Ego Cinth. tt. ſancti *Laurentii* in Lucina presb. Card.
Ego Soffredus tt. ſancte *Praxedis* presb. Card.
Ego Bernard ſancti Petri ad *uincula* presb. Card. tt. Eudoxie.
Ego Iohannes tt. ſancte *Priſce* presb. Card.
Ego Cencius presb. Card. *ſanctorum Ioh.* & Pauli tt. Pamachii.
Ego Gregorius tt. ſancti *Vitalis* presb. Card.
Ego Petrus tt. ſancti *Marcelli* presb. Card.
Ego Benedictus tt. ſancte *Suſanne* presb. Card.
Ego Leo tt. *ſancte crucis* in Ieruſal. presb. Card.
Ego Grat. ſanctorum Coſme & Damiani diaconus Card.
Ego Gregorius St. Georgii ad uelum aureum diac. Card.
Ego Gregorius ſancti Angeli diaconus Card.
Ego Hugo ſancti Euſtachii diac. Card.
Ego Mattheus ſancti Theodori diac. Card.
Ego Iohannes ſancte Marie in Coſmidin diaconus Card.

DATVM Lateran per manum Blaſii ſancte *Romane* eccleſie ſubdiaconi & notarii VII. Kal. April. *indictione* V. incarnationis dominice *anno* MCCI. pontificatus uero Domini *Innocentii* pape III. anno quinto.

DIPLOMA XVIII.

LAVDVM *in finibus regundis inter Marchionem* Miſnenſem *&* *abbatem* Pegauienſem, *praeſertim in* teloniis, uiis, pontibus, *cetera. Arbitri*, (AVSTREGAE) *huius cauſae perpetui* Magdeburgenſis, Merſe-

Merſeburgenſis, Naumburgenſis *epi-* *anno* 1218.
ſcopi. anno 1218.

IN *nomine ſancte & indiuidue trinitatis.* ALBERTVS *Dei gratia ſancte Magdeburgenſis eccleſie archiepiſcopus*, ENGILHARDVS NVMBVRGENSIS, ECKENHARDVS MERSEBVRGENSIS *epiſcopi*, omnibus Chriſti fidelibus, ad quos preſens ſcriptum peruenerit ſalutem ſempiternam. Quonia mea, que geruntur in tempore ab hominum memoria cum lapſu temporis elabuntur; niſi ſcripturarum permanentia fulciantur, expedit, ut ea, que rationabiliter geſta diuturniora ſperemus, ſcriptorum autentico ſolidemus, modernorum igitur & poſteritatis noticie ſignificamus, quod cum inter T. MISNENSEM *Marchionem* & orientalem, & S. PIGAVIENSEM *abbatem* occaſione *terminorum* eis communium, *iurium* quorundam & dampnis eccleſie irrogatis, *controuerſia* crebrius oriretur, nec facile ſedabilis ad plurimum annorum curricula protenderetur. Illuſtris dominus noſter FRIDERICVS Romanorum rex nobis dedit in *mandatis:* ut partibus conuocatis & cauſa hinc inde cognita ipſam iuſto fine tandem finitam terminaremus. Nos itaque ad *mandatum regium* ad *locum* accedentes, *partes* conuocatas inuenimus, compoſitionem adeo deſiderantus, quod ſponte ſe noſtro *arbitrio* ſubmiſerunt. Nos quoque *arbitrium* aſſumpſimus ſine preiudicio *auctoritatis*, a domino noſtro rege nobis omnibus modis in tali negotio *commiſſe*, ſicque *arbitrati* ſumus, quod *Marchio* predictus expediat & in poſterum expeditam dimittat ſtratam tranſeuntem per *Brouz* ſine ipſius uille deſtructioue aut eandem ſtratam

anno 1218. *laudum inter* Miſnenſem *M. & abbatem* Pegauienſem *ſuper finibus regundis.*

Iuſſu Caeſaris.

Iudicium arbitrarium, *loco commiſſionis Caeſareae.*

anno 1318. circumducat. In *Groinz* non erit forum annone, quod uulgo dicitur, Cornmarckt, nec *moneta* nec *cambium* ſiue *theloneum*, ſiue etiam *currus* onerati *uino* uel *pannis* ſoluentur de qualibet rota unum *denarium*, alius currus quocunque oneratus ſoluet tantum duos denarios. *Marchio* nouum *pontem* deſtruet, nec deinceps ibi uel alicubi aliquem alium, in preiudicium abbatie, faciet componi. In *ſenioribus* abbatie nichil iuris habebit. Inſuper *Marchio* dabit abbati quingentas *marcas* in uſus eccleſie conuertendas, & illas perſolui a paſcha primo uenturo ad unum annum, ſi uero intra talem terminum perſoluere neglexerit, cum ipſe curſus temporis eſſe ſibi debeat monitio, ipſe, preter omnem *excommunicabitur* citacionem. Si *diſſenſio* aut diſcordia quaiiscunque orta fuerit inter *homines marchionis* & inter homines *abbatie*, & hoc accidit intra *ſepta* uillarum abbatie, ſuper eo *iudicium* deferetur. *Ciuilis* uero ubicunque fuerit orta, ſi abbatie homines *pulſabuntur*, ab abbate iudicium requirent. *Officiati* marchionis tam *uillici* quam *bedelli* in hominibus & bonis abbatie ſibi nullum ius uendicabunt. Ex altera parte abbas *Pigouenſis pontes* tracticios deſtruet, alios preparando, ſicut antiquitus fuerunt. *Strata* per *Pigowe* tranſiens expedita erit a porta *Merſeburgenſi*, ad portam, que tendit *Groinz* nec aliquo modo *thelonei* impedietur preter antiquum modum. *Pons* qui a pigowe uerſus *Groinz* producitur, ab *hominibus* abbatis preparabitur in locis ſibi deputatis ab antiquo, & a tali preparatione *pontium* abbas & *hoſpitale* & *parrochianus* erunt omnibus modis exempti. Si dubium fuerit ortum ſuper arbitratu a nobis, cum ſimus arbitri, *deciſio* talis dubii

[Margin notes: Kornmarck. — *Telonii ratio.* — *Solutio ſummae ſub poena excommunicationis.* — *Bedelli marchionis.* — Strata *Merſeburgenſis.* — *De* ponte. — *Laudi explicatio ad arbitros.*]

dubii a nobis requiretur. Si ab alterutra parte arbitrium *leſum* dicatur, hoc nos tenebimus diiudicare. Praeterea *marchio* & *heredes* ipſius & *abbas* ſuique ſucceſſores nobis & *noſtris ſucceſſoribus* ad compoſitionis perſeuerantiam perpetualiter tenebuntur, *iudicio* nobis de ipſis quantum ad compoſitionis obſeruantiam omnibus modis permanente. Si uero *unus* ex nobis intereſſe nolit uel non poſſit, *duo* noſtrum nichilominus de predictis *iudicent*, & *iudicata* ſecundum ſententiam & ordinem *iudiciarium* exequentur. Vt autem pretaxata omnia contra quamlibet calumpniam ſint firmiora, ſuper ipſis hanc paginam *conſcribi* fecimus, & *ſigillorum* noſtrorum appenſionibus communiri. *Teſtes*, qui interfuerunt, hi fuerunt. *Theodericus* prepoſitus de *monte ſereno*, Hademarus canonicus de *Nuenburg*, Burkardus maioris eccleſie canonicus in *Magdeburch*, Hermannus *plebanus* in Veizenuels, Godefridus *plebanus* in Bizich, comes Heinricus de *Schwarzburch*, Gunzelmus de *Crozuch*, Taczo de *Salzwitele*, Heinricus ſenior de *Chorun*, Ditericus *Rabil*, Lutolfus de *Gutenberch*, Reinbertus de *Horeburch*, Albertus de *Valua*, Albertus dapifer de *L--orne*. ACTVM Dominice incarnationis *anno* MCCXVIII. *pontificatus* uero domini Honorii pape tercii anno III. menſe Auguſto. *Indictione* ſeptima, quarto decimo Cal. Auguſti.

anno 1218.

Arbitri perpetui.

Si non omnes preſentes.

Teſtes ſubſcriptores.

anno 1235.

DIPLOMA XIX.

FRIDERICI II. *imperatoris tranſactio iudicialis inter dominos de* Limburg *&* Hohenlohe, *in palatio* Hagenowe *qui comites audiunt Romaniolae, an.* 1231.

anno 1235. *Caeſaris.*

Palatium Hagenovve.

Curia iudiciaria habita in conſeſſu principum.

Limburgenſis *obligatio de* Hohenlohe *facta*

in Schenkenberg.

feudis & allodiis.

ſolutione ſummae.

FRIDERICVS *DEI gratia*, *Romanorum imperator ſemper Auguſtus*, *Ieruſalem & Siciliae rex*, per praeſens ſcriptum notum fieri uolumus, uniuerſis imperii fidelibus, tam praeſentibus, quam futuris, quod nobis *reſidentibus* in palatio noſtro *Hagenowe in generali curia* pro *iudiciis audiendis*, aſſiſtentibus nobis *pleriſque principum & procerum* noſtrorum, dum *Gottofridus* de HOHENLOHE, comes *Romaniolae*, fidelis noſter, conueniret in praeſentia noſtra *Waltherum* de LYMPVRC, pincernam, ſuper *immenſis* damnis ſibi illatis per eum: dictus *Waltherus* cum eodem *Gottofrido* ad ſubſcriptam conuentionem ad ſatisfactionem gratuitam, obtenta licentia & permisſione noſtra, peruenit uidelicet, quod pro reſtauratione *damnorum* promiſit eidem Gottofrido *mille marcas* argenti puri & boni ſoluendas, pro quibus obligauit & aſſignauit ei caſtrum *Schenckenberg* & *reditus* centum talentorum Herbipolenſis monetae, ubicunq; idem *Gottofridus* in bonis ipſius *Gualteri* ſiue in *proprietate*, ſiue in *feudis* eiusdem uelit accipere, itaque *proprietatem* in continenti per *curiam noſtram* ſibi tradidit *feuda* quae ipſe tenebat, uidelicet per dilectum principem noſtrum *Bambergenſem* & *Herbipolenſem* epiſcopos eidem asſignauit. Praedicto *Bambergenſi*, qui praeſens erat, primus reſignando, ſubſcriptis conditionibus & pactis in eadem traditione & aſſignatione taliter interuenientibus, quod abhinc, usque

que ad feſtum ſancti Martini proxime uenturum, *anno* 1235.
& ex tunc usque ad annum unum completum in eodem feſto dictus Gottofredus & heredes eius, omnia praedicta bona cum pertinentibus ſuis, pleno iure in quieta & libera poſſeſſione tenebunt; ita quod ſi completo anno in ſequenti feſto beati *Martini* praefatus Gualterus mille marcas puri argenti ſoluerit eidem Gottofredo & heredibus ſuis, idem Gottofredus uel heredes ſui praedictum caſtrum, quam *alios reditus*, ſibi reſtituere teneantur, ſi uero termino praetaxato idem *Gualterus* non ſoluerit praedictam *pecuniae quantitatem*, praedictus *Gottofredus & heredes* ſui praedictum caſtrum *Schenckenberg* cum pertinentiis ſuis & reditibus centum talentorum, iure perpetuo tam *proprietatis* titulo in his quae *propria* ſunt, quam *iure feudali in feudalibus* retinebunt, Iuris feudalis *mentio.*
ſine contradictione uel moleſtia alicuius quiete & pacifice poſſidenda. Vt autem praedicta *conuentio* & ſatisfactio in ſuo robore perſeueret, ad eiusdem rei memoriam praeſentem memorialem paginam fieri fecimus & ſigillo noſtro iuſſimus communiri. *Teſtes* autem, qui interfuerunt, ſunt: *Teſtes.*
EREBERTVS *Bambergenſis* epiſcopus, Sinfridus *Ratisponenſis* epiſcopus, *imperialis aulae cancellarius*, H. Landgrauius *Thuringiae*, B. dux *Carinthiae*, marchio de *Baden*, frater Herman, magiſter domus *Teutonicae* in Ieruſalem, C. Burggrauius de *Nurnberg*, Albertus de *Rotenfels*, Wanwredus de *Crautheim*, Ingelhardus de *Oſterna*, C. Pincerna de *Winterſtetten*. C. Pincerna de *Clingenburg*, Fridericus de *Kezzelberg*, C. de *Schmidelfeld*, Gottofredus miles de *Sulzbach*, Marquardus de *Snerte*, Gottofredus de *Hohenloe*, & alii quam plures. ACTA ſunt haec anno domini-

anno 1235. minicae incarnationis, MCCXXXV. menſe Auguſto, octauae indictionis. Datum apud *Hagenowe* anno, menſe & indictione praeſcriptis.

DIPLOMA XX.

FRIDERICI II. *imperatoris* curia *iuris* dicundi *ergo in* principum *ſocietate inſtituta in palatio* Hagenowe, *in qua litem confecit inter* Hohenlohe *&* Schipf *dominos* (quem ultimum fruſtra alii habuerunt pro ſemperfrey) *an.* 1235.

anno 1235. *In curia pro iudiciis audiendis a Caeſare inſtituta. Inter* Hohenlohe *&* Scipf *dominos*

FRIDERICVS *Dei gratia Romanorum imperator & ſemper Auguſtus Ieruſalem & Siciliae rex*. Per praeſens ſcriptum notum fieri uolumus, uniuerſis imperii fidelibus, tam praeſentibus, quam futuris, quod nobis reſidentibus, in *palatio* noſtro *Hagenowe* in generali *curia* pro *iudiciis audiendis*, aſſiſtentibus nobis plerisque principum & procerum noſtrorum, dum *Gottofredus de* HOHENLUHE comes *Romaniae*, fidelis noſter conueniret in praeſentia noſtra Ludouicum de *Sciphe*, ſuper immenſis damnis, ſibi per eum illatis, dictus Ludouicus cum eodem Gottofredo ad ſubſcriptam *conuentionem* & ſatisfactionem *gratuitam*, obtenta licentia & permiſſione noſtra deuenit, uidelicet, quod pro reſtauratione *damnorum* promiſit eidem Gottofredo, mille marcas argenti puri & boni ſoluendas, pro quibus obligauit & aſſignauit ei caſtrum SCIPHE & reditus centum talentorum Herbipolenſis monetae, ubicunque idem Gottofredus in bonis ipſius Ludouici, ſiue in proprietate, ſiue in feudis eiusdem uelit accipere, ita quod *proprietatem in* continenti per curiam noſtram ſibi tradidit & *feuda* ſtabilire promiſit, inſuper omnes homines *militaris*

de reparatione damni.

con-

conditionis utriusque *ſexus* eidem contulit, aſſignando, ſubſcriptis conditionibus & pactis in eadem traditione & aſſignatione taliter interuenientibus, quod abhinc usque ad feſtum ſancti Martini proxime uenturum, & ex tunc usque ad annum completum in eodem feſto, dictus Gottofredus & heredes ſui omnia praedicta bona cum ſuis pertinentiis pleno iure, cum hominibus in libera & quieta poſſeſſione tenebunt; ita quod ſi completo anno inſequenti feſto beati Martini praefatus Ludouicus, *mille marcas puri argenti* ſoluerit, eidem Gottfrido & heredibus eius, idem Gottofridus & heredes ſui, tam praedictum *caſtrum* quam alios reditus cum hominibus, dominis reſtituere teneantur, ſi termino praetaxato idem Ludouicus non ſoluerit praedictam pecuniae quantitatem, praedictus Gottofredus & heredes ſui praedictum caſtrum *Sciphe* cum pertinentiis ſuis & reditibus centum talentorum & hominibus *iure perpetuo*, tam *proprietatis* titulo, in his quae propria ſunt, quam *iure feudali*, in *feudalibus* retinebunt, ſine condictione & moleſtia alicujus quiete & pacifice poſſidenda. Vt autem praedicta conuentio & ſatisfactio in ſuo robore perſeueret ad eiusdem rei memoriam, praeſentem memorialem paginam fieri fecimus, & ſigillo noſtro iuſſimus communiri. Teſtes autem qui interfuerunt ſunt &c. Iidem ſcilicet, qui fuerant in praecedentibus, eodem die, locoque.

anno 1235.

Pignore caſtri Schipf.

Iuris feudalis *mentio*.

DIPLOMA XXI.

FRIDERICI II. *imperatoris codicillus, quo domino de* HOHENLOHE tutelam *dedit fructuariam filii de* Kiſelow *& in bona pupilli* expectatiuam. *Qua imperatori*

ite-

anno 1235. *iterum reſignata, donat praedia Alberti de* Tuefen *& alia loca* Rhingouiae *anno* 1235.

anno 1235. *Tutela ſ. mundeburdia a Caeſare data.*

FRIDERICVS *Dei gratia Romanorum imperator ſemper Auguſtus, Ieruſalem & Siciliae rex.* Per praeſens ſcriptum notum facimus uniuerſis imperii fidelibus, tam praeſentibus quam futuris. Quod cum nos conceſſerimus *Gottofredo* de HOHENLOHE fideli noſtro *mundobardiam* filii & bonorum quorundam *Rudolphi de Kiſelow*, qui in ſeruitio noſtro deceſſit, tenendam, donec idem filius eiusdem Rudolphi ad *aetatem legitimam* perueniret, tali conditione adiecta, ut ſi filium dicti quondam Rudolphi ſine *legitimo herede* decedere contingeret, idem Gottofredus *bona ſua* ab imperio & a nobis *in feuda*, ſicut ea dictus Rudolphus noſcitur tenuiſſe, teneat;

Cum iure expectatiuae.

Reſignatio tutelae facta Caeſari.

dictus Gottofredus *mundobardiam* ipſam ac bona eadem in noſtris *manibus reſignauit*, propter quod in *recompenſationem* eiusdem mundobardiae & bonorum praedictorum conceſſimus ei & ſuis heredibus, bona & homines, quae fuerunt alius *Alberti de Tuefen*, uidelicet apud *Wenzelbach* & in aliis locis in RINGAW, ut ea ipſa & heredes ſui, a *nobis* & *imperio* debeant *in feudo* deſerto poſſidere, per praeſentis ſcripti authoritatem mandamus; quatenus nullus ſit, qui praedictos, Gottofredum & heredes ſuos in hominibus & bonis praedictis contra praeſentis noſtrae conceſſionis paginam impetat uel moleſtet, & qui praeſumpſerit, indignationem noſtram ſe nouerit incurſurum. Ad cuius itaque conceſſionis noſtrae memoriam, praeſens *ſcriptum* fieri & *ſigillo* noſtro iuſſimus communiri. Cuius

Compenſatio eius cum bonis in Ringau. Feudis imperialibus.

ius rei teſtes ſunt dilecti principes noſtri Berchtoldus patriarcha *Aquilienſis*, Sigfridus archiepiſcopus *Moguntinus*, Conradus *Colonienſis electus*, Willetrandus archiepiſcopus *Magdeburgenſis*, Hormondus *Herbipolenſis*, Heinricus *Miſnenſis*, Roderus *Paſſauienſis*, Landolphus *Wormatienſis* epiſcopi, Bernatdus dux *Carinthiae*, Heinricus comes *Aſcaniae*, Heinricus comes de *Hennenberg*, Conradus *Burggrauius de Nurnberg*, Gottofredus & Reſtindus fratres & comites de *Ziegenhagen*, Fridericus de *Trubendingen*, Conradus de *Sindelfeldt*, Heinricus mareſchallus de *Papenheim*, alii quam plures. DATVM in *caſtris* in obſidione *Brixiae*, *anno* dominicae incarnationis 1235. *menſe* Auguſto & undecima *indictione*. *anno* 1235. 1237. *Teſtes.* *Datum in caſtris.*

DIPLOMA XXII.

WALTHERI *pincernae de* Limburc *libellus, quo ueniam rogat ab imperatore & domino de* Hohenlohe, *cui ob illata damna tradit plura* Sueuiae *&* Franconiae *loca, cum promiſſione, de non amplius offendendo, ſub poena* infamiae *&* proſcriptione, *quam ſibi ipſe dictat. an.* 1237.

ANno domini milleſimo ducenteſimo triceteſimo ſeptimo, menſe maio decimae indictionis. *Ego WALTHERVS pincerna de Limpurc* per praeſens ſcriptum notum facio uniuerſis, quod pro ſedanda *diſcordia*, quae orta erat inter me, ex una parte & dominum Gottofredum de *Hohenlohe*, ex altera, occaſione diſſenſionis ortae inter dominum meum *Fridericum* Romanorum imperatorem, ſemper Au- *anno* 1237. *Reuerſales de* Limburc. *Hohenloico datae. Offenſde in*

anno 1237. *imperatorem.* Schencken-berg, Wald-manshau-ſen, Rieth-heim, *Feuda & allodia Biberebren.*

Auguſtum Ieruſalem & Siciliae regem & regem *Heinricum* filium ſuum, dedi eidem Gottofredo caſtrum meum *Schenckenberg*, proprietatem meam in *Waldmanshofen* ad curiam in *Rietheim*, praeterea reſignaui bona, quae tenui in *feudum* ab epiſcopo *Herbipolenſi* in *Rietheim* & etiam *Wolffguthshauſen*, & bona quae tenui ab epiſcopo *Bambergenſi in Biberern* & dicto domino Gottofredo colendo e rogaui, praeterea firmiter ei promiſi, quod ubicunque ſibi placuerit de bonis meis, ei debeam dare & aſſignare, quae ualeant *annuatim viginti libras* Herbipolenſis monetae. Inſuper aſſecuro dominum meum Fridericum *imperatorem* meum predictum & regem *Conradum* filium ſuum, quod nunquam ab ipſorum *mandatis* recedam & beneplacitis, & quod nunquam in aliquo *contrarius* ero, aſſecuro inſuper dominum Gottofredum & Conradum fratres de *Hohenlohe* & filios ipſorum, de uita, membris terris & omni honore ipſorum, & quod *nunquam malum ipſorum* procurabo, per me, uel per interpoſitam perſonam, publice uel priuatim per occaſionem, malam captionem, uel etiam ſecuritatem aliquam contra eos factam, quod contra me legitime poſſit probari, *obligans* me, quodſi contra aliquam praedictorum fecero, ex tunc ſim *exlex* quod in uulgari dicitur Ehrloß und Rechtloß, & quod omnia bona mea, tam *propria* quam *feudalia* uacent collationi domini *imperatoris* & *feuda alia*, quae ab aliis habeo & teneo, reuertantur ad *ipſos* & praedicta omnia *iuramento* coram domino imperatore confirmaui. Ad cuius rei memoriam hoc praeſens ſcriptum fieri feci, *ſigillo* proprio confirmaui. Ad maio-

Reditus xx. *librarum.*

Eieratio inimicitiae erga imperatorem & Hohenloicos.

Clauſula comminatoria exlex, Ehrlos, *bannitus. Confiſcatio bonorum.*

Actum.

maiorem autem cautelam & confirmationem praedictorum ſupplicaui domino meo imperatori, ut factum m[illegible] m, ſicut ſuperius eſt expreſſum, appenſione *ſigilli* ſui confirmare de ſua dignaretur. Actum *Vlmae*, anno menſe & indictione praeſcriptis. *anno* 1237. 1241.

DIPLOMA XXIII.

CVNRADI *abbatis Herbipolitani proceſſus feudalis, in parium iudicio confectus & caſtrum Ingolſtad, Creilshemiae uicinum domino de* Hohenlohe *in feudum datum anno* 1241.

IN *nomine Domini amen.* CONRADVS *Dei gratia abbas S. Burckardi apud Herbipolim* omnibus in perpetuum praeſentis aeui generatio ſibi hoc habet innatum, ut rationabiliter & rite acta, inconſtantiae, obliuionis uel ignorantiae uitio retractare nitatur; cui ſiquidem uitio uiam praecludere cupientes, notum facimus uniuerſis tam poſteris, quam praeſentibus, quod cum quaeſtio uerteretur inter *nos* & *nobilem uirum dominum* Gottfridum de *Hohenloh* ſuper *feudo*, quod nobilis uir, dominus Albertus quondam de *Ingolſtadi* ab eccleſia noſtra tenebat, tandem habito *conſilio* domini noſtri Hermanni uenerabilis *epiſcopi*, dominorum Ottonis praepoſiti & decani Gottfridi totiusque maioris Palae *capituli* & *conuentus noſtri* accedente conſenſu, mediante magiſtro Iohanne de *Durlo* canonico *Merſeburgenſi* taliter eſt conuentum; quod *probationes* domini nobilis ſuper ipſo *feudo* legitime admitteremus. Praefatus itaque nobilis obtulit nobis *inſtrumentum* non *abolitum*, non

anno 1241. *Teſtificatum proceſſus feudalis.* *Cum nobili uiro de* Hohenlohe. *Super* Ingolſtad. *Illius probatio feudalis.*

anno 1241. non *cancellatum*, non in ulla ſua parte *uitiatum*, roboratum ſigillo bonae memoriae uenerabilis *abbatis Gottfridi* deceſſoris noſtri, continens, quod idem abbas liberaliter & benigne contulit Gernodo de *Zimmern*, Conrado de *Ebenheim*, Hermanno *Eeschen*, *feudum* memoratum, omni eo iure, quo dictus nobilis de *Ingolſtadt* ipſum tenuerat, conſeruandum ad utilitatem praefati nobilis Gottofredi & ſuorum heredum. Inſuper ad abundantem cautelam praedicti *tres milites ſacramento corporaliter* praeſtito probauerunt, ſe a domino deceſſore noſtro, iuxta formam praefatam, nulla interueniente uiolentia, eodem legitime *inueſtitos*. Nos igitur uirorum prudentum habito conſilio, recepto a dictis militibus *homagio*, ante dictum *feudum*, eo iure, quo a deceſſore noſtro receperant & prout ab eccleſia noſtra legitime tenere debent, ad manus dicti Gottfridi conſeruandum, omni coactione ſemota, de bona *conceſſimus* uoluntate praeſtito nobis ab ipſis *militibus*, *fidelitatis* iuxta *terrae conſuetudinem* ſacramento. Nomina feudi ante dicti ſunt aduocatia *Kircheim*, & nemus quod dicitur *Selbinbere*, cum aliis feudis, quae dictus nobilis de *Ingelſtadt*, ab eccleſia noſtra tenebat. Huius rei teſtes ſunt, Hermanns de *Schekenbach*, cellarius eccleſiae noſtrae, Erckenboldus *Hoſpitalarius*, Goteboldus, & Bertingus eccleſiae noſtrae uaſalli. Frater Heinricus, frater Andreas de *Hohenloh*, magiſter, Eberhardus *ſcholaſticus* noui monaſterii, Heroldus de *Rotingen*, Otto de *Gnottsſtadt*, Conrad de *Vinſterlo* milites & alii quam plures, ut autem in poſterum ceſſet omnis calumniae quaeſtio uitioſa, ſuper praefata conceſſione noſtra, *literas* praeſentes, praefato

Per inſtrumenta idonea.

Per teſtes.

Corporale ſacramentum.

Inde Hohenlohe feudo Ingolſtatt *inueſtitur. Hodie R. Por. Geierenſium pars.*

Kirchheim.

Selbinbere.

Teſtes.

to domino Gottfrido & ſuis heredibus in teſti- *anno* 1245.
monium, noſtro *ſigillo* dedimus roboratas. ACTA *Actum.*
ſunt haec in caſtro *Ingolſtadt* anno dominicae incarnationis 1241. in capitulo. Calendis Auguſti, indictione 14. feliciter Ameu!

DIPLOMA XXIV.

FRIDERICI II. *imperatoris* reuerſales *de caſtro* Schipf, *nullo unquam tempore offendendo idque in gratiam* Friderici AUSTRIÆ *ducis & dominorum de* HOHENLOHE *an.* 1245.

FRIDERICVS *Dei gratia Romanorum imperator ſemper Auguſtus, Ieruſalem & Siciliae rex,* *anno* 1245. *Reuerſales*
Per praeſens ſcriptum ad modernorum & futurorum notitiam peruenire uolumus & protendi. Quod cum, iuxta *precum* inſtantiam FRIDERICI *illuſtris* ducis *Auſtriae*, dilecti principis & *ad preces AuſtriaeD.* conſanguinei noſtri, Ludouicus de SCIPHE, no- *Schipf.*
ſtrae gratiae foret reformatus, asſiſtentibus coram nobis, Gottofredo & Conrado fratribus de *Hohenlohe*, dilectis fidelibus noſtris, quorum fi- *Hohenlohe.*
des & merita eorum *celſitudini* noſtrae continuata ſupplicatione perornantur, deuotis precibus fauorabiliter annuentes, tam ipſos, quam eorum heredes preſenti ſcripto certos reddere duximus, quod eos nullo unquam tempore, ex *nobis* uel *uiuentis* cuiusquam *ſupplicationibus*, aut inductu, per preces uel coertionem in caſtro SCIPHE *Caſtro data*
uel ſuis pertinentiis, quae idem Ludouicus ſu- *ſecuritas.*
per illatis damnis & iniuriis iisdem pro emenda & ſatisfactione contradidit, per *manus noſtras* grauabimus aut aliquando offendemus; ad cuius rei memoriam & ſtabilem firmitatem, praeſens *ſcriptum* fieri fecimus, *ſigillo* celſitudinis

anno 1245. noſtrae communitum. ACTA ſunt haec *anno* dominicae incarnationis, milleſimo ducenteſimo quadrageſimo quinto, *menſe* Iulio, tertia *indictione*. DATVM apud Veronam, anno, menſe & indictione praeſcriptis.

DIPLOMA XXV.

CVNRADI regis Romanorum reuerſales, *argumenti cum priori codicillo eiuſdem, de caſtro* Schipf *nullo unquam tempore inuadendo, licet dominus de* Schipf *iram prouocauerit Caeſaris an.* 1245.

anno 1245. *Rex Romanorum idem confirmat, quod promiſit Caeſar.*

Conradus Diui Auguſti imperatoris Friderici filius *Dei gratia in* REGEM ROMANORVM *electus ſemper Auguſtus & heres regni Ieruſalem & Siciliae.* Per praeſens ſcriptum ad modernos protendi cupimus & ad futuros; quod cum iuxta precum inſtantiam *Friderici* illuſtris ducis *Auſtriae*, dilecti principis & *conſanguinei* noſtri, Ludouicus de SCHIPHE, glorioſiſſimi Romanorum *imperatoris* domini & *genitoris* noſtri *gratiae* foret *reformatus*, aſſiſtentibus coram nobis Gotfredo & Conrado fratribus de *Hohenlohe*, dilectis fidelibus noſtris, quorum fides & merita, coram *ſerenuitate* noſtra continuata, deuotione perornantur, deuotis precibus fauorabiliter annuentes & tam ipſos quam ipſorum heredes, praeſenti ſcripto certos reddere duximus, quod eos nullo unquam tempore, ex nobis, uel uiuentis cuiusdam ſupplicationibus aut inductu, per preces uel coercionem in *caſtro* SCHIPHE uel *ſuis pertinentiis*, quae idem Ludouicus, ſuper illatis damnis & iniuriis eisdem pro emenda & ſatisfactione, per manus praedicti domini & genito-

Caeſaris gratiae reformatus.

Serenitas.

Schipf *caſtri immunitas a uindiciis.*

nitoris noſtri contradidit, grauabimus aut aliquatenus offendemus. Ad cuius rei memoriam & ſtabilem firmitatem praeſens ſcriptum fieri fecimus *ſigillo* noſtrae *celſitudinis* roboratum. ACTA ſunt haec *anno* dominicae incarnationis 1245. *menſe* Iulio, indictione tertia. DATVM *Veronae*, anno menſe & indictione praeſcriptis. *anno* 1245. 1251. *Actum & Datum.*

DIPLOMA XXVI.

CVNRADI IV. *regis Romanorum oppignoratio ciuitatum ſuarum* Rothenburgi *&* Gebſadelii *Godofredo de* HOHEENLOHE *pro* 3000. *marcis ob fidem, beneuolentiam, operas, impenſas, damna, quae* Hohenſtauffiorum *ergo perpeſſus an.* 1251.

CONRADVS *Dei gratia Romanorum in regem* electus, *ſemper Auguſtus Ieruſalem & Siciliae rex.* Per praeſens ſcriptum notum eſſe uolumus uniuerſis tam praeſentibus quam futuris, quod nos attendentes dilectionem & fidem puram, quibus *Gottofredus de* HOHENLOHE dilectus *familiaris* & *fidelis* noſter, tanquam *alumnus perſonae noſtrae* a teneris annis nobis affuit & ſemper aderit, ſicut firmiter credimus, diebus ſuis; conſiderantes nihilominus graues & multiplices *expenſas*, quas in noſtris ſeruitiis per imperium hinc inde fecit, habentes quoque pia conſideratione reſpectum ad impoſtibilia *damna* ſua, quae apud *Francofurtum* in captiuitate militiae ſuae & rerum ſuarum amiſit, nae dignoſcitur pertuliſſe, ut fauorem gratiae noſtrae ab effectu ſentiat & affectum. Ecce ciuitatem *noſtram Rotenbure & Iudaeos* ibidem commorantes, nec non & *Gebſedele* cum omnibus pertinentiis earundem, ipſi

anno 1251. *Hohenlohe Caeſaris* familiaris. *Alumnus.* *Adiutor in aerumnis.* *Oppignoratio urbium ſuae prouinciae* 1) *Rothenburgi* 2) *Gebſadel,*

anno 1251. ipſi Gottofredo de *Hohenlohe* ac heredibus pro
1252. *tribus millibus marcarum* argenti, titulo *pignoris*
pro 3000*m.* duximus obligandam tenendam, pro ſua ſumma pecuniae habendam, donec ipſi & eius heredibus de ſuper dicta pecunia ſatisfiat. Ad cuius rei memoriam praeſens ſcriptum *ſigillo* noſtro
Datum. fecimus roborari. DATVM apud *Norimberg. Anno* dominicae incarnationis, *milleſimo ducenteſimo quinquaſimo primo*, menſe *Auguſto*, nona indictione.

DIPLOMA XXVII.

GOTTFRIDI *de Hohenlohe donatio* feudi, *a uaſallo eo fine* refutati, *ut cederet* Gnadenthalenſi *coenobio an.* 1252.

anno 1252. *de Triebere.* GOTTFRIDVS *de Hohenlohe*, Per praeſens ſcriptum notum ſit omnibus, quod cum Agnes *filia* quondam domini Arnoldi de *Tierbere*, proprietatem ſuam, uidelicet duas partes curiae
Strettelnhouen. Gnadenthal coenobium. *Strettelnhouen*, prope Neüenſtein, contuliſſet coenobio in *Gnadenthal*, Arnoldus *frater* ipſius Agnetis conſimili ductus deuotione *tertiam* partem praenotatae curiae, quam tenebat a me in *feudo*, reſignans, in manibus meis, petiuit eam
Refutatio feudi pro conſenſu domini in alienando. conferri praenominato *coenobio*, quod & feci ac in teſtimonium dedi ſigillo meo praeſentes literas communitas. ACTVM & DATVM apud *Langenberc. Anno* dominicae incarnationis 1252. in calendis maii, decimae indictionis, praeſenti-
Teſtes. bus forariis meis, Cunrado de *Crutheim*, Cratone & *Boogsberg*, item Cratone de *Laſſ* & eodem Arnoldo de *Tierbere*, Heinrico de *Creilsheim*, Heinrico de *Hengesueldt*, & multis aliis probis uiris.

DIPLO-

DIPLOMA XXVIII. *anno* 1255.

WILHELMVS *rex Romanorum ueniam dat Wormatienſibus ob delicta in* papam *&* Caeſarem *commiſſa an.* 1255.

WILHELMVS *DEI gratia Romanorum rex ſemper auguſtus* dilectis fidelibus ſuis ciuibus *Wormatienſibus* gratiam ſuam & omne bonum. Propter grata *ſeruitiorum* merita, quibus nos nobis circa *ſublimationem* & exhaltationem noſtram fructuoſe & fideliter coaptaſtis & redditis ſedulos & intentos in his, per quem honor imperii procuratur, nos ex eo indigne nolentes ſinceritatem noſtram amplecti uotiua gratia & fauore, tenore praeſentium proteſtamur, quod quicquam, occaſione diſcordiae inter ſedem *apoſtolicam* & *aduerſarios* per uos contra ſedem eandem & celſitudinem noſtram & fautores noſtros commiſſum eſt, uobis de plano pure *remittimus*. Sub *protectionis* noſtrae gratia uos uniuerſos & ſingulos, tanquam dilectos fideles noſtros, ſpecialiter admittentes, concedentes uobis in robur & teſtimonium praemiſſorum praeſentes litteras, *ſigillo* impresſionis *maieſtatis* regiae communitas. Datum *Moguntiae* 2. cal. Febr. indictione 13. anno dom. 1255.

anno 1255. *Wormatia Wilhelmo R. fida, adiutrix ad imperium.*

Venia & remisſio criminis laeſae maieſtatis.

DIPLOMA XXIX.

ALEXANDRI IV. *pontificis priuilegium* Wormatiae *datum de non* euocandis *ciuibus ad iudices extraneos an* 1255.

ALEXANDER *epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filiis ciuibus Vormatienſibus ſalutem & apoſtolicam benedictionem.* Apoſtolicae ſedis benignitas ſincere obſequentium uota fidelium

anno 1255. *Wormatia papae fida.*

anno 1255. fauore beniuolo proſequi conſueuit, & illorum perſonas, quas in ſua deuotione promptas inuenit & feruentes, quibusdam titulis decentius decorare. Vt igitur ex deuotione, quam ad nos & Romanam eccleſiam habere noſcimini, ſentiatis uobis fauorem apoſtolicum accreuiſſe, ueſtris precibus inclinati, quod auctoritate literarum ſedis apoſtolicae, quae de hac indulgentia plenam & expreſſam de uerbo ad uerbum mentionem non fecerint, *trahi extra ciuitatem Vormatienſem ad iudicium nequeatis inuiti*, quam diu parati fueritis coram *ueſtro ordinario* de uobis conquerentibus ſtare iuri. Auctoritate uobis praeſentium indulgemus eadem authoritate nihilomius decernentes, ut, ſi aliquid contra huiusmodi conceſſionis noſtrae tenorem a quoquam extiterit propria temeritate praeſumptum, ſit *irritum & inane*, & ſi forte aliquae in uos hac occaſione prolatae fuerint, nullum robur obtineant firmitatis, *mandato apoſtolicae* ſedis, ſemper *ſaluo*. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtram temerario contraire, ſi quis autem hoc attentare praeſumſerit, indignatione omnipotentis DEI & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum, datum Anagrinae 13. cal. Iunii pontificatus anno *ſecundo*.

Inde priuilegium de non euocando.

DIPLOMA XXX.

VOLRADI Halberſtadienſis *epiſcopi uenditio* comitiae SEEHAVSEN *archiepiſcopatui Magdeburgico an.* 1257.

anno 1257. *Halberſtadienſis epi-*

VOLRADVS *DEI gratia Halberſtadenſis eccleſiae epiſcopus*. Omnibus praeſens ſcriptum inſpecturis ſalutem in domino Ieſu Chriſto

ſto. Ne ea, quae legitime a nobis aguntur, tollat obliuio, placuit ipſa ſcripturae teſtimonio commendari, recognoſcimus igitur & praeſentibus proteſtamur, quod nos, accedente *capituli* noſtri *conſenſu* & praecipue Hermanni *praepoſiti*, Wickeri decani, Burchardi *uice domini*, canonico de *Diepholt*, nobis a toto capitulo ad hoc ſpecialiter deputatis, quod bona fide dum a uenerabili patre domino *Rudolpho archiepiſcopo* MAGDEBVRGENSI fuerimus requiſiti, cooperari debemus eidem, qualiter a uenerabili patre domino noſtro archiepiſcopo *Moguntino* facto noſtro, uidelicet, quod *comitiam in Sebuſen* uendidimus eccleſiae *Magdeburgenſi*, benignum praebere dignetur aſſenſum. Sententias etiam, quas iam tulimus, uel, neceſſitate cogente, ferre in poſterum nos oportet pro negotio comitiae in *Marchiones Brandenburgenſes* in alios quoscunque detentores iniuſtos non debemus aliquatenus relaxare, niſi domini archiepiſcopi *Magdeburgenſis* & capituli ſui uoluntas accedat. Seruabimus etiam ſententias, ſi quas dominus *archiepiſcopus* tulerit in negotio memorato, ita, quod eos non relaxet abſque noſtro conſenſu. Renuntiabimus etiam omni actioni, ſi qua nobis competere poſſet, uel ſiquis de noſtro collegio oblitus ſalutis ſuae, uidelicet fidei datae & priuilegiorum eccleſiae noſtrae aliquid noui ſuſcitare uellet, per quod factum comitiae turbari poſſet, tali nullum praebebimus aſſenſum, imo ei reſiſtere uolumus manifeſte. Vnde ad omnia iam dicta nos cum noſtro capitulo domino *Magdeburgenſi* archiepiſcopo & ſuo *capitulo* obligauimus fide data & ne cuiquam futuris temporibus ueniant in dubium, praeſentem ſuper eo literam noſtro & capituli

anno 1257. *ſcopus cum conſenſu* capituli.

Comitia Sehauſen uenditur Magdeburgenſi.

M. Brandeburg.

anno 1257. 1265. *Teſtes.* pituli noſtri ſigillis fecimus roborari. Teſtes huius ſunt Hermannus praepoſitus *Halberſtadenſis*, Wickerus *decanus*, Borchardus uice dominus, Conradus de *Steinberg*, Albertus de *Arneſtein*, praepoſitus Heinricus de *Gronenberg*, Wernerus de *Godemburg*, Borchardus de *Quernforde*, canonici Magdeburgenſes. Et laici nobiles uiri, comes Sifridus de *Blanckenburg*, Borchardus Borggrauius de *Quernforde*, Otto de *Hatemersleue*, Gerhardus de *Gronenberg*, Volradus de *Cranicuelde*, frater domini epiſcopi Halbirſtadenſis, Heinricus de *Alisleue Dapifer*, Gerhardus de *Wederden*, Ludouicus de *Esbeeke*, Gerhardus de *Rebchowe*, Erenfridus de *Giuekenſtein*, Heidenricus camerarius de *Seburg*, Arnoldus de *Steckelenberg*, & alii quam plures clerici & laici. *Actum.* Actum in *Quedelingeburg* in domo fratrum minorum, anno gratiae milleſimo ducenteſimo quinquageſimo ſeptimo, idus Iunii *pontificatus* noſtri anno *ſecundo*.

DIPLOMA XXXI.

IRINGI *epiſcopi* Herbipolitani feudum caſtrenſe *in numis conſtitutum exſoluendumque utrique featri Hohenloico anno* 1265.

anno 1265. *Feudum caſtrenſe in numis conſtitutum* IRINGVS *Dei gratia epiſcopus Wirzburgenſis*. Nouerint uniuerſi, quod cum promitteremus dilectis nobis Cratoni & Conrado fratribus de *Hohenlohe* nobilibus pro *caſtrenſi feudo* 200. *marcas* argenti & ut eos noſtris aſtringeremus ſeruitiis, ſicut literae ſuper eo confectae continent, promiſimus, quod nos nobilem *Cratonem* *Fratribus Hohenloicis 1) Cratoni* uidelicet, infra hinc & inſtans feſtum beati *Iacobi*, ſi uoluerit pro ſuis 100. marcis excipiemus &

& abſoluemus erga *Iudaeos Herbipolenſes*, quod ſi non poſſemus, ex tunc infra feſtum beati Martini ſoluemus pro eo dictam pecuniam, cum *uſuris* & cum taxatione *Iudaeorum*, quaecunque medio tempore accreuerint,& ſi in hoc negligentes eſſemus, ex tunc in *aurea* ſatisfaciemus ei de ipſa *pecunia* & de *damnis* quaecunque accreuerint. *Conrado* uero praedicto de ſuis 2 0. marcis ſatisfaciemus infra praedictum feſtum beati Martini proximum, omnia pecunia parata, aut ſi magis uoluerit, concedemus ei de bonis *propriis* eccleſiae noſtrae ad *decem marcas* in certis redditibus, quas in *Caſtrenſi* feudo poſſideat ab eccleſia noſtra, uel obligabimus ſibi de bonis noſtris tantum, quod in eis poſſit habere annuatim in feſto Martini *quindecim* marcas. Ei ſi nos aut ſucceſſores noſtri eadem bona abſoluere uoluerimus, ſemper abſoluemus ea ante feſtum Martini, uel termini illius reditus quindecim marcas uidelicet tollet nobilis memoratus, in cuius rei euidentiam praeſens ſcriptum ſigillo noſtro dedimus communicari. *Datum anno* Domini 1265. 18. cal. Iulii, indictione 8. pontificatus noſtri anno 12.

anno 1265. 1266.

2)*Conrado.*

DIPLOMA XXXII.

PHILIPPVS de FALCKENSTEIN, *in* Rheni *uicinia prope* Donnersberg *&* Koenigſtein *imperialis camerarius* (Erb = Cämmerer des Reichs) *pro conſenſu alienandi feudum & dominio directo remiſſo, abbatiae* Fuldenſi *donant aliquos fundos cum iuribus acceſſoriis anno* 1266.

PHILIPPVS ſenior de FALCKENSTEIN, *imperialis aulae* CAMERARIVS *Philippus & Wernherus filii*

anno 1266. *Camerarius*

anno 1266. *de* Falckenſtein *filii ſui*. Actiones, quas mundus ordinat obliuionem effugere poſſunt, ſi literarum uiuamine fulciantur. Hinc eſt, quod ad uniuerſorum notitiam praeſenti pagina cupimus peruenire, quod nos reſignauimus *coniuncta manu uxorum* noſtrorum *Giſele* uidelicet & *Methildis* reuerendo domino noſtro BERTOGO abbati FVLDENSIS *eccleſia* & eius *conuentui* mediam partem caſtri *Dorfelden*, *octo* manſos ante caſtrum, *medietatem ſiluarum* & aquarum ibidem, *medietatem molendini* ibidem, *medietatem iuris patronatus* ibidem, medietatem IVDICII ibidem, tres *manſos* in Dendelo & *duo iugera* uinearum iuxta caſtrum in *Wachenbuchen*, quatuor manſos & duo iugera in *Bruchkebelo*, tres manſos in *Oſſekeim*, unum manſum & dimidium in *Hagenaue*, quatuor manſos & mediam partem *ſiluarum* ibidem, & mediam piſcariam in *Geirſtadt*, uiginti ſeptem ſolidos *Colonienſ.* in *Frondorff*, tantum in *Damſobresbuſen* quinqe *octalia* ſiliginum & quintum dimidium ſolidum *leuium nummorum* in *Ketzelſtadt*, duo octalia ſiliginum in *Nidehornes*, tredecim *maldra* caſeorum & octo ſolidos leuium in *Buchen* minori, ſeptem ſolidos leues in *Hohenſtat*, duo iugera uinearum. Item iuxta *Dorfelden* tria iugera uinearum. Inſuper diuerſos *homines* in diuerſis uillis reſidentes dicto *caſtro* attinentes in recompenſationem *Eberſtat* & bonorum attinentium, quae uendidimus dilectis nobis abbati & conuentui in *Arnesburg* pro nongentis marcis & quae a reuerendo dom. noſtro *abbate* & eius eccleſia poſſedimus titulo *feodali* & dictus D. abbas & conuentus dictam partem caſtri *Dorfelden*, cum omnibus pertinentiis ſupradictis nobis & omnibus heredibus noſtris ſucceſſiue reſtituit & con-

cum conſenſu filiorum & uxoris

medietas rerum iuriumque

donant abbatiae Fuldenſi *fundos* octalia.

Leues nummi.

pro conſenſu alienandi feuda.

Arenſperg in der Wetterau, *in cuius uicinia* Falckenſtein.

conceſſit perpetuo *feodaliter* poſſidendum, ſicut in literis ſupra notati domini noſtri abbatis & eius conuentus ſuper eo confectis patet manifeſte. *In cuius* rei memoriam ſempiternam praeſens ſcriptum *ſigillorum* noſtrorum & *uxorum* noſtrarum *Giſele & Methildis* munimine fecimus roborari. *Datum & Actum* in campo iuxta *Echerilo.* Anno Domini MCCLXVI. IIII. non. Octobris. *anno 1270.* *actum.*

S. Philippus ſenior, *S. Philippus* iunior, *S. Wernberus*, ſedens in equo galeat. cum ſcuto in quo Dota & cum gladio euagin; *S. Methildis* foemina ſtans ante ſe habens clyp. in quo rota gentil.

DIPLOMA XXXIII.

anno 1270. epiſcopus permutat fundum Zienſibus *monialibus.*

IN *nomine ſancte & indiuidue trinitatis:* THEODERICVS *Dei gratia* NVENBVRGENSIS *epiſcopus* omnibus in perpetuum. Voluitur tempus & eſt hominis uita breuis, propter quod ea, que racionabiliter nunc aguntur, cum tempore recederent, tempore ſubito recedente, niſi *ſcripture* teſtimonium ea transferret ad noticiam futurorum. Ea propter ad noticiam tam preſencium, quam futurorum uolumus peruenire, quod nos, ad inſtanciam multiplicem honorabilis uiri, domini *Theoderici prepoſiti* nec non domine *abbatiſſe*, totiusque conuentus ſancti MONIALIVM beati Stephani CYCENSIS, quatuor *manſos* ſuos in *Zwirtſowe*, nobis libere *uacantes*, per uoluntariam reſignacionem illuſtris *principis* PATRVI noſtri dilecti *Theoderici* MARCHIONIS *de* LANDESBERC, cui eosdem manſos antea reſignauerant *Conradus*, eiusdem principis notarius, nec non *Tuzemannus* & *Ludolphus*, milites, fratres eiusdem notarii, dicti *Heueſtrit*, quosque manſos prefati *prepoſitus* & ſancti *moniales* per *commutationem* quatuor manſorum ſuorum in *Neze*, ſue uriliter compararunt eccleſie, bonum in melius *Patruus epiſcopi Marchio de* Landsberg.

anno 1270. lius feliciter commutando. Ipſos prelibatos
1271. quatuor manſos cum omni *iure* & *utilitate*, quo
Contractus iidem manſi ad nos & noſtram partinebant ec-
initus cum cleſiam, in *proprium* dedimus & *donauimus* ſepe
conſenſu fi- dicte eccleſie beati Stephani in CYCE, de totius
liorum, *capituli noſtri uoluntate unanimi & conſenſu iuſto*,
capituli. proprietatis titulo perpetuo poſſidendos. Et-
ne de hac noſtra donacione cuiquam in poſte-
rum dubietas oriatur, preſentem literam deſu-
per *conſcribi* fecimus noſtri *ſigilli* munimine ro-
boratam. Nos quoque M. Dei gratia prepoſi-
tus, Th. *decanus*, totumque dicte *Nuenburgenſis*
eccleſie capitulum ad *exprimendum conſenſum*
noſtrum prenominate donacioni liberaliter ac-
ceſſiſſe, eandem literam ſigillo quo eccleſia no-
ſtra utitur iusſimus communiri. ACTVM &
Teſtes ſub- DATVM *Zangenberc* anno Domini MCCLXX,
ſcriptores. feria quinta ante diem beate *Lucie* uirginis, *in-
dictione* XIII, *pontificatus* noſtri anno XXVI, co-
ram *teſtibus* infra ſcriptis, domino Engilberto
decano, domino Bertoldo *cuſtode*, Theoderico
de *Neben*, Petro noſtro *notario*, canonico *Cycenſi*,
magiſtro Vlrico de *Ztonſch*, domino Iohanne *ca-
pellano* noſtro, Theoderico de *Lobenſtein* noſtro
notario, domino Gerhardo de *Lapide*, H. de *Hoy-
kenwalde*: Heinrico & Godofredo de *Hogeniſt*
L. de *Moſin*, H. & Th. de *Etzelſtorf*, militibus, &
aliis quam pluribus clericis & laicis fide dignis.

DIPLOMA XXXIV.

BERINGERI *de* Briſeniz *formula uendi-
tionis factae abbatiae* PORTENSI, *in Naum-
burgenſi dioeceſi an.* 1271.

anno 1271. *Proemium.* VNiuerſis *Chriſti fidelibus in perpetuum.* Du-
bium non eſt omnia omnino, que recto ge-
runtur conſilio, iure meritoque effectu & firmi-
tate

tate niti, ſed uergente in ſenium ſeculi corrupte- *anno 1271.*
la, ex fragilitate noſtri temporis ad quos fines ipſius ſeculi deuenerunt, noſtra ſepe labitur & euacuatur memoria, & humanus frequenter deficit intellectus. Inde eſt, quod retro acta negotia, ſemel deciſa ac legitime diffinita, ne alicuius deinceps ſuſpicionis aut dubitationis in ipſis reſidere poſſit occaſio, patenti thomo, & fideliſſimo ſcripture teſtimonio muniuntur. Pro- *Venditor de*
pter quod *Ego*, BERINGERVS, *miles*, dictus de *Briſeniz.*
Briſeniz litera preſenti *proteſtor*, uniuerſis ac omnibus ſignifico, quod bona ſita in uilla, *Gro-* *Groutſene.*
utſene dicta, *montem* unum cum tribus *uineis* in eodem monte ſitis cum *horto* humili eiusdem montis, cum quinque *areis*, cum *piſcaria*, que durat & ducitur a uado aut loco qui dicitur *Diſesphorth*, usque ad uillam *Studeniz*, cum ſa- *Dieſes-*
liceto & iugere ad ipſam piſcariam pertinentibus, *phort.*
inſulam etiam & ſalicetum, ſitum ſub monte *Sybotonis*, ſic dicto, cum omni iure, prouentu & utilitate *uendidi*, anno Domini MCCLXIV. in die beatorum apoſtolorum Petri & Pauli, domino *abbati* & eccleſie PORTENSIS *Cyſtercienſis* ordinis, *Emtor ab-*
Nuenburgenſis dyoceſis, cum conſenſu & conni- *bas Porten-*
uentia heredum meorum, pro centum, quinqua- *ſis.*
ginta marcis argenti, quas me fateor ab ipſa eccleſia recepiſſe, & ſuper dampnis, que ex dilatione ſolutionis predicti argenti protulis, ſecundum arbitrium diſcretorum uirorum, domini, Gun- *Auſtregae*
theri de *Bunowe*, Heinrici de *Sconenberch*, & *utriusque*
Alberti de *Hemingin*, militum, quos ex parte *partis.*
mea in *arbitros* aſſumſeram, & Volradi de *Roth*, Theoderici de *Leſten*, militum, & Heinrici de *Roſinhain*, quos eccleſia ſepe dicta item in *arbitros* aſſumpſerat, anno Domini MCCLXXI. in uigi-

lia

anno 1271. lia beate Marie Magdalene ſumma decem marcarum argenti michi ſatisfactum eſſe. Anno autem Domini MCCLXVIII. item uendidi eccleſie ſepius memorate *ſex iugera* ſita iuxta uillam *Dorindorph*, octo *areas* in eadem uilla, & nouem *uineas* in monte ueteri ſic dicto, & ipſum montem integrum cum fratectis & omni utilitate nunc in eo apparente aut in eum quomodolibet emerſura, pro octoginta *tribus marcis* argenti, quas me fateor integraliter *recepiſſe* ſine dampno. Bona autem omnia ſupra dicta utriusque emptionis obtuli ſuper ſummum altare Portenſis eccleſie, & contradidi, & appropriaui cum omni iure, dominio, prouentu, & utilitate, eidem eccleſie perpetuo poſſidenda. Ad huius rei teſtimonium preſentem literam, *ſigillo* meo & ſigillo *amicorum* meorum, de *Bunowe*, ſigillari feci, ut ex hoc ſit uiuax memoria & perhennis. DATA *Kanburht* anno Domini MCCLXXI. pridie cal. Auguſti, *indictione* XIII. Huius rei *teſtes* ſunt, *compoſitores amicabiles* ſupra dicti, Fridericus de *Muchele*, Petrus de *Nitſchitz*, Otto de *Luchowe*, & frater ipſius Heinricus, Theodericus *Bathſen*, Heinricus *Curthefrunt*, milites. Albertus de *Rode*, Heinricus de *Heringin*, & Albertus de *Scudizt*, caſtellani in *Ruthleibisberch*, Wolferus de *Bibera*, Bertoldus de *Heſillere* & frater ſuus Ekehardus, Gelfradus de *Luchowe*, milites, Hugo de *Scindinchen*, caſtellani in *Heſillere* & alii quam plures. Preterea fratres PORTENSES, Dominus Reinhardus *abbas*, Albero quondam *abbas*, Heinricus de *Bren*, Emundus *cellerarius*, Ludewicus *cantor*, Theodericus notarius abbatis *monachi*, Wernherus, Gothefridus, Fridericus *conuerſi*.

Dorindorph.

Quietantia.

Datum & ſubſcriptum.

DIPLO-

DIPLOMA XXXV. *anno* 1284.

RVDOLFVS I. *imperator Wormatienſes priuilegio munit, ab illis homicidii aut alius delicti cauſa proſcriptos, non reducendi iu urbem, Caeſarea poteſtatis plenitudine an.* 1284.

RVDOLPHVS *Dei gratia Romanorum rex ſemper Auguſtus.* Vniuerſis ſacri imperii fidelibus praeſentes literas inſpecturis gratiam ſuam & omne bonum. Cum, iuris intuitu, ad omnes regiminis ſui ſubditos regiae ſe debeat fauor benignitatis extendere, laudabilius noſcitur illis curam prouiſionis impendi, quos in omnibus *articulis efficax*, & pura *deuotionis* fides, quae non ficta reddit, in ſuis negotiis plus acceptat. Nam excellentia *regiae* poteſtatis quanto libentius ſuorum fidelium uotis aſſenſu ſuae benignitatis inclinat, tanto magis eos intemeratae fidelitatis obſequio quodam ſuae gratitudini fauoris inuitat. Eapropter nouit praeſens aetas & ſucceſſura poſteritas, quod nos *prudentes uiros*, ciues *Vormatienſes*, fideles noſtros dilectos ob deuotionem puriſſimam, qua ſemper laudabiliter in fide ualuerunt imperii ſingularis deuotionis praerogatiua non uolentes deſerere, nec uolentes quaquam *Henricum* dictum *Zipur Emerehouem* dictum *Drutt*Rhindt, qui pro crimine *homicidii*, ex leuitate animi perpetrato a dicta ciuitate *proſcripti* fuerant & exexcluſi noſtrorum *parentum* intuitu ad dictam ciuitatem gradanter receperunt beniuole pertractantes. Tamen uolumus, quod huiusmodi gratia, quae praefulſit clarius ad noſtram inſtantiam in praedictis circa quoscunque alios quos

anno 1284. *Wormatia fida Caeſari.*

Nulla uenia homicidii proſcriptis ex urbe.

anno 1284. quos deinceps reddiderit conſimilis reatus notabiles in *conſequentiam* non pertrahatur uel ipſis *ciuibus* in eorum priuilegiis, *libertatibus*, *iuribus*, *gratiis* eis ab imperatoribus & regibus *Romanenſibus* noſtris praedeceſſoribus recolendae memoriae traditis, & conceſſis, aliquod praeiudicium generet uel iacturam, ſed uolumus & regali authoritate ſtatuimus, *quod quandocunque deinceps in ipſa ciuitate Vormatienſi homicidium perpetrauerit, ab ea, & ab eius immunitate ſine ſpe obtinendae miſericordiae, uel ullo tempore reuertendi, intra immunitatem ciuitatis praedictae perpetuo ſeclaudatur.* Et nos ciuibus iisdem promittimus: *Quod nunquam ipſis commodo in exceſſu conſimili pro aliqua precamina porrigemus, uolentes etiam quod his, qui alium uulnerauerit, non laedabitur, uel conſimiles exceſſus commiſerit aut loquendo uulgariter* Huſſuchung *fecerit, iuxta priuilegia libertates iura & conſuetudines rationabiles, & honeſtas ipſis confirmamus & uolumus perpetuo inuiolabiliter obſeruari.* Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrae conceſſionis & confirmationis in aliquo praemiſſorum infringere aut ei auſu contraire, & qui fecerit, grauem noſtrae maieſtatis offenſam ſe nouerit introiuiſſe. Huius rei *Teſtes* ſunt uenerabiles Godtfridus *Patauienſis*, Conradus *Argentinenſis*, Fridericus *Spirenſis* & N. *Achſpachenſis* epiſcopi illuſtres comites, comes *palatinus* Rheni, dux Bauariae, N. filius ſuus, Rudolphus, *filius noſter*, Germanus dux *Auſtriae*, *Styriae*, Heſſo Marchio de *Baden*, Henericus Marchio de *Hapsburg*, Conradus dux de *Teckh*, nobilis uiri Eberh. comes de *Kazenelenbogen*, Fridericus Burggrauius de *Nurnberg*, item Fridericus de *Liningen*, & Frideri-

In poſterum.

Neque Caeſaris inſtituto.

Teſtes.

dericus filius ſuus, Emich de *Liningen*, Hebertus *anno* 1284.
& Burckardus fratres de *Hohenlohe*, Henricus de 1270.
Wilnaw & Ludouicus de *Ottingen* comites, item Crafft & Gottfridus de *Hohenlohe*, Godtfredus de *Brauneck*, Otto de *Ebenſtein* & Vlricus de *Hanau* & alii quam plures. In cuius rei teſtimonium praeſens ſcriptum exinde conſcribi & *maieſtatis noſtrae ſigillo* iuſſimus communiri. Datum apud *Datum*
GERMERSHEIM 7. cal. Auguſti indictione 12. A. D. MCCLXXXIIII. regni veri noſtri Anno XI.

DIPLOMA XXXVI.

CRATONIS *de* Hohenlohe, *reparatio damni* Oeringenſi *coenobio illati & acta publice poenitentia an.* 1270.

IN nomine domini amen. Nos CRATO de HOHENLOH, tenore praeſentium profitemur, quod *anno* 1270. *Confeſſio illatorum damnorum Oeringae.*
coadunata manu WILBVRGIS nobilis matronae coniugis noſtrae pro damnis & iniuriis, decano totique capitulo eccleſiae *Oringowen*, per nos illatis, *aduocatiam* omnium uinearum in parochia *Osnenburc* ſitarum, dictis decano & capitulo gratuito donauimus, ipſam coram multis probis & honeſtis uiris, tam clericis quam laicis, ſuper *aduocatiae renunciatio.*
altare ſancti Petri, libere reſignantes. Volumus itaque, ne *indignationem* omnipotentis *Dei* & beati *Petri* apoſtoli aliquatenus incurramus, ſed *agendo poenitentiam*, miſericordiam domini *Poenitentia.*
potius conſequamur, ut filii noſtri, ſcilicet *Gottofridus*, *Poppo & Conradus*, uel aliqui *heredum* *Obligatio heredum.*
noſtrorum, quos forſitan dominus adhuc daturus eſt nobis, ſiue aduocati ſeu nuncii, tam ex parte noſtra, quam motu proprio, in praefata *aduocatia* nihil iuris ſibi uendicent, ſed praelibati decanus & capitulum & eorum poſteri me-

anno 1291. moratas uineas amodo *libere* poſſidebunt. In
Teſtes. cuius rei *teſtimonium* praeſentem paginam *ſigilli* noſtri munimine fecimus roborari. ACTA ſunt haec anno Domini 1270. praeſentibus Hermanno *decano*, Ramungo *plebano*, Alberto de *Thalheim*, Wolffrano aureo, Conrado de *Heinenbere*, Thimone de *Brettheim*, Dieterico de *Pfedelbach*, Rudolpho de *Münckheim*, Wenhero de *Schefphaw*, Rezzone de *Langenburc*, canonicis ſaepe dictae eccleſiae *Oringowen*, Anshelmo *Plebano* in Koenigshouen, Hermanno Sculteto de *Rotenburc*, Zürchone milite de *Stetten*, Waltero Santiquo aduocato & aliis quam plurimis digniſſimis fide.

DIPLOMA XXXVII.

HEDWIGIS *comitis de* Ziegenhagen *uenditionis formula facta Cunrado de* Hohenlohe *an.* 1291.

anno 1291. NOs HEDVVIGIS, *comititiſſa de Ziegenha-*
Venditio *gen & Gottfridus filius eius*, praeſenti ſcri-
1) *Butthard* pto notum facimus uniuerſis praeſentibus & futuris, quod *uendidimus*, & titulo *uenditionis damus*, nobilibus uiris, domino *Cratoni* & domino *Conrado* filio ſuo de *Hohenloh* & ipſorum heredibus caſtrum noſtrum *Bouttardt* cum ſuis attinentiis quaeſitis & inquirendis & bona no-
2) *Adelsheim.* ſtra, ſi qua habemus in uilla *Aldeſcheim* & in *marchia* ipſius uillae & iure, quo ad nos ſpectabant
700. *libris.* perpetuo poſſidenda, pro pretio *ſeptingentarum* librarum, pro quo pretio ipſos in *poſſesſionem*
poſſeſſio corporalis. praedictorum bonorum inducimus *corporalem.* Ne autem ſuper uenditione noſtra huiusmodi quisquam dubietatis ſcrupulus in poſterum a quo-

quopiam ſuſcitetur, praeſentes literas *ſigillorum* noſtrorum muniminibus roborauimus. *anno* 1291. 1297.
Huius rei *teſtes* ſunt Henricus comes de *Kaſtele*, dominus Plebanus de *Kizingen*, miles dictus *Vraze*, Hermannus *Leſche*, Conradus de *Winſterloh*, Heinricus de *Tettelbach*, Enckerus de *Tierbach* milites, Heinricus Wecbelarius, Conradus de *Roſenboime*, Iohannes *Hane*, ciues *Herbipolenſes*, & plures alii. DATVM *anno* Domini 1291. in uigilia apoſtolorum Simonis & Iudae. *Teſtes.*

DIPLOMA XXXVIII.

ADOLPHI *imperatoris priuilegium*, *Wormatienſibus conceſſum*, *de* non euocando *ad iudicium curiae imperialis*, *niſi in caſu* protractae *aut* negatae *iuſtitiae anno* 1297.

NOs ADOLPHVS *Dei gratia Romanorum rex ſemper Auguſtus*, ad uniuerſorum tam praeſentium, quam futurorum notitiam uolumus peruenire, quod nos, ob *fidem impermutabilem* & praeclare deuotionis memoriam conſtantium prudentum uirorum ciuium *Vormatienſium*, quibus nos, & imperium ſunt humilibus obſequiis proſecuti, uolentes ipſos *reciproce* ſpeciali proſequi gratia & fauore ipſis, hanc gratiam duximus liberaliter concedendam ex *dono noſtro regiae maieſtatis*: uidelicet, quod eos uel aliquos ex eis *extra ciuitatem euocare*, ad nos uel *iudicium noſtrum* qualecunque & per quempiam non liceat. Quamdiu *parati* fuerint in *ciuitate ſua* de ſe querulantibus *iuſtitiam* exhibere. Si autem alicui, nobis de ipſorum ciuium aliquo querulanti, miſſo ipſis de nobis cum noſtris literis, uel nunciis non fuit de eodem inibi facta *iuſtitia*

anno 1297. *Wormatia fida Caeſari.* *Priuilegium de non euocando.* *Niſi iuſtitia dilata.*

anno 1297. *ſtitia indilata*; ex tunc idem *reus in facto* tantum eodem poteſt, & debet, & non aliter *euocari*. In teſtimonium & euidentiam praemiſſorum, ſigillum noſtrum regium praeſentibus duximus

Actum. appendendum. ACTVM & datum anno Domini MCCLXXXXVII. die exaltationis crucis regni noſtri anno 17.

DIPLOMA XXXIX.

BRVNONIS *Naumburgenſis epiſcopi donatio quorundam manſorum, facta abbatiae* Pegauienſi, *quo ſine illos in manus refutant antiſtitis uaſalli & ſubuaſalli an.* 1297.

anno 1297. *Prooemium.* IN *nomine Domini amen.* BRVNO *Dei gratia Nuwenburgenſis epiſcopus* omnibus in perpetuum. Cum hominum labilis ſit memoria, ne ea que rite fiunt ab eisdem in obliuionem deueniant, perhennari ſolent obſequio litterarum. Ea propter ad notitiam tam preſentium quam futurorum cupimus peruenire, quod cum

Emtio feudi. honorabilis dominus *Cunradus* abbas monaſterii *Pygauienſis* pro uiginti marcis & una, manſum & dimidium, ſitos in *Stontsh*, ſoluentes annis ſingulis triginta ſolidos *monete Pygauienſis*, et quadruplicis annone, duodecim *modios Pygauienſes* erga Albertum dictum Anticriſtum ciuem in *Pygauia*, emiſſet iuſto emptionis & uenditionis titulo interueniente, qui manſus & dimidius iure *proprietatis* ad nos & ad noſtram pertinuit

Quo ſine refutant illud uaſalli & ſubuaſalli *domino &* ſubdominis. eccleſiam, propter *uoluntariam reſignationem* dicti *Alberti* ſuorumque heredum factam ad *manus* Theoderici & Heidenrici fratrum de *Pubsh*, a quibus in *feodo* tenuerunt, & poſt uoluntariam reſignationem eorundem fratrum & Gertrudis matris eorundem factam ad manus dominorum

17.



walthero canonicis *Cycenſibus*, domino Hermanno de *Wildinbome*, domino Ticemanno de *Bucknitz*, & domino Iohanne de *Haninuelt* mili-

tibus,

an... in *facto* tantum

Ab

an
Pr
um

En
di.

Q
re

reſignationem eorundem fratrum & Gertru-
matris eorundem factam ad manus domino-
rum

rum *Hermanni* & *Henrici burcgrauiorum de nouo* *castro*, a quibus tenebant iure ſimili dicti fratres & deinde propter reſignationem eorundem *burcgrauiorum* ad manus noſtras factam, qui eodem iure predictum manſum & dimidium a nobis tenebant & a noſtra eccleſia ſupradicta. Nos ob *reuerentiam* Dei & honorem beati *Iacobi* apoſtoli, ad deuotam quoque inſtantiam predicti domini abbatis iam dictum manſum & dimidium *libere nobis uacantem* propter *uoluntarias reſignationes* ſupradictas, cum omni iure & utilitate, que inde prouenerunt uel in futurum prouenire poterunt, & aliis omnibus ſuis pertinentiis, predicto domino *abbati* & ſuo monaſterio *Pygauienſi* in *perpetuum* damus & tradimus *donatione* legitima de totius noſtri *capituli* unanimi conſenſu perpetuo poſſidendum. Vt igitur hec noſtra donatio robur contineat perpetue firmitatis, preſentem literam, ſuper eo conſcriptam, dari iusſimus noſtri ſigilli robore communitam. Nos quoque BRVNO *Dei gratia prepoſitus*, Cunemundus *decanus*, totumque dicte *Nuenburgenſis* eccleſie capitulum ad exprimendum conſenſum noſtrum premiſſe donationi liberaliter accesſiſſe, *ſigillum* noſtre eccleſie preſentibus ſimiliter duximus apponendum. ACTA ſunt hec preſentibus teſtibus infra ſcriptis. Domino Criſtano abbate monaſterii ſancti Georgii in *Nuenburg*, domino Friderico abbate *Puzauienſi*, domino Hermanno & domino Heinrico fratribus *burcgrauiis de nouo caſtro*, domino Gebehardo, domino Ottone de *Kolditz*, & domino Walthero canonicis *Cycenſibus*, domino Hermanno de *Wildinbome*, domino Ticemanno de *Bucknitz*, & domino Iohanne de *Haninuelt* militibus,

anno 1297.

Epiſcopus Naumburgenſis donat illud Pegauienſi abbatiae.

Conſenſu capituli.

Praepoſiti ſigillatim.

Teſtes.

anno 1297. 1300. ;ibus, domino Vlrico *plebano* ſancti Laurentii in Pygauia & domino Petro *Plebano* in *Prouin*... Theoderico & Heidenrico de *Pubsh* laicis & aliis quampluribus fide dignis. *Datum* anno Domini MCCXCVII. VIII. idus Septembris, indictione X, pontificatus noſtri, XIII.

DIPLOMA XL.

PHILIPPVS *de* Minzenberg *teſtatur, ſe* feudum caſtrenſe *in* numis *conſtitutum ab abbate* Fuldenſi *ſuſcepiſſe. Additis litteris clientelaribus ipſius abbatis anno* 1300.

anno 1300. *Teſtimonium de ſuſcepto feudo* Caſtrenſi. NOS PHILIPPVS dominus de MINTZENBERG recognoſcimus, nos & haeredes noſtros a uenerabili in Chriſto patre domino Heinrico FVLDENSIS *eccleſiae abbate* redditus *decem* marcarum nomine *Caſtrenſis feodi* recepiſſe, de quo nobis ſuas dedit literas in haec uerba: HEINRICVS *Dei gratia Fuldenſis eccleſiae abbas recognoſcimus, quod de conſenſu dilectorum in Chriſto filiorum Marquardi decani & totius conuentus noſtri nobili uiro Philippo domino de Minzenberg conſanguineo noſtro & ſuis haeredibus centum marcas denariorum Colonienſium tribus Hallenſibus pro denario computatis in perpetuum* Caſtrenſe feudum, *caſtri BINGENHEIM deputauimus in hunc modum: ut ipſe & poſt eum ſui haeredes Caſtrenſem idoneum ſibi in dicto caſtro ſubſtituant, qui cuſtodiam faciat* caſtralem & reſidentiam, *ut eſt moris, nobis & eccleſiae noſtrae & ſucceſſoribus noſtris* HOMAGIVM *praeſtiturus, & pro dictis centum marcis decem marcas annuorum redditum de precario noſtro in Fulda, quae in feſto* *S. Mi-*

Litterae clientelares abbatis Fuldenſis,

de hoc feudo in numis *conſtituto.*

S. Michaelis ſibi cedent, titulo pignoris *obligamus*, anno 1300.
& cum ſibi uel ſuis haeredibus centum marcas 1252.
perſoluimus antedictas, redditus decem marcarum praedictarum de precario in Fulda, ad nos & eccleſiam noſtram libere reuertentur; & pro eisdem centum marcis decem marcarum annuos redditus comparabunt, uel de ſuo proprio nobis & eccleſiae noſtrae tantundem redditum reſignabunt, a nobis noſtris ſucceſſoribus & eccleſia noſtra in caſtrenſe feudum dicti caſtri HAEREDITARIO *recepti.* In quorum teſtimonium *ſigillum* noſtrum appendimus & huic ſubſcripſimus. DATVM anno Domini MCCC. ſecunda feria poſt Mauritii & ſociorum eius.

(L. S.)

(ut ſupra deſcripta inſid. equo cum *gladio & clypeo* Gent.) Similes iisdem quaſi uerbis concepti *reuerſales* adſunt de anno 1302. *Philipp.* ſenior. & iunior. D. D. de *Minzenberg.*

DIPLOMA XLI.

WILHELMVS *imperator principibus* Brandenburgicis EXPECTATIVAM *ſpemque ſuccedendi largitur in* SAXONIAE ducatum, *poſſeſſore uacuum idque ad rogationem* Alberti *ipſius, ducis Saxoniae anno* 1252.

WILHELMVS *Dei gratia Romanorum rex ſemper auguſtus, uniuerſis ſacri imperii fidelibus preſentes literas inſpecturis gratiam ſalutem & omne bonum.* Illuſtrium uirorum *precibus* inclinata noſtra ſerenitas & ea que dilectorum principum uotis conpetunt per affectum, promptis deſideriis occurrit noſtra benignitas per ef- anno 1252. *Precibus Saxoniae ducis*

 fectum.

anno 1252, fectum. Supplicante ſiquidem noſtro culmini dilecto principe noſtro *Alberto* duce *Saxonie*, ut in omnibus bonis ſuis pheodalibus, que idem dux a nobis & imperio tenet, illud ius, quod uulgariter dicitur *aneuelle*, illuſtribus uiris *Ioanni* & *Ottoni* marchionibus *Brandenburgenſibus* principibus noſtris, concedere dignaremur, ita ſi predictum ducem *ſine herede* contingat decedere, uel etiamſi heredes habuerit, & eosdem infra annos *diſcretionis* uel ſine heredibus, contingerit exſoluere iura carnis. Nos itaque memorati *ducis* precibus grato & benigno concurrente aſpectu, omnia bona ſua *pheodalia*, que idem dux a *nobis* & *imperio* tenet, cum omni iure, quod *aneuelle* dicitur, ante dictis marchionibus conferimus & preſentis ſcripti teſtimonio confirmamus. ACTA ſunt hec *Brunſw.* anno gratie MCC LII. XV. Kal. Martii. indictione XI. in preſentia nobilium uirorum, Alberti *ducis* de *Brunſwig*, Burckardi de *Querenuorde* & Hermanni de *Warborch*, Heinrici de *Gartesleue*, Rychardi de *Tſerwiſt*, Heinrici pincerne de *Spandowe*, cum ceteris.

ius expectatiuae aneuelle der Anfall

conceditur Brandeb. principibus Ioanni *&* Ottoni.

Actum Brunſuici.

DIPLOMA XLII.

WILHELMVS *imperator* foeminam, *marchionibus* Brandeburgicis *nexu addictam*, concambii *iure*, *cum alia* imperiali *commutat anno* 1253.

anno 1253. *Concambium foeminarum*

WILHELMVS *DEI gratia Romanorum rex ſemper auguſtus uniuerſis ſacri imperii fidelibus preſentes literas inſpecturis gratiam, ſalutem & omne bonum.* Vniuerſitati cupimus fore notum, quod *quedam* inter nos ex *una* & nobiles uiros dilectos *principes* noſtros *Iohannem* uide-

uidelicet & *Ottonem* marchiones *Brandenbur-* *anno* 1253.
genſes ex parte *altera*, perſonarum eſt uariatio ordinata. Habuimus enim quandam perſonam *femineam*, *Vdam* nomine, uxorem uidelicet Ry- *Vdae*
chardi de Therewiſt nobis & imperio attinen- *Brandeb.*
tem, quam dictis principibus, ex conſenſu predicti Rychardi, pro alia perſona feminea, *Grita* *cum Grita*
nomine, uxore ſcilicet Heydenrici de *Hertbek* ipſis *imperiali.*
marchionibus attinente in *concambio* dedimus. Volentes, ut ipſa & eadem perſona, cum omni *poſteritate* ſua ab ipſa deſcendente, dictis marchionibus & eorum heredibus *attineat in perpetuum*, ſicut nobis & imperio uſque ad hec tempora attinebat. Et ut hec noſtre &c. ACTA & *da-* *Actum.*
tum Brunſw. anno gratie MCCLIII. XV. Kal. Martii. Indictione XI.

DIPLOMA XLIII.

WILHELMVS *imperator quaedam* caſtra, *imperio clientelaria*, feudi *iure*, *confert principibus Brandeburgicis anno* 1253.

W*ILHELMVS DEI gratia Romanorum rex* *anno* 1253.
ſemper auguſtus, *uniuerſis ſacri imperii* *conceſſio*
fidelibus, *preſentes litteras inſpecturis*, *gratiam*, *ſalutem & omne bonum*. Illuſtrium uirorum *precipibus* inclinata noſtra *ſerenitas* & ad ea que dilectorum *principum uotis* competunt per *affectum* promptis deſideriis occurrit noſtra benignitas per *effectum*. Proinde notum eſſe uolumus tam preſentibus quam futuris chriſti fidelibus uniuerſis. Quod nos caſtrum *Tſerewiſt* & ci- *feudi Tſe-*
uitatem, ac omnia alia que *Rychardus* dominus *rewiſt.*
de *Tſerewiſt* tenet a *nobis* & *imperio*, ad eiusdem Richardi preces & inſtantiam nobilibus uiris *Iohanni* & *Ottoni* marchionibus de *Brandenburg*

anno 1279. dilectis principibus noſtris contulimus *pheodali* titulo poſſidenda. Dantes ipſis &c. ACTA

Actum. *Brunſw.* anno Domini MCCLIII. XV. Kal. Martii, indictione XI.

DIPLOMA XLIV.

RVDOLFVS *imperator* Saxoniae *ducem & principes* Brandeburgicos *mandato inſtruit, reuocandi bona imperii, per* Saxoniam & Thuringiam *iniuſte alienata, an.* 1279.

anno 1279. Commiſſarii *Caeſaris in reuocandis bonis imperii principes* Saxoniae Brandeb. Brunſuicenſ.

RVDOLFVS *Dei gratia Romanorum rex ſemper Auguſtus uniuerſis imperii Romani fidelibus preſentes literas inſpecturis gratiam, ſalutem & omne bonum.* Gerentes de illuſtribus uiris *Alberto duce Saxonie*, genero noſtro, nec non de *Ioanne, Ottone & Conrado* marchionibus de *Brandenburg principibus* noſtris dilectis, fiduciam inconcuſſam, ipſis ciuitates, oppida, caſtra, munitiones, uillas, poſſesſiones & *iura quelibet* in partibus *Saxonie* & *Thuringie* ad nos & *imperium pertinentia*, que clare memorie quondam *Albertus dux Brunswicenſis* cum dilecto *Alberto duce Saxonie* ex noſtra COMMISSIONE amminiſtrauit, & rexit cum ciuitate noſtra *Lubicenſi*, committimus uice noſtra & imperii nomine fideliter dirigenda, ut quecunque *alienata* ſiue diſtracta repererint, ad *proprietatem imperii* bona fide, fideli ſtudio debeant *reuocare*, & ſe mutuo in *amminiſtratione* predicta & extra *amminiſtrationem* in ſingulis ſuis negotiis adiuuare conſilio & auxilio *manuali*. Vnde mandamus & precipimus uobis uniuerſis & ſingulis in predictis locis nobis & imperio attinentibus, quatenus memoratis principibus tanquam *adminiſtratoribus & rectoribus* noſtri

nomine

nomine in ſingulis intendatis, & ipſis *fidelitatis* exhibeatis noſtro nomine *ſacramentum*. DATVM *Wyenne* IX. Sept. Indictione VIII. Regni noſtri anno ſeptimo. *anno* 1205. 1301. *Datum Viennae.*

DIPLOMA XLV.

ADOLFVS *imperator uices ſuas confert Ottoni Brandeburgico in ciuitate* Lubecenſi *an.* 1295.

NOs *ADOLFVS Dei gratia Romanorum rex ſemper Auguſtus coram uniuerſis Chriſti fidelibus preſentem paginam audituris ſeu uiſuris.* Recognoſcimus tenore preſentium proteſtando, quod fideli noſtro *principi* & dilecto *Ottoni* marchioni Brandenburgenſi, filio quondam *Iohannis* marchionis, *noſtra* queuis *negotia* uniuerſa uidelicet & ſingula, que *regia* celſitudo noſtra cum *Burgenſibus* ciuitatis noſtre *Lubicenſis* habet tractanda in ſolidum, *commiſimus* noſtro nomine ſingulariter ac uniuerſa *placitanda* tractauerit rata penitus & inuiolabiliter obſeruari. In quorum &c. ACTA ſunt hec & data *Mulhuſen*, anno domini MCCXCV. quinto ydus Ianuarii anno III. regni noſtri.

anno 1295. *Ottoni, Iohannis filio, Lubecae placitandi ius. Actum.*

DIPLOMA XLVI.

ALBERTVS *imperator* Wormatienſes, *illi adiutores aduerſus aemulos & inimicos, laudat, pollicetur que* pacem *ſe non facturum, niſi incluſis illa* Wormatienſibus *anno* 1301.

NOs *ALBERTVS Romanorum rex ſemper Auguſtus ad uniuerſorum notitiam uolumus peruenire,* quod prudentes uiri *conſules* & uniuerſi *ciues*

anno 1301. *Conſules & ciues Wormatienſes laudantur*

anno 1301. 1304. *ciues Vormatienſes* dilecti noſtri *fideles* nobis contra noſtros inimicos ac emulos ac pacis iuratae turbatores nec non adiutores eorundem, quos *ob fidem & auxilia* nunc habent uel habebunt, in poſterum fideliter adiuuabunt, nos cum iisdem noſtris *inimicis* nullam, ipſis ciuibus Vormatienſibus excluſis, inibimus, uel aliqualiter faciemus *concordiae unionem.* Praeterea adiicimus, quodſi dictos ciues *Vormatienſes* occaſione dicti adiutorii nobis *aduerſus inimicos* praeſtandi ab inimicis aut eorum adiutoribus aliqua in poſterum *grauamina* contigerit ſiniſtre *ius belli eorundem* ipſos ad perpulſandum grauamina huiusmodi *per nos* aut noſtros *officiales*, ſi extra terminos conſecuti fuerimus, iuuabimus, & eis efficaci- *& pacis conciliundae illis non excluſis.* ter aſſiſtemus, imo ſuccurrens nobis & imperio uices noſtras ſupplebit, impendendo adiutorio *Vormatienſium* ciuibus in hac parte. In cuius rei teſtimonium hanc literam exinde conſcribi & *Datum.* *maieſtatis noſtrae* ſigillo fecimus comuniri. *Datum* SPIRÆ 2. nonarum Mai. Anno Domini MCCCI. *Regni* uero noſtri Anno III.

DIPLOMA XLVII.

MARESCALCI *de Bibere conſentiunt donationi factae abbatiae* Portenſi *an.* 1304.

anno 1304. *Marſcalci de Biberſt.* NOs *RVDOLFVS*, *Heinricus*, *Gerhardus*, fratres MARSCALCI dicti de *Bebere* recognoſcimus lucide proteſtantes omnibus hanc literam inſpecturis, quod patrueles noſtri, Heinricus, *de Gotterſtett.* Gerhardus, Theodericus, Domini de *Gozzerſtete*, uenerabili domino, *Theoderico*, abbati & ſuo *Coenobium Porta.* conuentui in PORTA quatuor Manſos ac dimidium ſitos in pago uille *Bennendorf* cum omni iure *uilla Benndorff.* & ſuis pertinenciis rite ac rationabiliter uendiderunt, ſuper qua uendicione facienda nos requiſiti

quiſiti *noſtrum conſenſum*, & aſſenſum addere decreuimus benigna ac libera uoluntate. Ad huius igitur uendicionis & empcionis pactum euidencius oſtendendum in perpetuum ac a nullo hominum deinceps infringendum preſentem paginam ſcribi fecimus & noſtris *ſigillis* communitam predicte Portenſi eccleſie dignum duximus exhiberi. DATVM & actum anno domini MCCC IIII. in capite ieiunii. Ego quoque Gerhardus, quia proprio ſigillo careo, ſub ſigillis predictorum fratrum meorum meam exprimo uoluntatem.

anno 1304. 1307.

Datum.

DIPLOMA XLVIII.

WOLTHERVS *eccleſiae* Reſenſis *decanus teſtamentum condit legatque plurimos agros & bona ad* uicariam gentilitiam (eine *blutuicarie*), *ſuis reſeruato iure patronatus ad eam uocandi & conferendi an.* 1307.

I*N nomine ſanctae & indiuiduae trinitatis. Ego WOLTERVS* dictus *Vnmalen*, decanus eccleſiae RESENSIS, ſanus & incolumis, ſecundum humanae conditionis fragilitatem, nec non *compos* mentis meae, non immemor horae meae nouiſſimae uolens ſaluti *animae meae*, meorum parentum, *conſanguineorum* amicorum, ac omnium mihi benefactorum prouidere, nec non inde propriis calamitatibus antequam ueniant obuiare ordinando & *diſponendo de rebus* meis ſeu bonis mobilibus & immobilibus ſubſcriptis ubicunque locorum ſituatis, & a quibuſcunque perſonis, teneantur ſeu poſſidentur, ad *dotandam uicariam* in eccleſia *Reſenſi* de uoluntate & *conſenſu* legitimo *doctorum meorum* uidelicet *praepoſiti* & *capituli* eccleſiae *Reſenſis* meam uoluntatem exprimo, in praeſenti condo, facio, & ordino, prout in praeſentis literae ſerie pleniſſime experientur, in hunc modum. Ita uidelicet, quod *uicarius*, qui dictae *uicariae* praefuit, *dotale* in honorem omnipotentis DEI, beatiſſime *genetricis* Mariae, B. *Catharinae* uirginis, B. *Matthiae* apoſtoli & omnium *ſan-*

anno 1307. *Wolterus in gratiam familiae dotat uicariam in eccleſia Reſinenſi ad miſſas celebrandas*

anno 1307. *ſanctorum* ſingulis feriis ſecundis totius anni dicet *uigi-*
uicarii offi- *lias* nouem lectionum cum *miſſa*, & commendatione pro
cium *defunctis* in capella ſeu *altari* B. *Catharinae* uirginis,quod
altare praedicti domini mei uidelicet *praepoſiti* totum
capitulum eccleſiae Reſenſis praedictae *uicariae* quem
dictae *uicariae* praeeſſe debebit, recte, ſponte & uolun-
tarie contulerunt, deputarunt, & aſſignarunt, feriis uero
quartis *miſſam* de B. Catharina cum collecta de S. *Matthia*,
uel e conuerſo miſſam de *B. Matthia* cum collecta de *S.*
Catharina celebrabit, diebus ſabbatis miſſam de domina
noſtra in honorem *B. uirginis* adiecta collecta pro pecca-
tis celebrabit, ſed aliis diebus ſecundum exigentiam tem-
poris, ſi ſibi uidebitur expedire, celebrabit, uolens ita-
que quod praemiſſa, prout dictum eſt, *fideliter adimpleat*
caſu neceſ- diebus ſupradictis, in altari B. Catharinae uirginis ante
ſitatis dictae niſi maximis, arduis & legitimis cauſis & nego-
tiis praepeditus fuerit, & obtentu, & nihilominus ex tunc
orando diligentius, quam poterit faciet, ſine dolo, ita ta-
men quod ipſe *uicarius* celebrabit *offertorio* primae miſ-
ſae cantato, & non autem niſi de conſenſu & uoluntate
Plebanus *plebani Reſenſis*, ne ipſi *plebano* ſeu *Rectori* eccleſiae
eiusdem ex hoc aliquod *praeiudicium* uel damnum fiat
ſeu oriatur, & quicquid ipſi uicario *ſatrificatum* fuerit &
oblatum, integrabiliter *plebano* dabit, & praeſentabit
fide praeſtita corporali, ad quam quidem *uicariam* do-
tandam perpetuo do & lego in *nomine domini & conſen-*
cum conſen- *ſu omnium meorum heredum* conſanguineorum, & ne-
ſu conſan- potum modo tacto ſuperius, ſic quod leganda & legata,
guineorum donanda & data ex nunc dictae *uicariae*, ſeu quae depu-
tauero nequaquam a quoque *alienari* ualeant, uel diſtrahi
quoquo modo, quod tamen in mobilibus fieri &
legat do- obtineri non ualebit, fiat tamen & obtineatur pront
mum melius poterit fraude & dolo quieſcente, in *ſarcinis*
Della. domum meam ſitam in *Della*, qua inhabitat *Arnol-*
dus Filius quondam *Rudgeri* ſub filia cum ſuis
attinentiis, hoc excepto, quod *Greta*, qui orans in par-
ua domo attinente dictae domui habeat *plenarium* rite
ductum in eadem conditione, uel reclamatione cuius-
cunque *uicarii* praeſentis uel ſubſequentis non obſtante.
Item do & lego ad dictam *uicariam*, dotando eandem,
agrum in agrum meum, capientem *tres modios* ſeminis, iacentem
Speldorff. in uia, quae dicit *Speldorf*, quem emi erga Arnoldum
dictum

dictum *Rutgener* ex *reſignatione* eiusdem, eius *uxoris* ac *anno* 1307. ſuorum heredum. De qua quidem *Zala* dabit praedictus uicarius *Celerario* Reſenſi pro *decima modium* ordeique defalcabit de decima Arnoldi ſupradicti, ac ſuorum heredum. *Item* do & lego dictae uicariae *agrum* meum, qui *Geus* dicitur capiente *ſex modios* feminis, ſitum iuxta aggerem quem dicit *Schurde*, de quo ſoluuntur & ſoluentur a praedicto uicario eccleſiae Reſenſis *Schurde.* *ſex den.* leueque in annuo cenſu quem quidem agrum contuli Iohanni Filio *Suederi* de *Einwick*, & numus eius uxori, ac uitae ductum, pro duobus *maldris* ordei ſingulis *Einwick.* annis in feſto B. Martini hymalis perſoluendis. *Item* do & lego dictae uicariae *agros* meos emtos erga Iacobum de *Suczwik* ſitos in campo Reſenſi & extra qui detinentur ab *Suczwik.* eccleſia *Reſenſi*, quos quidem agros ſponte & uoluntarie praedictus Iacobus ac ſui heredes reſignauerunt, coram *Remboldo* quondam decano eccleſiae Reſenſis praedictae *Remboldus* bonae memorie, & capitulo eccleſiae Reſenſis ac aliis fi- *decanus.* de dignis. De quibus quidem agris dabit idem uicarius Celario Reſenſi dimidium modium tritici modium ordei cum dimidio, modium auenae cum dimidio ac quatuór ſolidos leues denarios. *Item* do & lego dictae uicariae agros quos emi erga Thomam Fabrum ex *reſignatione* *Faber eius* eiusdem, Alcidis eius *uxois* ac ſuorum *heredum* facta co- *uxor Alci-* ram decano, & capitulo praedictis ac aliorum fide di- *dis.* gnorum de quibus ſoluentur ſingulis annis eccleſiae praedictae ſedecim denarii leues & pro decima modius ordei & modius auenae & in recompenſatione huius decimae, & cenſus habebit dictus uicarius, & recipiet de agris agrabilibus ſitos in Campo de Speldorp iuxta *Speldorp.* Gnenaker, & alibi capientibus decem modios ſeminis, qui agri poſſidentur per Theodoricum dictum Input, & Antonium dictum Svvalvvenberg *Scabinum Reſenſem* & idem dabunt uicario praedicto *tertiam* partem cenſus uidelicet ſedecim den. praetentim de quibus quidem agris ſoluet praedictus uicarius ſingulis annis pro memoriis Theodorici de *Hachenebe* quoneam decani dimidium maldrum ordei, & dimidium maldrum auenae, plebano Reſenſi, qui tunc temporis fuerit plebanus ad commemorationem eiusdem ſingulis diebus dominicis peragenda. *Item* do ac lego ad praedictam uicariam agros meis ſitos in campo de *grunen*, qui *Eruelwald* *Eruelwald.* dicun-

anno 1307. dicuntur, de quibus quidem agris perſonam meam contingentibus ſoluentur decem den. leues dimidius modius tritici, modius ordei cum dimidio, & modius auenae cum dimidio eccleſiae Reſenſi ſuperdictae. *Item* do & *allodium.* lego ad uicariam praedictam allodium meum emtum *Aarop* erga *Nezam* de *Heiden* & eius heredes ſitum *Aarop*, & alibi in parochia de *Byenen*. *Item* do & lego ad uica- *Verla* riam praedictam bona mea empta erga Gerardum *Verlam* & reſignata ab eodem, eius uxore ac ſuis heredibus, quae bona tenentur iure hereditario appoſito *Zutphanienſi* ex annuo cenſu triginta den. leuium, & duorum pa- *marca Brabant.* uorum ualentium duos denar. leues. *Item* do & lego praedictae uicariae ad dotandum altare praenotatam marcam brabant. annui cenſus, recipiendam de bonis Theodorici de Agge Clerici Siſex in Parochia de Byenen. *Item* do & lego ſuperdictae uicariae bona mea ſita in campo monumenti inferioris, quae detinentur pro annuli cenſu ab *Xantenſis eccleſia* eccleſia Xantenſi uigenti denar. Xantenſium ſeu leuium, & modio piſorum in feſto cathedrae B. Petri perſoluendorum ſingulis annis. *Item* do & lego dictae uicariae aream *aream in Speldorp* meam ſitam in Speldorp, quae tenetur ab eccleſia Reſenſi pro quatuor denar. leuibus, *Item* uolo, & ordino, *lumina altaris* quod uicarius, qui dictae uicariae praefuerit habeat reditus dimidiae marcae ad illuminandum dictum altare Catharinae nocturno tempore per circulum anni, prout in *diſtributio denarii inter uicarios* huiusmodi fieri eſt conſuetum. *Item* uolo & ordino, quod idem uicarius diſtribuat ſingulis annis in perpetuum in honorem B. genetricis Mariae, meique memoriam in feſto conceptionis eiusdem genitricis, cuilibet dominorum & uicariorum, qui primis ueſperis interfuerit unum denarium, quem monetae currentis, & in matutinis unum, & in ſumma miſſa unum, & cuilibet ſociorum choralium canoniſatorum qui dictis horis interfuerit prout dictum fuerit obulus monetae praedictae, & cuilibet ſcolarium ſuper pelliciatorum in ſumma miſſa exiſtentium leuem denarium in ſecundis ueſperis ſextarium uini ad propinandum dominis & choralibus ſupra ſcriptis, quorum reditnum luminandi & diſtributionis faciendae recipiet dictus uicarius quatuor ſolidos brab. den. in domo & *Zurch area* area *Zurch* dicti de Buſcho ſito in foro Reſenſi inter domum lapideam Frude dictae de domo lapidea ex una parte, & domum & aream Gerardi filii quondam Vinandi paſto-

paſtoris Refenſis ex altera parte quatuor ſolidos in domo & area Henrici dicti Horneken ſita in uico qui Della dici- *anno* 1307.
tur, quatuor ſolidos de domo & area, quam inhabitat Thomas faber, ſita in uico qui Einvvic dicitur, duos ſolidos ex domo & area, quae quondam erat Petri dicti Hanne, ſita in uico qui Vinſtrade dicitur, & duodecim denar. *Vinſtrade*
de domo & area in Goſ. dicti Hanne, ſic quod ſuper eſt, *uicus.*
permiſſis expletis pro ſuis laboribus habeat, & obſeruet. *Item* uolo & ordino, quod dictus uicarius pro memoria mea facienda ſingulis annis in perpetuum & Gertruidis diſtribuet fratribus, qui in uigiliis fuerunt aliquem den. & qui in miſſa & commendatione fuerint quendam den. nec non cuilibet ſocio chori emancipato denarium, qui uigiliis miſſae, & commendationis interfuit, & cuilibet ſcholarium leuem denarium, in cuius diſtributionis ſubuentionem in perpetuum faciendae ipſo die obitus mei, ut eſt dictum, recipiet duos ſolidos in domo & area Baſilii cum quinque cenſibus, ſita in uico qui *Rathrat* dicitur, in do- *Rathrat*
mo & area dicti *Leockwirſt* ſita in eodem uico duos ſolidos de domo & area Arnoldi dicti *Kreniebit* ſita in uico qui *Kreniebit.*
Nigeſtroet dicitur, duodecim denarios & uiginti leues de *Nigeſtrot,*
domo & area Hermanni dicti in gen. *Korue* ſita in uico praenotato. *Item* do & lego praedictae uicariae tres pottos ſtanneos, uidelicet dimidium ſextarium quartae *pottos ſtanneos*
& dimidium quartae. *Item* do & lego dictae uicariae duos pottos eneos, quorum unus continebit dimidium ſextarium, & alter quartam leporis. *Item* do & lego *lectum*
dictae uicariae meliorem lectum quem habeo poſt unum quem alteri legabo cum puluinari, & tribus *cuſſinis*, *culcitris* & duobus *linteaminibus*, & hanc meam ultimam uoluntatem, quoad dotationem dictae uicariae & altaris, reſignationem, *effeſtucationem* & *ſuppontationem* bonorum mobilium & immobilium deputatorum & ignotorum, & legatorum, donatorumque ipſi uicariae modo ſupra tactae conſtanter aſſero & affirmo, quam uolo ualere iure *donationis teſtamenti* uel ſaltem *codicillorum*, aut cuiuscunque alterius *ordinationis*, *clauſula codicillaris*
diſpoſitionis & *ultimae uoluntatis*, ita quod praemiſſa donata & legata dictae uicariae eandem rite & legitime dotando, quae ad me ſucceſſione paterna ſunt deuoluta, & de *peculio caſtrenſi* deriuata nequaquam ab aliquo ui- *peculium*
cario in perpetuum *diſtrahi* ualeant, modo praenotato *caſtrenſe.*

anno 1307. *reſeruatio iuris patronatus & uſus fructus* aut *alienari* quoque modo, reſeruato mihi iure *patronatus* & *uſufructu* bonorum mobilium & immobilium praedictorum legatorum, donatorum ad dictam uicariam ac *poteſtate conferendi eandem*, quamdiu uixero de conſenſu DD. meorum uidelicet praepoſiti & capituli ecclesiae meae Reſenſis *Colon.* dioeceſ. praedictae uicariae idoneo ex poſtfacto cum uoluero, & cui decreuero conferendam, qui ad iuſſum & uoluntatem meam ad praeſens quam diu uixero, infra annum, biennium uel triennium ſe faciet & ſacros ordines, prout ſolitum & conſuetum eſt, de uicariis promoueri, niſi forte eidem ex gratia & benignitate tempus *receptionis ſacrorum ordinum* uelim poſt dictum tempus *prorogare*, contradictione, uel reclamatione alicuius non obſtante, & poſt diem & horam mei obitus IVS PATRONATVS *collatio* & donatio dictae uicariae ad praepoſitum *decanum* uel *capitulum* aut ad alterum de capitulo in dignitatem conſtitutum, prout in teſtamento meo conficiendo pleniſſime inuenietur explicatum, omnino deuoluetur, ita tamen, quod dicti *praepoſitus, decanus* & *capitulum* aut alter eorum cui dictum ius patronatus, collationem, donationem & praeſentationem decreuero in teſtamento meo conſtituendum, & cui legari mature deliberauero, conferant, ſeu offerant in animas uel animam ſuam dictam uicariam uni idoneo & diſcreto ſcholari mancipato uel immancipato affiniori mihi *linea conſanguinitatis meae*, dum tamen talis *quatuordecimum annum* peregerit, aut alteri diſcreto uiro in ſacris conſtituto uel non ſeniori praedicto *ſcholari* aeque familiarem mihi quem uolo tali ſcholari praeferri in hoc, quod ipſi dicta uicaria conferatur, contradictione praedicti ſcholaris non obſtante, ſed ſi *duo* uel *plures* fuerint, qui mihi *aequaliter* affines erunt *ſeniorem & diſcretiorem* praeferri uolo in aſſecutione *uicariae* ſaepe dictae, niſi *iunior* diſcretus fuerit, & *ſacris* conſtitutus, qui temporibus ſtatutis ad praeceptum quorum uel cuius decreuero committendum ſe faciat ad ſacros ordines promoueri & perſonaliter uicaria reſideat in eodem, & cui in ſacris non conſtituto ſic de ipſa uicaria prouiſum fuerit, ſi ſcholaris extitit, uel ſenior ipſo ſcholari teneat idoneum ſacerdotem mercenarium, qui dictam uicariam deſeruiat, nec ipſa uicaria careat officianti tamdiu quouſq; idem cui prouiſum fuerit ſacerdos fiat & efficiat. Ceterum ſi, quod abſit

poſt mortem in capitulum reuoluitur

cognatus eligendus

ſit, contingat, quod ſi ſcholaris emancipatus aut non, ſeu alius idoneus clericus in linea meae conſanguinitatis non reperiatur, nec eſſe aliquo tempore uacationis dictae uicariae, & tunc uolo & ordino per praeſens, quod ipſi domini mei ſeu alter eorum, quem ut dictum eſt, ad hoc deputauero, in meo *teſtamento* dictam uicariam conferat *idoneo ſacerdoti* iam promoto, qui reſidentiam perſonalem faciet in eadem adimpleturus in uigiliis miſſis & commendationibus ſupra quod eſt annotatum, ut prouidens committat eidem in animam ſuam, quod promiſſa fideliter adimpleat, & obſeruet, quo mortuo ex poſt facto praemiſſis in ſuo robore duraturis conferentes ſeu conferens iterum diligenter inueſtigabit, & quaeret a meis conſanguineis & amicis, ſi aliquis in *linea* ſit uel fuerit meae *conſanguinitatis*, cui dictam uicariam conferant, ſeu conferat in *animam ſuam* cum temperamento tali, quod ſe ſtatutis temporibus faciet ad ſacros ordines, prout onus *uicariae* requirit, promoueri, & haec omnia & ſingula committo *dominis meis*, uel alteri eorum, cui commiſero dictum *ius patronatus* donationis & collationis *uicariae* memoratae in animas eorundem, ita quod ſi contrarium fecerint, uel meam uoluntatem in his fideliter non obſeruauerint, quod in diſtricto die nouiſſimi iudicii coram omnipotente Deo, genetrice Maria, Beata Catharina, B. Matthia ac omnibus ſanctis reddant, uel reddat de negligentia rationem ueniendo quod praemiſſa aut eorum aliqua fraude & dolo in praemiſſis omnibus & ſingulis excluſit. *In cuius* rei teſtimonium & perpetuam firmitatem habendam *Ego Wolterus decanus* praedictus praeſentes literas meo ſigillo duxi roborandas, & ad maioris roboris firmitatem & ſecuritatem rogaui *ſigillum eccleſiae Reſenſis* huic apponi, & nos *praepoſitus decanus* totumque *capitulum* eccleſiae Reſenſis praedictae, praemiſſis, dotationi, aſſignationi & collationi legitimum fauorabiliter praebentes *aſſenſum* pariter & conſenſum ac petitionem dicti noſtri decani praeſentes literas, munimine ſigillorum Eccleſiae noſtrae Reſenſis ad cauſas duximus communiri. Datum & actum Anno Domini *milleſimo trecenteſimo ſeptimo* praeſentibus honorabilibus uiris dominis Wernero de *Dernowe*, Hendrico de *Cigno*, Goſuino dicto *Koweder*, Euerhardo de *Bulby*, Wilhelmo de *Wiſchelo*, Eiſtolpho de *Munkuilen*, & Leone dicto *Imput* canonicis Reſenſibus, Ioanne de *Duisburg*, Rectore

anno 1307.

quo non exiſtente ſacerdos idoneus

poſt quem cognatus.

Confirmatio.

actum. 1307.

Teſtes.

anno 1159. ctore ſcholarum Reſenſium publico autoritate *imperiali* notario, Gerhardo & Woltero fratribus teſtibus ad hoc rogatis ſpecialiter & uocatis.

DIPLOMA XLIX.

ADELBERTVS *primus* Pomeraniae epiſcopus *confirmat donationes conuentui* GROBENSI *factas a duce* Ratiboro *eiusque coniuge per* prouincias *Pomeraniae diuerſas, unde argutiae ad ſingulares Pomeraniae* comitatus *an.* 1159.

anno 1159. *Pomeraniae primus pontifex*

IN *nomine ſanctae ac indiuiduae trinitatis Ego ADELBERTVS Dei gratia Pomeranorum primus epiſcopus omnibus tam praeſentis, quam futuri temporis ueritatem & iuſtitiam requirentibus.* Conſtat & manifeſtum eſt cunctis luce rationis utentibus, noſtrum eſſe & ad noſtri *pontificatus* diſcretionem ſpectare, *impietatis* opera inhibere & improbare pietatisque ſtudia comprobare & quo ualemus munimine firmare. Ergo freti Chriſti auctoritate, cuius *legatione* in terris *fungimur* ſimulque illius, cui dixit, *quaecunque ligaueris ſuper terram erunt ligata & in coelis* & cetera quae ſequuntur. Quoscunque uſus ſeu quecunque bona domus *Ratiboro* cum pia coniuge ſua *Pribizlawa* ECCLESIÆ ſanctae MARIÆ Sanctique GODEHARDI in GROBE domini intuitu pietatisq; affectu tradiderit eidem eccleſiae & fratribus ibidem ſecundum regulam ſancti *Auguſtini* Deo ſeruientibus priuilegio noſtro confirmamus.

quaecunque ligaueritis *formula abutitur ad confirmationes contractuum & donationum ad pias cauſas.*

Sunt autem haec. In *prouincia* WANZLO ipſa ſcilicet uilla *Groben* cum appendiciis ſuis & taberna in ipſa media prouincia forum & taberna, *theloneum* quoque de nauibus, quae transeunt per aquam iuxta caſtrum *Vznam*. In *prouincia* SCITHENE duae uillae *Rorbouiz* & *Corine* & tertia pars

Prouinciae Pomeraniae ſingulares
1) *Wanzlo*
2) *Scithene.*

pars uillae *Slauboriz* & in eadem prouincia fo- *anno* 1159.
rum & taberna. *In prouincia* GROZSVVMA uilla 3) *Grozſuma.*
Doblouiz & in foro eiusdem prouinciae taberna.
Iuxta *caſtrum* STETTIN iuxta Odoram uilla una 4) *Stettinenſi.*
Zelechoa & ante caſtrum *Viduchoua* ſuper eandem Odoram ſitum. Tertiam partem *thelonei* de omnibus nauibus, ibidem transeuntibus & piſcatura in fluuio *Thiemmiae* & dimidia piſcatura in torrente *cripinia*, quae pertinet ad uillam *Dambagora*. In *prouincia*, quoque SLIVRIM, quae 5) *Sliurim.*
pertinet ad caſtrum *Camin* uilla una ſuper mare Biſtichow. In COLVBERCH *cenſus ſalis* de ſarta- 6) *Colberg.*
ginibus dominica die & ante ipſum caſtrum taberna & in eadem prouincia duae uillae *Pobloce*, *Suelube* & theoloneum de ponte. Scilicet de unoquoque curru, qui tranſit per eum, duo *denarii Polonienſis* monetae & *panis* & de unoquoque uiro ibidem ſal coquente & per eundem pontem transeunte *denarius* cromatorum & ante ipſum pontem taberna & de alio ponte ſuper ripam *Ractua* ſimile theloneum & dimidius cenſus lignorum, quae uehuntur per fluuium Paſſauet:
Item in caſtro BELEGARDE taberna una & tertius 7) *Belegarde.*
denarius de theloneo plauſtrorum, ibi transeuntium. *His bonis* ſiue beneficiis etiam & nos addimus omnem decimationem, ſeu iuſtitiam, quae nobis debetur in uillis eiusdem eccleſiae & perpetuo iure donando eidem eccleſiae & fratribus in ea Deo ſeruientibus confirmamus. *Haec* ſi quis temerario auſu praedictae eccleſiae & fratribus ſecundum regulam ſancti *Auguſtini* & inſtitutionem ſanctae *praemonſtratenſis* eccleſiae ibidem Deo ſeruientibus infirmare, imminuere uel quocunque ſtudio attemptauerit defraudare, ſit anathema *maranatha*. ACTA ſunt haec in *Actum*

anno 1159. 1308. caſtro *Vznam* coram principibus BVOGOZLAVO & KAZIMIRO fratre eius & aliis nobilibus terrae ipſius *Oſtrobodo* caſtellano praedicti caſtri & *Dommizlo* fratre eius ceterisque quamplurimis ipſius prouinciae, quam aliarum, qui eodem tempore praeſentes erant omnes idonei ad perhibendum actae rei teſtimonium. ACTA ſunt itaque haec anno dominicae incarnationis *milleſimo centeſimo quinquageſimo nono* epacta nulla, *indictione* octaua concurrente tertia, ſexto idus Iunii.

DIPLOMA L.

Statutum abbatiae PEGAVIENSIS, *quo omnes obligantur monachi ad miſſam faciendam quotannis pro anima ſui* donatoris. *Eo etiam ſine* annuum iuramentum *praeſtant renouantque monachi de hoc anniuerſario officio non negligendo anno* 1308.

anno 1308. *Lex Pegauienſis* IN *nomine domini amen.* Nos CVNRADVS Dei gratia *abbas*, HEYDINRICVS *prior* totusque *conuentus monaſterii Pygauienſis*, ad honorem Dei omnipotentis & profectum fidelium animarum de communi uoluntate beneplacito & aſſenſu, ſtatuimus & ordinamus, ut quilibet monaſterii noſtri *monachus* in ordine uicis ſuae in eccleſia noſtra uidelicet ſancti *Iacobi unam miſſam* cottidie, ut ſingulis diebus per annos ſingulos debeat perpetuo celebrare nec licere debere alicui ſe ſubtrahere ab officio dicte *de miſſa* miſſe. Quam *miſſam* pro remedio anime domini *Tutonis* militis, nec non domine *Iutte* coniugis ſue dilecte felicis memorie, in altari St. *Georgii* martyris, ſtatuimus nichilominus cum deuotione *in ſalutem animae Tutonis & Iutae.*

uotione debita celebrari. Dum uidelicet *Tuto* predictus donauit monaſterio noſtro predicto *quatuor manſos* & dimidium ſitos in *Wirbin* ſoluentes annis ſingulis ſeptem marcas argenti, pro ſuorum remedio peccatorum noſtroque conuentui dictas ſeptem marcas ſpecialiter deputauit, ut conuentus noſter predictus competenter & abſque penuria ualeat ſuſtentari. Pro quibus *ſeptem marcis* recipi debent *ſex talenta denariorum* uſualium, de hortis ultra pontem lapideum prope ciuitatem noſtram predictam ſitis, de quibus hortis cenſus *beati Martini* ſoluitur, tria talenta & ſeptem ſolidi de *allodio* noſtro antiquo, tria talenta minus quinque ſolidis recipi debent nomine penſionis. Que *ſex talenta* ad *menſam* fratrum noſtri conuentus debent ſpecialiter pertinere, noſtrique monaſterii *cantor*, qui pro tempore fuit, dicta talenta annis ſingulis *colligere* & recipere tenebitur, & fratrum noſtri conuentus predicti uſibus, ut dictis fratribus utilius uidebitur, applicabit. *Anniuerſarius* quoque domini *Tutonis* predicti nec non uxoris ſue *Iutte* maioribus uigiliis & miſſa ſolempni cum *compulſatione* ſignorum a noſtris fratribus ſeu conuentu fideliter ac deuote tenebitur obſeruari. Predicans autem ſeptem marcas argenti in *Wirbin*, Abbas noſtri monaſterii, qui pro tempore fuit, recipere tenebitur, in utilitatem noſtri monaſterii conuertendas. Vt autem predicta *miſſa* nullatenus ab aliquo negligatur, de ipſa dicenda ſeu celebranda perpetuo in noſtra eccleſia predicta & in altari predicto cottidie, ut ſingulis diebus per annos ſingulos ſingulariter omnes *corporale* preſtitimus *iuramentum*. Addicimus inſuper ſtatuto noſtro predicto, ut nullus

anno 1308.

donatorum manſi in Wirben.

Allodium.

bona menſalia coenobii.

Annuum iuramentum.

anno 1308. 1311. monaſterii noſtri predicti *monachus* debet habere de cetero *ſtallum* in choro & locum ut uocem in capitulo noſtro niſi prius de dicenda ſeu celebranda dicta *miſſa* in ordine uicis ſue tactis ſacro-ſanctis euangeliis preſtiterit corporaliter *iuramentum*. Predictum quoque ſtatutum noſtrum ut robur obtineat perpetuum, *ſigillorum* noſtrorum munimine duximus roborandum. ACTVM & datum Pigauie anno Domini MCCC VIII. idus Iunii indictione III.

Stallus in choro.

Actum.

DIPLOMA LI.

FRIDERICI, *Thuringiae Landgrauii donatio* feudi refutati *facta, proprietario iure, abbatiae* Pegauienſi *anno* 1311.

anno 1311. IN *nomine Domini amen*. Nos FRIDERICVS *Dei gratia* THVRINGIE *landgrauius*, *Miſnenſis & Orientalis marchio omnibus ad perpetuam rei notitiam*. Ne rerum pregeſtarum memoria pereat, perhennari ſolet ſubſedio literarum. Ea propter ad noticiam tam preſentium quam futurorum cupimus peruenire, quod cum *Albertus*, *Henricus*, *Bartholomeus*, *& Albertus*, fratres dominique de *Droſchlbitz*, duarum marcarum redditus, ſitos in pago Ville *Storkelwitz*, quos a nobis in *feudo* tenuerunt, ad *manus noſtras uoluntarie* reſignarent, nos, ob reuerenciam *DEI* & beati *Iacobi* apoſtoli nec non ad deuotam inſtanciam, fratrum predictorum uenerabilibus in Chriſto, abbati ſuoque conuentui monaſterii *Pygauienſis* dictos redditus iure *proprietatis*, dedimus & tradidimus perpetuo poſſidendos, & ne huiusmodi noſtre donationis gracia auſibus *detractiuis*, aut detractorum morſibus aliquibus ualeat obfuſcari, preſentem paginam, ſub atteſtatione

Refutatio feudi Turingiae L.

in gratiam Pegauiae,

cui cedit in proprietatem.

Ad diplomata. p. 264–265.



Tom. 2.

ſtatione *teſtium* infra ſcriptorum, noſtri *ſigilli* ty- *anno* 1311.
pario communitam, abbati ſuoque conuentui 1314.
prenotatis perpetua contulimus pro cautela. Huius noſtre donationis *teſtes* ſunt fideles noſtri, dominus Otto de *Egowe*, Albertus *Knut*, Henri- *Teſtes.*
cus de *Criſſowe*, Theodoricus de *Cremowe* milites, Fridericus de *Winecke*, & plures alii fide digni. ACTVM & *datum Pygauiae* anno Domini *Actum.*
milleſimo trecenteſimo undecimo, pridie Kal. Iulii, indictione nona.

DIPLOMA LII.

FRIDERICI IV. *imperatoris inueſtitura locorum* Geilnowe, Creilsheim (*ſub ditione principatus Onoldini*) Hohnard (*caſtri, patriae meae, ditionis Halenſis Sueuorum*) *facta Cratoni de* Hohenlohe *anno* 1314.

FRIDERICVS *DEI gratia Romanorum rex* *anno* 1314.
ſemper auguſtus, uniuerſis ſacri Romani imperii fidelibus ad quos praeſentes peruenerint, gratiam ſuam & omne bonum. Ad illos ſpecialius regalis noſtrae liberalitatis munificentia ſe extendit, quos neſcit erga ſacrum *Romanum im-* *Crato de*
perium, fide perſpicuos, quae pollentes potentia *Hohenlohe.*
& opere efficaces. Sane nobilis uiri *Cratonis de Hohenlohe* fidelis noſtri dilecti fructuoſa & indefeſſa, quae nobis & imperio hucusque continuatione laudabili impendit ſeruitia & in futurum impendere poterit, prae oculis collocantes, ſibi ſuisque heredibus, ut maior imperio creſcat apud eos deuotio & augmententur ſeruitia, caſtrum *Geilnowe* oppidum *Creilsheim* *Geilnowe.*
& uillam *Hohnardt* cum omnibus ſuis iuribus *Creilsheim.*
& pertinentiis, quae quondam nobili uiro Con- *Hohnard.*
rado comiti ab *Oettingen*, dum uiueret, pertinebant,

anno 1314. 1318. *Feuda imperii.*

bant, ex *liberalitate regia* duximus concedendas, a nobis & imperio *feudali titulo* perpetuo poſſidendas. Harum teſtimonio literarum noſtrae *maieſtatis ſigilli* robore ſignatorum. DATVM in Delfs den 7. Ianuar. anno Domini 1314. regni uero noſtri anno primo.

DIPLOMA LIII.

LVDOVICVS *Bauarus imperator Wolodomaro* Brandenburgenſi *marchioni* expectatiuam *largitur in principatum* Anhaldinum *anno* 1318.

anno 1318. *Vacante imperio Anhaldino principatu is confertur Brandeburg. M. cum euentuali inueſtitura & homagio, principe Anh. inſalutato.*

LVDOVICVS *DEI gratia Romanorum rex ſemper auguſtus, nobili uiro* Bernhardo *comiti de* Anhald *fideli ſuo dilecto gratiam ſalutem & omne bonum.* Cum nos illuſtrem *Woldemarum, marchionem Brandenburgenſem principem noſtrum* dilectum de *uacante* nobis & imperio *principatu* ASCHARIE auctoritate regia *infeudauimus*, cum uniuerſis ſuis pertinentiis, pleno iure, fidelitatem tuam attentius exhortamur. Quatenus ſi quas *poſſeſſiones*, *caſtra* uel *munitiones* eidem *principatui pertinentes teneas* uel tenueris uſque modo, dicto *Woldemaro*, niſi de conſenſu ſuo expreſſo inantea poſſideas, dimittas continuo liberas & ſolutas. DATVM *Ratiſpone* XI. Kalen. Februarii anno MCCCXVIII. *regni* noſtri anno quarto.

DIPLOMA LIV.

CVNRADVS de Winſperg *in* feudum *offert abbati* Fuldenſi *uillulam* Hartshauſen *&* uiduas *duas nobilium militum, de* Gemmingen, *proprietatis iure poſſeſſas,*

ſas, ab eoque, praecedente donatione, in feudum recipit anno 1320. *anno* 1320. 1323.

Nos CONRADVS *ſenior de Winsperg dominus recognoſcimus* in his ſcriptis publice profitendo, quod ad utilitatem & honorem eccleſiae *Fuldenſis* uillulam, dictam *Hartshuſen* Dioeceſis *Herbipolenſis* cum pratis, agris, paſcuis nemoribus ac aliis uniuerſis eidem pertinentibus nec non honeſtas *uiduas*, uidelicet *uiduam* relictam quondam *Conradi* dicti *Caplan* & *Agnetem* relictam quondam Geroldi de *Gemmingen* militum cum ſuis liberis & haeredibus utriusque ſexus, quae hactenus dinoſcuntur titulo *proprietatu* poſſediſſe, ad manus uenerabilis in Chriſto patris ac domini domini Henrici *Fuldenſis* eccleſiae *abbatis* ſuo & eiusdem eccleſiae ſuae nomine libere *reſignando*, donauimus, ipſaque pro nobis & noſtris haeredibus a dicto *domino* & ſua eccleſia titulo *feodali* recepimus perpetuo poſſidenda. In quorum recompenſam dictus dominus noſter abbas *Fuldenſis* nobis ducentas *libras Hallenſium* aſſignauit. Dantes has literas ſigilli noſtri munimine roboratas in teſtimonium ſuper eo. DATVM & actum *anno* Domini *milleſimo trecenteſimo uiceſimo*, ſecundo Februarii.

anno 1310. *Hartshauſen donatur Fuldenſi*

donantur & uiduae & liberi nobilium militum

ab eoque iterum in feudum recipiuntur.

Actum.

DIPLOMA LV.

PEGAVIENSIS *coenobii teſtimonium de* donatione *inter uiuos, poſt mortem donatoris conſummanda, eo autem usque habenda in coenobio praebenda, cuius reditus & ueſtimentorum genera diuerſa enarrantur* 1) ocreae 2) caligae 3) ſocci 4) camiſia 5) femoralia 6) tunicae, *an.* 1323.

In

anno 1323.
Precaria anniuerſarii

IN *nomine Domini amen.* Nichil firmum aut ſtabile tenetur, niſi ſcripture probabili teſtimonio roboretur. Inde eſt, quod nos ALBERTVS *Dei gratia abbas*, ALBERTVS *prior* totusque conuentus monaſterii *Pygauienſis* recognoſcimus & tenore preſentium proteſtamur, quod cum comparaſſemus bona in *Priztanburg*, Conradus magiſter *piſtorum* & Hermannus *molendinarius* noſter dictus *Schunenmeiſter*, addiderunt XL. marcas pro duobis manſis eorundem bonorum, quatuor marcis inde recipiendis in feſto beati *Martini* epiſcopi annuatim & *coutendis* ad tempora uite ſue. Poſt deceſſum uero eorum ad *anniuerſarium* cuiuslibet deſeruiet una marca, dimidia uero marca de quolibet ad *ſtructuram* monaſterii conuerteretur, & *abbati* de quolibet dimidia cedet marca. Inſuper pro *fideli ſeruitio* eorundem & pro *prebenda* eis prius data uolumus, ut *comedant* & bibant *prebendam ſuam*, ſicut noſtris *dominis* miniſtratur, ubicunque uoluerint, ut in ſibi officiis deputatis, *ueſtes* ſuas recipiant tempore, quo recipiunt fratres noſtri, uidelicet in paſcha duas *oreas* quiuis eorum, & in feſto omnium ſanctorum ſimiliter *duas* cum *laneis* caligis atque *ſoccis*, in feſto uero beati Iacobi duas *camiſias* & *femoralia* ſimili modo duo, *tunicas* uero unius coloris recipiant in paſcha cum famulis noſtris, & in feſto beati archangeli Mychaelis, item, cum *anniuerſarius* Conradi agitur anniuerſarius patris ſui Gotfridi & matris eius Berchte ſimiliter peragetur. Cum uero anniuerſarius *Hermanni* agitur, anniuerſarius patris ſui Th. & matris eius Irmengardis pariter peragetur. Ne autem hec ſtatuta noſtra in obliuionem deueniant, *ſigillorum* noſtrorum appen-

magiſtri piſtorum.

couti.

ad fabricam.

coenobitae domini.

ueſtes quot annis ad ſignatae enumerantur.

ſione

ſione hanc paginam fecimus roborari. *Teſtes* omnium horum ſunt Al. prior. Iohannes *Tuchirn*, Hs. de *Mutſchowe*, Hs. de *Cyce*, Achilles, Hs. diuitis, Gotſalcus, Henricus prepoſitus in *Scolen*, Vlricus capellanus, Simon, Iohannes cantor, Hartmodus, H. de *Gline*, Iohannes prepoſitus S. & Petrus de *Orlamunde*, Iohannes *Pozzko*, Iohannes de *Nuenborg*, Tylmannus, Henricus de *Saluelt*, Henricus *Ecke*, & omnes fratres conuentus noſtri. DATVM anno Domini MCCCXXIII, indictione VI. epacta XII. concurr. V.

anno 1323. *Teſtes.* *Datum.*

DIPLOMA LVI.

WOLFFRAMI *epiſcopi* Herbipolitani *teſtimonium donationis inter uiuos omnium bonorum dominis de* Hohenlohe *ſaluis legatis & legandis an.* 1323.

WOLFFRAMVS *Dei gratia epiſcopus Herbipolenſis.* Tenore preſentium recognoſcimus publice, uniuerſis, praeſentibus & futuris, quod *Fridericus* dictus a *Hofe armiger* in noſtra preſentia conſtitutus, bonae ſuae mentis compos, & *potens ire* & *equitare*, quocunque ſibi placuerit, publice recognouit, quod uniuerſa & ſingula bona ſua, mobilia & immobilia, quaeſita & non quaeſita, quocunque nomine cenſeantur, legauit & donauit nobilibus uiris *Conrado* & *Gottfrido* de *Hohenlohe* fratribus, poſt mortem ſuam poſſidenda perpetua & habenda, ſaluis *debitis* ſuis, quae de iisdem bonis ante omnia uult ſolui, & remediis pro *anima ſua* legatis ſeu adhuc legandis, quae ſtatim uult ſimiliter expediri. In cuius rei *teſtimonium* hoc ſcriptum, ad petitionem ſuam noſtro ſigillo fecimus roborari,

anno 1323. *Fridericus a* Hof *donat ſanus & ualens, non mortis cogitatione dominis de Hohenlohe omnia bona cum onere ſoluendorum debitorum.*

anno 1324. *Datum.*

borari. DATVM *Herbipoli* anno Domini 1323. feria quarta ante feſtum paſchae proxima.

DIPLOMA LVII.

LVDOVICI *imperatoris litterae* feudales *Marchiae* Brandeburgicae *& inde pendentium feudorum* 1) Pomeraniae *ducatus* 2) *tractus* Stargardienſis 3) *comitatus* Wernigrodani *cum inueſtitura per* annulum *filii primogeniti Ludouici anno* 1324.

anno 1324. *Ludouici Bauari cura pro uiduitate Brandeburgici principatus*

NOs *LVDOVICVS Dei gratia Romanorum rex ſemper auguſtus preſentibus publice profitemur.* Quod cum omni terrarum diſpendioſe fuerint *uiduitates* & dominorum omnium uacationes periculoſe quam plurimum diuturne. Illorum tamen principatuum & terrarum qui *ſpecialiori* nexu & prerogatiuis maioribus immediatius ſacrum reſpiciunt imperium, & quorum incommodum pre aliis ipſum afficit imperium, periculoſiores non immerito iudicantur.

unde 1) *archicameratus* 2) *ducatus Pomeran.* 3) *Stargard* 4) *C. Wernigerode.*

Expedit eisdem, cum in ipſis *maius* uertatur periculum, aucius & celerius prouideri. Quapropter ne *principatus* & *marchia Brandenburgenſis* ac nobilis *archicameratus* imperii ibidem cum *ducatibus Stetinenſi* & *Deminenſi* terra *Stargarenſi comitatu Wernigerode* & omnibus aliis terris comitibus & dominiis, quae morte clare memorie quondam *Woldemari* marchionis Brandenburgenſis principis noſtri Kariſſimi, qui absque heredibus *maſculis* & premiſſorum *pheodorum* capacibus de medio eſt ſublatus, ſicut ipſa in *pheodum a* ſacro tenuit imperio *ad nos fuerunt & imperium iure pheodi deuoluta*, uiduitatis

Imperio aperta marchia

tatis incommoda diutius deplorarent, prediƈtum *anno* 1334.
principatum ac marchiam Brandenburgenſem cum archicameratu *ducatibus & dominiis* prediƈtis, nec non cum omnibus aliis que occaſione prediƈtorum prediƈtus quondam marchio *Woldemarus* tenuit & poſſedit omni modo & forma, quibus de *iure* & *conſuetudine* hec fieri debuerunt, Illuſtri LVDOVICO *filio noſtro primogenito ac heredibus ſuis, contulimus & conferimus per preſentes.* *Cum iurisdiƈtionibus, iuribus, honoribus, foreſtis, nemoribus, campis, pratis, paſcuis, aquis, piſcariis, molendinis, monetarum cuditionibus* & omnibus aliis *pertinentiis* & *attinentiis* eiusdem *queſitis & inquiſitis* quocunque nomine nuncupentur, ſicut dominus inclite memorie quondam Woldemarus marchio eadem etiam in uita ſua tenuit & poſſedit. Ipſumque & *heredes* ſuos etiam de omnibus & ſingulis premiſſis inueſtiuimus noſtre *annulo maieſtatis* omnem errorem ſeu defeƈtum in eisdem faƈtum & quamcunque ſollempnitatem obmiſſam ſupplentes de noſtre plenitudine poteſtatis. Et mandantes omnibus diƈti principatus *marchie Brandenburgenſis archicameratus ducatuum, comitatuum & dominiorum uaſallis fidelibus, ducibus*, comitibus, nobilibus, baronibus, caſtellanis officiatis, ciuibus, & omnibus aliis tam paruis quam magnis in ipſis & ipſorum pertinentiis conſtitutis, quatenus in omnibus premiſſis dominum *Ludouicum pro principe & marchione archicamerario* & domino recipiant, & pertraƈtent, ac more quondam *Woldemari* prediƈti fidelitatis preſtent omagia & obediant & intendant, ſicut maieſtatis noſtre grauem offenſam ac aculeos uindices uoluerint euitare. *In* premiſſorum ergo teſtimonium preſentes

confertur filio Caeſaris primogen.

Sub annulo maieſtatis.

Princeps marchio

anno 1324. *Actum & datum.* preſentes noſtre maieſtatis ſigillo ex certa ſcientia iuſſimus communiri. DATVM & *actum* in Nurenberg. In die ſancti Iohannis baptiſte anno Domini MCCCXXIV. regni uero noſtri anno X.

DIPLOMA LVIII.

LVDOVICI *Bauari imperatoris* expectatiua *ſiue ſpes ſuccedendi data marchionibus Brandenburgenſibus in* principatum Anhaldinum *an.* 1324.

anno 1324. *Expectatiua M. Brandeb. in principatum* Anhaldinum *maſcula poſteritate extinctum, imperioque apertum, cum regalibus* *inueſtitura & euentuali homagio.*

NOs *LVDOVICVS Dei gratia Romanorum rex ſemper Auguſtus praeſentibus publice profitemur.* Quod *principatum* in *Anhalt*, quem illuſtris *Bernhardus* princeps noſter ibidem kariſſimus in *pheodum* a ſacro tenet *imperio*, cum omnibus aliis terris & dominiis, que idem etiam iure *pheodali* ab eodem, ex quacunque cauſa, tenet *Imperio*, ſi absque heredibus *maſculis* & premiſſorum feodorum *capacibus* ipſum contingat decedere & perſoluere debitum naturale, illuſtri *Ludouico* marchioni *Brandenburgenſi* principi & primogenito noſtro kariſſimo, cum omnibus *iuribus*, *honoribus*, *iurisdictionibus*, *foreſtis*, *nemoribus*, *campis*, *pratis*, *paſcuis*, *aquis*, *piſcariis*, *molendinis*, *monetarum cuditionibus*, ac omnibus gratiis aliis *pertinentiis* & attinentiis, queſitis & inqueſitis uel inquirendis, quocunque nomine cenſeantur, ſicut predictus *Bernhardus* poſſidet eadem atque tenet *ex nunc prout ex tunc*, contulimus & conferimus per preſentes, *inueſtientes ipſum de eisdem noſtre annulo maieſtais*, ac percipientes omnibus & ſingulis dictarum terrarum *fidelibus & uaſallis*, *nobilibus*, *caſtellanis*, *ciuibus* & omnibus aliis, tam magnis quam

quam paruis, cuiuscunque conditionis aut ſtatus exiſtant. Vt ex tunc dicto Ludouico marchioni *Brandenburgenſi* pro ſe & heredibus ſuis *fidelitatis* preſtent *homagia*, ipſumque pro ſuo *domino* recipiant & pertractent & in omnibus fideliter obediant & intendant. Sicut noſtrę maieſtatis grauem *offenſam* & aculeos uindices uoluerint euitare. In cuius &c. DATVM *Nurenberg* feria IIII. ante Michaelis anno domini MCCCXXIIII. *regni* noſtri anno X. *anno 1324. 1325.* *Datum.*

DIPLOMA LIX.

LVDOVICI *imperatoris litterae inueſtiturae C. de* Schwarzenburg *de* feudis imperii. *Quae illi non ex* lege, *licet paterna fuerint, ſed* noui *inſtar* beneficii *ex gratia conferuntur an.* 1325.

LVDOVICVS *Dei gratia Romanorum rex ſemper Auguſtus nobili uiro* Henrico *comiti de* SCHWARZBVRG, fideli ſuo dilecto gratiam ſuam & omne bonum, attendentes obſequia, quae quondam *Henricus* comes de *Schwarzburg* pater tuus *fidelis* noſter dilectus, nobis & illuſtri *Ludouico* marchioni *Brandenburgenſi* principi & primo genito noſtro chariſſimo in marchia fructuoſe impendit, & quae tu nobis & dicto primogenito noſtro, in eadem *Marchia* impendere *debes & poteris* in futurum, tibi, fratribus ac patruis uiris uniuerſa & ſingula *feoda*, quae ante dictus quondam *pater* tuus, a nobis & *imperio in feodum* tenuit & recepit, *inſimul & coniunctim* conferimus per praeſentes. DATVM *in Amberg* feria ſexta ante oculi anno domini *milleſimo trecenteſimo uiceſimo quinto* regni uero noſtri undecimo. *anno 1325. Schwarzenburg debet M. Brandenb. obſequi.* *Inſimul & coniunctim collatum feudum.* *Datum.*

anno 1328.

DIPLOMA LX.

LVDOVICI *Bauari literae* clientelares, ampliori *formula*, *filio* Ludouico *primogenito ſcriptae*, *de collato electorali principatu* marchiae Brandeburgicae *ſub ſymbolo* ſceptri *atque* uanuli *ſeu* uexilli *anno* 1328.

anno 1328. Brandeburgicus principatus,

NOs *LVDOVICVS Dei gratia Romanorum imperator ſemper Auguſtus.* Etſi regnorum, ducatuum, principatuum, comitatuum & quorumlibet dominiorum Romano imperio ſubiectorum bone diſpoſitioni & ordinationi, magne ſollicitudinis ſtudio intendere teneamur. Quatenus, ipſis in ordine poſitis, totus orbis & habitantes in eo, ſui ſtatus ordinem & regimen conſequantur. Circa principatus tamen, qui *ſacri imperii* ſunt *cardines* & *columpne*, quales ſunt *principatus*, quibus ius pertinet *eligendi principem Romanorum*, eo amplius oportet intendere, quo ex eorum bona prouiſione ſuſtentatur imperium, *regitur mundus*, & fulciuntur alii principatus. Sane uacante imperio principatu *Marchie Brandenburgenſis* per obitum *Woldemari* olim marchionis Brandenburgenſis, de cuius *femore* uel domo nullus deſcendit uel ſuperſtes fuit heres *ſexus*, ut oportuit, *maſculini*, uolentes ipſi marchie, que etiam *archicameratus* exiſtit imperii, prouidere ſalubriter & etiam in bono regimine ponere atque ſtatu, *Illuſtrem* LVDOVICVM *filium* noſtrum *primogenitum*, non ex *affectu* naturali, ſed ſacri imperii, cui deſiximus cor noſtrum, ut ſuper omnia eius augmento & profectui intendamus, *utilitatis* reſpectu, de *aſſenſu principum electorum* & principum & pro-

cardo & columna imperii,

imperio uacat

eſt maſculinus inſtructus archicamerariatu.

Ludouico Boio confertur cum principum conſenſu

procerum imperii, *predicte marchie* fecimus & prefecimus marchionem. Conferentes eidem ac *infeodantes* & *inueſtientes* eum de *principatu* & *archicameratu*, cum omnibus *iuribus*, *iurisdictionibus*, *honoribus*, *ciuitatibus*, *caſtris*, *terris*, *bonis*, *hominibus* & aliis uniuerſis ipſi *marchionatui* ſpectantibus per SCEPTRVM REGALE, ſub *uannulis & uexillis*, ut eſt moris, uere ſcientes, quod ipſe *filius* noſter, conſanguiniorum, affinium & amicorum ſuorum per gyrum reſidentium, & nobilium ac ciuitatum marchie, qui plurimum ſibi fauebant, noſtreque uirtutis preſidio, dicte marchie & in ea habitantibus pre aliis utiliter preeſſe poterat pariter & prodeſſe. Verum ex proceſſu temporis filium noſtrum marchionem predictum, uidentes aperte dediſſe & dare operam ſollicitudinis & laboris, ut ipſa *marchia uetus* gubernaretur & eius fidelibus cuncta augerentur proſpera & ſtatus ipſius roboraretur iudicio & uirtute. Ex quo Deus omnipotens ad ſummum *imperialis* culminis ſui gratia nos prouexit & regnum noſtrum ac ſolium confirmauit, ob eius *filii noſtri merita* glorioſa ſtatum & *principatum* ſuum imperialis auctoritatis munificentia dignum duximus ſolidandos. *Nobilium* ergo *comitum* & *magnatum* nec non *ciuitatum* potiorum *marchie* & ipſius principis & filii noſtri kariſſimi deſideriis & porrectis nobis petitionibus fauorabiliter annuentes imperialis maieſtatis auctoritate ſuffulti conceſſionem, *inpheodationem & inueſtituram* eidem filio noſtro de *marchionatu*, *principatu* & *archicameratu* marchie Brandenburgenſis predictis cum omnibus *iuribus*, *iurisdictionibus*, *honoribus*, *ciuitatibus*, *caſtris*, *terris*, bonis & *hominibus* & aliis ipſius marchie

anno 1328.

cum omni iure ſupremo

Feudum ſceptri & uanuli *ſ. uexilli.*

& ſubiectis marchie comitibus

anno 1328. chie pertinentibus uniuerſis dudum, ut premittitur, per nos factas, innouamus & omnia premiſſa eidem iterum de *nouo* concedimus, eumque *infeodamus* & *inueſtimus*, ſicut prius de omnibus & ſingulis antedictis. Volentes, ut hec noſtra innouatio & noſtra noua conceſſio, *infeodatio* & *inueſtitura*, cum ipſa prima conceſſione, infeodatione & inueſtitura perpetuam obtineat roboris firmitatem, nullius *legis* uel *iuris* editione uel conſuetudinis obſeruantia, hiis contrariis obſtantibus, de quibus oporteat expreſſam fieri mentionem, *quibus* quoad preſentem caſum *derogamus* expreſſe & eſſe uolumus *derogatum*, ac ſupplentes omnem *ſollempnitatem* in prima noſtra conceſſione, *infeodatione* & *inueſtitura* & in nunc noſtra innouatione inueſtitura omiſſa, de *plenitudine noſtre imperatorie maieſtatis poteſtatis*. Ceterum omnia & ſingula ſupraſcripta approbamus, laudamus, ratificamus & ex certa ſcientia de poteſtatis eiusdem plenitudine confirmamus, ſtatuentes & decernentes, ut huiusmodi noſtra *conceſſio*, *impheodatio*, *inueſtitura*, *innouatio*, *approbatio*, *laudatio*, *ratificatio & confirmatio*, in omni ſui parte eandem & parem uim habeant & effectum, ac ſi ſecundum *iuris ordinem conſuetudinis marchie* & cuiuslibet alterius morem & quamlibet imperii *ſollempnitatem* uel neceſſitatis caſu regulariter & ordinatiſſime proceſſiſſent. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc noſtre *conceſſionis*, *infeodationis*, *inueſtiture*, *innouationis*, *approbationis*, *laudationis*, *ratificationis & confirmationis* paginam infringere uel ei auſu temerario contraire. Si quis uero hoc attemptare preſumpſerit, grauem indignationem noſtram ſe nouerit incurſurum. Et

inueſtitura noua eaque repetita

ex plenitudine poteſtatis,

diſſolutis, quae uideantur obeſſe.

Et in teſtimonium omnium premiſſorum preſentes conſcribi & bulla noſtra aurea iuſſimus communiri, & ſignum noſtrum conſuetum apponi fecimus, preſentibus teſtibus ſubnotatis, uidedelicet *Rudolfo* duce BAVARIE, principe & patruo noſtro kariſſimo, Heinrico BRVNSVICENSI & Ludouico de *Tecke* ducibus, Vlrico Lantgrauio *Alſatie*, Friderico Burggrauio de *Nurenberg*, Meinhardo de *Ortenburch*, Ottone de *Orlamunde*, Hermanno de *Caſtel*, Conrado de *Truhendingen*, & Iohanne *filio* Burggrauii ſupradicti comitibus, nec non nobilibus uiris Conrado de *Slüzzelburg*, Alberto Humel de *Lichtenberg* marſcalco noſtro, Engelhardo de *Winsperg*, Andrea & Gotfrido de *Brunek*, Heinrico de *Preiſingen*, magiſtro curie noſtre, nec non nobilibus Romanis, Iacobo dicto Serra de *columpna*, Iacobo de *Sabellis* ſenatoribus, Manfredo de *Vico*, alme urbis prefecto & Thebaldo de ſancto *Euſtachio* ad pleniorem certitudinem premiſſorum. DATVM & *actum* *Rome* apud ſanctum Petrum, duodecimo die menſis Februarii, anno dominice incarnationis MCCCXXVIII. Indictione XI. regni noſtri anno quartodecimo, imperii uero anno primo. Et ego Hermannus de Lichtenburg ſcolaſticus eccleſie *Spirenſis*, nec non *prepoſitus* eccleſie ſancti Ieronimi extra muros eiuſdem, nomine & domini Henrici archiepiſcopi COLONIENSIS archicancellarii *cancellarius* preſentibus interfui & manu ſubſcripſi.

anno 1328. *Teſtes.* *Datum.*

DIPLOMA LXI.

LVDOVICI *imperatoris nouae litterae feudales cum inueſtitura & confirmatione omnium regalium & priuilegiorum principatus Bran-*

anno 1328. *Brandenburgici*, *filio eius primogenito conceſſi. Anno* 1328.

anno 1328. *Marchiae inueſtitura*

LUDOVICVS Dei gratia Romanorum imperator ſemper auguſtus illuſtri LVDOVICO *marchioni* BRANDENBVRGENSI principi & primogenito ſuo kariſſimo gratiam ſuam & omne bonum. Firmauit dominus regnum noſtrum, ponendo nos in ſummum gradum imperatorie dignitatis, ut *ſubiectis* nobis *regibus*, *principibus*, *comitibus*, *dominis* & aliis uniuerſis iura ipſorum & priuilegia confirmemus & ipſos manuteneamus & foueamus in ſua iuſticia noſtra potentia & uirtute. Sane cum tu in *regimine marchionatus marchie Brandenburgenſis*, cuius dudum tibi *principatum* contulimus & aliis tibi collatis & conceſſis *regalibus* ſcriptis noſtris ad honorem tuum & noſtrum, ac ſacri imperii fidelium & ſubditorum tuorum profectum, talem *te* exhibueris & habueris pro pridem tibi tradita & collata uberioris gratie noſtre dono, ad ampliorem roboris *firmitatem*, tibi debeant merito confirmari, non indignum credimus, quin tibi de *noſtre poteſtatis plenitudine*, in quam uocati ſumus, de premiſſis & aliis predeceſſorum noſtrorum Romanorum imperatorum & regum *gratiis*, *conceſſionibus*, *priuilegiis*, *olim marchionibus Brandenburgenſibus & marchie collatis*, prouideamus, de opportune confirmationis preſidio, ad ampliorem illorum omnium firmitatem, & tui ſecuritatem certius obtinendam. Ad *tuam* igitur & *nobilium* ac *magnatum*, nec non *ciuitatum*, oppidorum & caſtrorum marchie *uotiuam* petitionem, omnia *priuilegia*, *conceſſiones*, *gratias*, *immunitates*, *libertates*, & *iura* per noſtras regales literas, uel per quemcunque predeceſſorum noſtrorum Romanorum imperatorum

repetita cum regalibus

& omnibus priuilegiis ac praerogatiuis,

torum & regum, *priuilegia & indulta*, *conceſſas* & *conceſſa*, tibi, marchionibus & marchie ſupradictis, ex certa ſcientia confirmamus, ratificamus & approbamus, ac iterum de *nouo* concedimus de plenitudine imperatorie poteſtatis, ſupplentes eadem poteſtate *omnem defectum* & ſollempnitatem in prioribus noſtris & predeceſſorum noſtrorum predictorum literis uel priuilegiis omiſſum. Non obſtantibus *legibus* uel *conſuetudinibus* quibuscunque, quibus omnibus, quantum ad hoc, de certa ſcientia derogamus & eſſe uolumus derogatum. Tantum uolentes, quod ſine contradictione qualibet, oppoſitione uel inſtantia perfectum robor habere debeant & effectum. Nulli ergo omnino homini liceat hanc noſtram paginam in aliquo uiolare uel ei quomodolibet contraire. Siquis uero hoc attemptare preſumpſerit, indignationem noſtram & grauem maieſtatis noſtre offenſam ſe nouerit incurſurum. *In* cuius rei teſtimonium preſentes conſcribi & *bulla* noſtra *aurea* cum *imperiali ſigno* & annotatione *ſubſcriptorum teſtium* iuſſimus communiri, uidelicet Rudolfi ducis *Bauarie* principis & patrui noſtri kariſſimi, Heinrici ducis *Brunſuicenſis*, Ludouici ducis de *Teke*, Vlrici Lantgrauii *Alſatie*, Meinhardi comitis de *Ortenburg*, Fridrici Burggrauii de *Nurenberg*, Ottonis de *Orlamunde* comitis Alberti dicti Humel de *Lichtenburg* marſcalci noſtri. Conradi de *Truhendingen*, comitis, Conradi de *Sluzzelburg*, Engelhardi de *Winsperg*, Andree & Cofridi de *Brunek* magiſtri, Vlrici Wildonis protonotarii noſtri. DATVM & *actum Rome* apud ſanctum Petrum XVIII. die menſis Februarii, XI. indictione, anno domini MCCCXXVIII. regni noſtri anno quar-

anno 1328.

Suppleto omni iuris defectu.

Teſtes.

Datum.

anno 1328. quarto decimo, imperii uero primo. Et ego Hermannus &c. ut ſupra.

DIPLOMA LXII.

LVDOVICVS *Bauarus imperator Marchionatui* Brandeburgico, *beneficiario iure, confert omnes terras* Poloniae, *imperio Germanico ſubtractas, cum iure illas recuperandi inneƈtendique principatui electorali anno* 1328.

anno 1328. *Polonorum imperio Germanico rebellium bona* LVDOVICVS *Dei gratia Romanorum imperator ſemper Auguſtus, illuſtri LVDOVICO marchioni* BRANDENBVRGENSI *principi & primogenito ſuo kariſſimo, gratiam ſuam & omne bonum.* Sunt nonnulli de regno *Polonie* principes, nobiles, magnates & etiam militares, nec non communitates, uniuerſitates ciuitatum, caſtrorum, oppidorum pariter & burgorum, qui *mentientes* & *poſtergantes* fidem nobis debitam & imperio, *rebellionis* ſpiritum aſſumſerunt. Cumque tales tamque ingratos & *criminis leſe maieſtatis* reos de ſingulis bonis temporalibus, *ſententialiter pronunciauerimus & tibi ac ſucceſſoribus tuis inuadenda, occupanda & in ius veſtrum & dominium reducenda*, ea conceſſerimus auctoritate imperiali tibi & *adſcripta marchionatui Brandeburgico* ipſis *ſucceſſoribus* tuis *marchionibus Brandenburgenſibus* & ueſtris *heredibus* omnia & ſingula bona, *ciuitates, terras, caſtra, burgos & bona* quecunque, que ab huiusmodi *rebellibus* euincetis *fortitudine*, *violentia* uel alio quouis modo *cum facultate, illa redigendi in poteſtatem.* *uobis & principatui marchie*, damus, confirmamus & in pheodum perpetuum concedimus; a nobis & ſacro imperio iuſti *pheodi* titulo, perpetuo poſſidenda. Nulli ergo omnino homini liceat

liceat hanc noſtre donationis, conceſſionis, confirmationis & inpheodationis paginam infringere uel ei auſu aliquo temerario contraire. Si quis uero *attemptare* preſumpſerit, indignationem noſtram ſe nouerit incurſurum. In teſtimonium omnium premiſſorum preſentes *conſcribi* & *bulla* noſtra *aurea* iusſimus communiri, & ſignum noſtrum conſuetum apponi fecimus, preſentibus tamen teſtibus ſubnotatis, uidelicet Rudolfo duce *Bauarie* principe & patruo noſtro karisſimo, Henrico duce *Brunſuicenſi*, Ludouico duce de *Tek*, Vlrico Lantgrauio *Alſatie*, Friderico Burggrauio de *Nurenberg*, Meinhardo comite de *Ortenburg*, Ottone de *Orlamunde*, Hermanno de *Caſtel*, Iohanne de *Claramonte*, & Iohanne *filio Burggrauii* ſupradicti comitibus, nec non nobilibus uiris Conrado de *Sluzzelburg*, Alberto dicto *Humel* de Lichtenburg mareſcalco noſtro, Engelhardo de *Winsperg*, Conrado Truhendingen, Andrea & Gotfrido de *Brunek*, Heinrico de *Preiſingin*, magiſtro curie noſtre, Petro *Satthern* de Petramala, magiſtro Vlrico imperialis aule prothonotario, nec non nobilibus Romanis Iacobo *Serre* de *Columpna*, Iacobo de *Sabellis* ſenatoribus, Maufredo de Vico, alme vrbis prefecto & Theobaldo de ſancto Euſtachio, ad pleniorem certitudinem premiſſorum. DATVM & *actum Rome* in imperiali palatio Lateranenſi VIII. die menſis Februarii, anno incarnationis dominice MCCCXXVIII. Indictione XI. regni noſtri anno XIIII. imperii uero primo. Et ego Hermannus de Lichtenberg &c. ut ſupra.

anno 1328. *Teſtes.* *Datum*

DIPLOMA LXIII.

LVDOVICVS *Bauarus Marchionatui* Bran-

anno 1328. deburgico *donat omnes terras Poloniae, imperio rebelles ab eoque auulſas anno* 1328.

L*VDOVICVS Dei gratia Romanorum imperator ſemper Auguſtus illuſtri Ludouico marchioni Brandenburgenſi principi & primogenito ſuo kariſſimo gratiam ſuam & omne bonum.* Sunt nonnulli de regno *Polonie* principes, *nobiles*, magnates & etiam militares, nec non *communitates*, uniuerſitates ciuitatum, caſtrorum, oppidorum pariter & *burgorum*, qui mentientes ac poſtergantes fidem nobis debitam & imperio *rebellionis ſpiritum* aſſumpſerunt. Cumque tales tamque ingratos & criminis leſe maieſtatis reos, de ſingulis bonis temporalibus ſententialiter pannauerimus & tibi ac ſucceſſoribus tuis inuadenda, occupanda & in ius ueſtrum & dominium reducenda, ea conceſſerimus, auctoritate imperiali, tibi & ipſis ſucceſſoribus tuis, marchionibus Brandenburgenſibus & ueſtris heredibus, omnia & ſingula bona, ciuitates, terras, caſtra, burgos & bona quecunque que ab huiusmodi rebellibus euincetis, fortitudine, uiolentia, uel alio quouis modo, uobis & principatui marchie damus, confirmamus, & in pheodum perpetuum concedimus, a nobis & ſacro imperio iuſti pheodi titulo perpetuo posſidenda. Nulli ergo homini liceat hanc noſtre donationis, conceſsionis, confirmationis & inpheodationis paginam infringere uel ei auſu aliquo temerario contraire. Siquis uero hoc attemptare preſumpſerit, indignationem noſtram ſe nouerit incurſurum. In cuius rei teſtimonium, preſentes conſcribi & ſigillo *noſtre maieſtatis* iusſimus communiri. *Datum* LATERAN. XXVII. die menſis Ianuarii anno domini MCCCXXVIII. regni noſtri anno XIIII. imperii uero primo.

Polonici tractus,

imperio rebelles

adſignantur marchiae Brandeburgicae.

Datum.

DIPLO-

DIPLOMA LXIV.

anno 1328.

LVDOVICI *Bauari* imperatoris *acerbae querelae ad ducem* Brunſuicenſem *de tyrannide & iniquitate papae. Eiusque* adpellatio *adiunctis precibus, ut ipſi dux ſuccurrat, anno* 1328.

LVDOVICVS *Dei gratia Romanorum imperator ſemper auguſtus, illuſtri principi Ottoni duci* BRVNSWIC. SORORIO SVO, nec non *Agneti conthorali* eius, matertere ſue dilecte, *gratiam ſuam & omne bonum.* Teſtis eſt nobis *deus*, cui cauſam noſtram reuelauimus, eiusque *iudicium inuocamus*, quod *Iohannes* ille *apoſtaticus*, qui ſe papam uigeſimum ſecundum cognominat, *hoſtis fidei* & *imperii* ſicut *calumpniator iuris* & *ſubuerſor iudicii*, in Dei omnipotentis *offenſam*, ſue ſalutis *diſpendium*, multorum *ſcandalum* & noſtram *iniuriam* manifeſtam quasdam contra *nos* criminationes, quas proceſſus *appellat*, cum uerius notorii ſint *exceſſus*, non ſemel ſed pluries temere diuulgauit, aduerſus quas & quos circumcincti *ſtola iuſtitie* & *armati lorica fidei*, tectique *clipeo illeſe conſcientie*, in eorum textura & ante promulgationem legitime *appellationis*, nobis prouidimus interiectu, ſicut eiusdem *appellationis* noſtre tenorem & ſeriem ad ueram notitiam dudum credimus deueniſſe. Quamuis contra tales *proceſſus* tamque nullos in ſe factos, a non ſuo *iudice, ſine iuris ordine*, ex animo expreſſo, in eis errore intolerabili ac fundatos, ſuper notorie falſis cauſis, opus non fuerit *appellare*. Eſto quod magis ad animandum mentes fidelium & ut falſa dicti calumpniatoris opera in lucem prodeant, ipſius *appellationis* remedio uſi ſumus.

anno 1328. *querelæ imperatoris de papa apoſtatico, hoſte, calumniatore, perſuerſore, ſcandalo*

appellationis proceſſus iniqui.

anno 1328. *Preces ad D. Brunſuicenſem pro auxilio aduerſus papam*

mus. Ideoque *dilectionem* ueſtram ſincère rogamus & requirimus in domino *Iheſu Chriſto*, & ſub obteſtatione *diuini iudicii* commonemus, quatenus pro *detegendis erroribus* dicti *apoſtatici* ad gloriam Dei omnipotentis & ſancte matris eccleſie, que ſub umbra dicti non *paſtoris* ſed uerius *uaſtatoris* periculoſe fluctuat, potiorem ſtatum ipſi *appellationi noſtre* in cuius actuali proſecutione ſumus, ad augmentum ſalutis ueſtre & eterne remunerationis prèmium uerbis & factis curetis efficaciter adherere. Permittimus enim uobis & per *imperialem fidem* noſtram ſpondemus, quod de omni *periculo*, quod propter hoc in rebus uel perſonis ueſtris de facto poſſetis incurrere, liberos uos *reddimus & ſecuros*. Et quod cum nullo unquam *pontifice* concordiam quomodolibet inibimus uel tentabimus, quin *eidem* expreſſe *includamini*, de omnibus ueſtris rebus quibuslibet ac perſonis. *IN* cuius rei *teſtimonium* preſentes conſcribi & ſigillo noſtre maieſtatis iuſſimus communiri. DATVM *Rome* apud ſanctum Petrum XVIII. die menſis Martii. Indictione XI. anno Domini MCCCXXVIII. regni noſtri anno XIV. imperii uero primo.

ſub ſpe indemniſationis.

Datum Romae.

DIPLOMA LXV.

LVDOVICI Bauari imperatoris *maximae querelae ad* Halberſtadienſem *epiſcopum de papae aduerſus eum tyrannide cum petitione auxilii & promiſſione* indemniſationis *anno* 1328.

anno 1328. *Vox querula Caeſaris*

LVDOVICVS *Dei gratia Romanorum imperator ſemper auguſtus*, *uenerabili* ALBERTO *epiſcopo eccleſie* HALBERSTATENSIS, *principi ſuo dilecto*, *gratiam ſuam & omne bonum*. Teſtis eſt nobis

nobis Deus, cui cauſam noſtram reuelauimus, cuiusque iudicium inuocamus, quod Iohannes ille apoſtaticus, qui ſe papam XXII. cognominat, hoſtis fidei & imperii ſicut calumpniator iuris & ſubuerſor iudicii, in Dei omnipotentis offenſam, ſue ſalutis diſpendium, multorum ſcandalum & noſtram iniuriam manifeſtas quaſdam contra nos *criminationes*, quos proceſſus appellat, cum uerius notorii ſint exceſſus, non ſemel ſed pluries temere diuulgauit, aduerſus quas & quos circumcincti ſtola iuſticie, & armati lorica fidei rectique clipeo illeſe conſcientie in eorum textura & ante promulgationem legitime *appellationis* nobis prouidimus interiectu, ſicut eiusdem *appellationis noſtre* tenorem & ſeriem in tuam notitiam, dudum iam credimus deueniſſe. Quamuis contra tales *proceſſus*, tamque nullos in ſe factos, a *non ſuo iudice* ſine iuris ordine ex animo expreſſo in eis errore intolerabili ac fundatos ſuper notorie cauſis falſis, opus non fuerit appellare. Eſto, quod magis ad animandum mentes fidelium & ut *falſa* dicti *calumpniatoris* opera in lucem prodeant, ipſius appellationis remedio uſi ſimus; ideoque ſinceritatem tuam hortamur & requirimus in domino Iheſu Chriſto, & ſub obteſtatione diuini iudicii commonemus. Quatenus pro detegendis erroribus dicti apoſtatici, ad gloriam Dei omnipotentis & ſancte matris eccleſie, que ſub umbra dicti non paſtoris ſed uerius uaſtatoris periculoſe fluctuat, potiorem ſtatum ipſi appellationi noſtre, in cuius actuali proſecutione ſumus ad augmentum ſalutis tue & eterne remunerationis premium, uerbis & factis cures efficaciter adherere. Promittimus enim tibi & per *imperialem fidem* noſtram ſpon-

anno 1328.

de Iohan. XXII. papae apoſtaſia,

criminatione, *calumniis*

appellatione *adiecta*.

Promiſſio ſub fide imperiali.

anno 1328. ſpondemus, quod de beneficiis tuis & omni periculo, quod propter hoc in rebus uel perſona tua, de facto poſſes incurrere, *liberum te reddimus & ſecurum*, & quod cum nullo umquam pontifice *concordiam* quomodolibet inibimus uel tentabimus, quin eidem expreſſe includaris, de omnibus beneficiis tuis & rebus quibuslibet, ac perſona. *In* cuius rei teſtimonium preſentes conſcribi & ſigillo noſtre maieſtatis iuſſimus communiri. *Datum.* DATVM *Rome* XIV. die Februarii anno Domini MCCCXXVIII. regni noſtri anno XIV, imperii uero primo.

DIPLOMA LXVI.

LVDOVICI *Bauari imperatoris remiſſio* Pomeraniae, Stettinenſium, *Slauorum, Caſſubiorum ducis ad* Brandeburgicum *marchionem ad ſuſcipiendam inueſtituram, quod* Pomerania *non* imperiale *feudum eſſet, ſed* Brandeburgici *principatus* ſubfeudum *anno* 1328.

anno 1328. *Bugoslaus* Pomeraniae *dux*

LVDOVICVS *Dei gratia Romanorum imperator ſemper auguſtus, illuſtribus Buggozlao & ſuis fratribus, nec non eius heredibus*, STETINENSIBVS, *Slauorum*, *Caſſuborum & Pomeranie* DVCIBVS, *conſanguineis ſuis dilectis gratiam ſalutem & omne bonum.* Denunciamus uobis, quod *ducatus Stetinenſis* Slauorum, Caſſuborum & Pomeranie ſupradicti *immediate* deſcendunt in *pheodum a marchionatu Brandenburgenſi archicameratu imperii* & ad illuſtres *marchiones Brandenburgenſes*, qui ſunt pro *tempore*, pertinent, ſicut ad dominos collatores, quibus ius pertinet ducatus, ipſos in *pheodum* conferendi. Ideoque illuſtrem

Brandeburgici *marchionis ſubuaſallus*

ſtrem *Ludouicum* marchionem Brandenb. *archicamerarium* noſtrum & *imperii* principem & primogenitum noſtrum kariſſimum; *magnificentie* ueſtre, tamquam eum, cui ius conferendi & *inpheodandi* de predictis ducatibus legitime pertinere dinoſcitur, demonſtramus, & ad ipſum uos *remittimus*. Volentes ac etiam iniungentes uobis, & ueſtris heredibus, ut quemadmodum ueſtri progenitores ueſtri ducatus, ipſos ab antiquis marchionibus *Brandenburgenſibus* in *pheodum*, cum omnibus ſuis pertinentiis & iuribus poſſederunt & recognouerunt, ſic a predicto marchione filio noſtro eosdem in *pheodum recipiatis, poſſideatis & recognoſcatis* ſimiliter cum pertinentiis ſuis & iuribus uniuerſis. DATVM Lateran. XXVII. die menſis Ianuarii anno Domini MCCCXXVIII, regni noſtri anno XIV. imperii uero primo,

anno 1328. 1329.

ad quem a Caeſare remittitur

negaturque ei Caeſaris inueſtitura

Datum.

DIPLOMA LXVII.

LVDOVICI *Bauari imperatoris litterae, quibus teſtatur*, marchionatum LANDSBERGENSEM *atque Sangerhuſam* Brandeburgico *marchionatui eſſe acceſſoriam & corporis Marchiae Br.* partem *nullo iure inde diuellendam anno* 1329.

LVDOVICVS *Dei gratia Romanorum imperator ſemper auguſtus illuſtri Ludouico marchioni Brandenburgenſi archicamerario ſacri imperii primogenito noſtro dilecto gratiam ſalutem & omne bonum.* Amor naturalis & *probitatis tue* merita maieſtatem noſtram excitant, ut te, qui *columpna principalis* ſacri imperii de marchionatu Brandinburgenſi fieri meruiſti, *prerogatiuis* & gratiis ſpecialibus honoremus. Ea propter maieſtati noſtre oblata tua petitio continebat, quod

anno 1329. Landsberg marchionatus & Sangerhauſen

anno 1329. quod *marchionatus* LANDESBERGENSIS, cum omnibus iuribus, membris & pertinentiis ipſius *ſpiritualibus* & *temporalibus*, *corporalibus* & *incorporalibus*, nec non cum ciuitate & caſtro *Sangerhuſen* & aliis ciuitatibus, caſtris, uillis & uaſallis ad eundem *marchionatum* acquiſitis & comparatis, *olim ad marchiam Brandinburgenſem pertinuit*, ſicut felicis memoriae illuſtres *Heinricus* & ſui fratres quondam marchiones *Brandenburgenſes* ipſum *marchionatum Landesbergenſem* cum predictis tenuerunt & corporaliter poſſederunt. Nunc uero quia tibi marchiam *Brandinburgenſem* cum *integritate* omnium iurium ſuorum, ſicut eam *anteceſſores tui* marchiones Brandinb. quondam tenuerunt & poſſederunt, *ad nos* & ſacrum imperium, per *mortem* dictorum marchionum libere deuolutam, *tytulo* contulimus *pheodali*, tamquam de CORPORE MARCHIE *Brandinb.* exiſtentia, dignemur marchie Brandinburgenſi predicte *reunire*. Nos igitur qui unicuique, quod eſt ſuum, imperiali prouidentia tribuere tenemur, tibi, heredibus aut ſucceſſoribus tuis, in marchia Brandenburgenſi & IPSI MARCHIE *Brandinburgenſi*, tamquam uerum *membrum* ſuo uero *corpori* dictam marchiam LANDESBERGENSEM, cum ciuitate caſtroque *Sangerhuſen*, cum acquiſitis & comparatis per marchiones predictos, ad predicta, cum omnibus *iuribus*, *membris* & pertinentiis ipſorum ſpiritualibus & temporalibus, corporalibus & incorporalibus, *reasſignamus*, *reincorporamus*, *reannectimus* ſimpliciter & *unimus*, de imperialis plenitudine maieſtatis. Saluis tamen in omnibus & per omnia iuribus illuſtribus *Mechtildi ſorori* noſtre, in *donatione propter nuptias* per illuſtrem Heinricum marchionem

Marchiae Brandeburgicae innexa loca

corporis Brandeb. partem

redduntur & iterum incorporantur eidem,

ſaluis iuri-

onem quondam Brandinburg. & dilecto noſtro *anno* 1329.
Swagero, magno duci *Brunſuicenſi*, habente fili- 1333.
am dicte ſororis noſtre in uxorem, per maieſta- *bus donationis propter nuptias & dotis Suageri.*
tem noſtram pro *dote*, uel nomine dotis, in dicta
marchia *Landesbergenſi* factis uel alias legitime
conſtitutis, quibus ob predicta nullum preiudi-
cium uolumus aliqualiter generari. Mandamus
ergo uniuerſis & ſingulis dicti *marchionatus Landisbergenſis*, ciuitatis & caſtri *Sangerhuſen*,
nec non ciuitatum, caſtrorum, uillarum, aut alio-
rum quorumcunque comparatorum uel acqui-
ſitorum ad predicta, incolis, *comitibus*, *nobilibus*, *Landsbergae ſubditi.*
baronibus, *militibus*, *militaribus*, *uaſallis*, *ciuibus*
& *plebeis*, quatenus tibi, heredibus aut ſucceſ-
ſoribus tuis, in *marchia* Brandinburgenſi debitam
fidelitatem faciant & homagium, tamquam *uiro*
ſuo *domino*, per noſtram maieſtatem, eiſdem le-
gitime conſtituto. In cuius &c. DATVM *Papye* XI. die menſis Auguſti anno Domini MCCC *Datum.*
XXIX. regni noſtri anno XV. imperii uero ſe-
cundo.

DIPLOMA LXVIII.

LVDOVICVS *Bauarus* imperator *comitem de* Schwarzenburg, *ritu beneficiario inaugurat comitatu* Blanckenburgenſi *& quarta parte* Salueldiae *anno* 1333.

L*VDOVICVS* DEI *gratia Romanorum rex* *anno* 1333.
ſemper auguſtus, Notum eſſe uolumus *Sententia pro tribunali in conſenſu ordinum S. R. I.*
preſentium inſpectoribus uniuerſis. Quod *ſedentibus* nobis pro *tribunali* in ciuitate noſtra
Nürenberg, in domo fratrum minorum nonnullis
principibus, *comitibus*, *baronibus*, *miniſterialibus*,
militibus ac *proceribus noſtre imperialis curie*, no-

anno 1333. bis ibidem aſſiſtentibus, *queſitum* fuit *publice* a
1335. *cunctis* iuxta *morem* & *conſuetudinem curie* no-
iuxta morem imperialem. ſtre, an *ſigillata* cum ſigillo quodam, illuſtri *Ludouico* marchioni *Brandenburgenſi* primogenito noſtro, cum eſſet *infra annos diſcretionis* conſtitutus, absque *noſtri*, & *tutoris ſui* iuſſu & licentia fabricato, habere deberent roboris firmitatem? Super hoc principes & alii ſupradicti *ſententiantes*, reſponderunt, cuncta per dictum ſigillum ſigillata, cum eſſet *minor* annis, cumque *absque noſtro* & *tutorum* ſuorum ſpeciali iuſſu & licentia *fabricatum* fuerit, maxime cum illi, qui dictum *ſigillum* fabricari iuſſerunt, dictum noſtrum primogenitum, contra uoluntatem *noſtram*, in ſua poteſtate tenuerint, *nullam omnino debere roboris firmitatem*. Nosque in preſentia omnium predictorum, dictum *ſigillum* in *partes* fecimus *conquaſſari*. In cuius &c. ACTVM & *datum* in ciuitate ſupradicta feria ſexta proxima poſt aſcenſionem domini. Anno Domini MCCCXXXIII, regni noſtri anno XIX, imperii uero ſexto.

declaratio nullitatis facti principis minorennis.

Actum.

DIPLOMA LXIX.

LVDOVICI *Bauari imperatoris mandatum, quo* Brandeburgenſem *marchionem inſtruit ad audiendas & diiudicandas lites inter* Daniae *regem* & Holſatiae *comitem anno* 1335.

anno 1335. LVDOVICVS *DEI gratia Romanorum imperator ſemper auguſtus illuſtri Ludouico marchioni* BRANDENBVRG. *principi* & *primogenito ſuo kariſſimo gratiam & omne bonum.* Super diſcordiis ſiue litibus quibuscunque inter magnificum principem *Woldemarum* domicellum regni DANIE

domicelli Daniae

ex *una* & nobilem uirum Gerhardum ſpectabilem, comitem HOLTZATIE ex parte *altera* ſubortis, *uice & nomine noſtro* placitandi, ac eos componendi amicabiliter uel *iuſtitia* mediante, tibi damus preſentibus plenam & liberam poteſtatem. Spondentes quod noſtra celſitudo ratum habebit atque *gratum*, quacunque parte actum ſeu ordinatum fuerit in premiſsis. In cuius &c. DATVM *Nurenberg* dominica Inuocauit, anno Domini MCCCXXXV, regni noſtri anno XXI, imperii uero octauo.

anno 1335. & comitis Holſatiae *litigia.*

Quorum arbiter Brandeb.

Datum.

DIPLOMA LXX.

LVDOVICI *Bauari imperatoris mandatum, quo inſtruit Marchionem* Brandeburgenſem *de controuerſiis componendis regis* Poloniae *cum Germanico* imperio *anno* 1335.

NOs *LVDOVICVS Dei gratia Romanorum imperator ſemper auguſtus, uniuerſis ſacri Romani imperii fidelibus preſentes literas inſpecturis* conſtare uolumus harum ſerie literarum, quod illuſtri *Ludouico* primogenito noſtro, marchioni *Brandenburgenſi* conceſsimus, dedimus et tradidimus plenam atque liberam *poteſtatem*, tractandi, placitandi componendi ſeu conferendi cum illuſtri & preclaro *Kazimiro rege* Cracouie, ſuper omnibus factis, cauſis & negotiis *nos* uel *imperium* tangentibus, *promittentes*, quod nos uniuerſa per ipſum placitata uel placitanda facta uel ordinata cum omnibus ſuis articulis, *grata & rata* tenere uolumus pariter & habere, nec non ipſa ratificare, confirmare & approbare literis noſtre maieſtatis, locis & temporibus oportunis.

anno 1335. Libera poteſtas data Brandeb.

cum Caſimiro Pol. R.

componendi cauſas cum imperio.

anno 1338. *Datum.* DATVM die VI. menſis Iunii, anno Domini MCCCXXXV. regni noſtri anno XXI. imperii uero VIII.

DIPLOMA LXXI.

LVDOVICI *Bauari imperatoris procuratorium* Saxoniae *&* Brandeburgenſi *principibus datum ad pacificandum cum rege* Cracouiae *& foedus ineundum, etiam* connubialia *ſponſalia, dotem, donationem propter nuptias intuitu Caeſaris familiae anno* 1338.

anno 1338. *Formula procuratorii* *Saxoniae & Brandeburg. principibus* LVDOVICVS *Dei gratia Romanorum imperator ſemper auguſtus. Conſtare uolumus preſentium inſpectoribus uniuerſis.* Quod nos de ſinceritate, induſtria fideique puritate illuſtrium uirorum *Rudolfi* ducis *Saxonie* auunculi noſtri & Ludowici marchionis *Brandenb.* primogeniti noſtri dilecti non modicum preſumentes ipſos & quemlibet eorum *in ſolidum,* ita quod non ſit melior conditio occupantis, noſtros certos & ueros *procuratores* conſtituimus & creamus. Dantes &, concedentes eiſdem & cuilibet eorum plenam & liberam poteſtatem, inter nos ex una & preclarum *Kazymirum Crakouie regem* ex *pacificandi cum Pol. R. Caſimiro* Cracouiae parte altera tractandi, placitandi, concordie uel *amoris* tractatus ſeu *placita* quelibet tractandi, nec non ligarum, *confederationum & unionum* uincula uniendi, debitisque modis firmandi contra *homines quoscunque*, per nos utrimque realiter obſeruandos, fratribus & militibus *theutonicis* hoſpitalis *Ieruſalem* beate Marie *exceptis* penitus & excluſis. *exceptis Teutonicis militibus,* Inſuper prefatis principibus noſtris damus & concedimus preſentibus poteſtatem

ſtatem de ceteris *ſummis dotis & donationis* propter nuptias, nomine *ſponſaliorum*, per noſtros liberos *contrahendorum*, conueniendi, paciſcendi, aut pacta ſeu conuentiones quaslibet faciendi. Promittentes nos omnia & ſingula, que in premiſſis articulis, uel aliquo premiſſorum per ipſos uel aliorum ipſorum facta fuerunt, uel quomodolibet ordinata, *rata*, *grata*, firma, inuiolabiliter conſeruare. In cuius &c. DATVM *Frankenfurt*, quintadecima *die* menſis Septembris anno Domini MCCCXXXVIII. *regni* noſtri anno XXIV. *imperii* uero XI. *anno* 1338. *& contrahendi ſponſalia, dote donatione* *Datum.*

DIPLOMA LXXII.

LVDOVICI *Bauari imperatoris litterae ad* regem Cracouiae *Caſimirum*, *quibus ſignificat ei*, *procuratores & internuntios*, Brandeburgenſem & Saxoniae *principes*, *id habere in mandatis*, *ut concilient cum illo pacem*, *foedus*, ſponſalia *cum filia regali*, *dotem*, *cetera anno* 1338.

LVDOVICVS *Dei gratia Romanorum imperator ſemper auguſtus* excellenti *Kazimiro* CRACOVIE REGI *fideli* ſuo dilecto gratiam, ſalutem & omne bonum. Ad inſtantem *requiſitionem* magnifici principis *Ludouici* marchionis *Brandinburgenſis*, primogeniti noſtri dilecti, & etiam ob id, ut fauoris mutui beneficium, quod hactenus inter *maieſtatem* noſtram & *excellentiam* tuam, non uiguit fructuoſius & commendabiliter, in antea uigere ualeat, *magnificum principem* filium noſtrum dilectum generoſe NATE TVE dilecte, legitima *copula*, data fide, preſentibus promittimus & uolumus *copulare*. Volentes ad *anno* 1338. *Regis adpellatio* excellentia, *marchionis* magnificentia. *Caeſaris* maieſtas. *Sponſalia*

anno 1338. 1340. *per internuntios filii Caeſaris cum regis filia.* conferendum, tractandum & placitandum, de ſingulis dicti *matrimonii* circumſtantiis & conditionibus & ſpecialiter de *ſubſidio* mutuo faciendo, de *ligis & confederationibus*, de *dote & donatione propter nuptias* Ludouicum marchionem *Brandenburgenſem* primogenitum noſtrum kariſſimum & Rudolfum ducem *Saxonie* auunculum noſtrum, & principes noſtros kariſſimos, in die beati Galli confeſſoris proxime uenientis infra caſtrum *Velen* & ciuitatem *Woldenburg* plenum mandatum & auctoritatem, ad omnia premiſſa, ſecundum literarum per conſiliarios noſtros, uidelicet Henningum de *Buch* capitaneum marchie Brandenburgenſis, Dyppoldum dictum *Guzzou* de *Lypheim*, & Heinricum marſcalcum de *Eyſoltried*, deſuper datarum continentiam habentes, indubie deſtinare, *ratum & gratum* habituri, quicquid ibidem circa premiſſa & etiam circa utilitatem, honorem & commodum principatuum utrorumque, attemptatum & ordinatum fuerit per eosdem. DATVM *Frankenfurd* XV. die menſis Septembris anno Domini MCCC XXXVIII. regni noſtri anno XXIIII. imperii uero XI.

Dos & donatio propter dotem.

Conſiliarii Caeſaris.

Datum.

DIPLOMA LXXIII.

LVDOVICVS *Bauarus imperator bona imperio uacatura in terris* Saxoniae, *ſpei iure, transfert in* Brandenburgicum *marchionem anno* 1340.

anno 1340. *Marchiae Brandeb. plura detracta iniuſte.* NOs *LVDOVICVS Dei gratia Romanorum imperator ſemper Auguſtus.* Conſtare uolumus uniuerſis, quod *magnifico* principi *Ludouico* marchioni *Brandenburgenſi* primogenito noſtro, kariſſimo ob fidelium ſuorum *obſequiorum* nobis &

& *imperio* multiplicatis uicibus exhibitorum & adhuc exhibendorum conſiderationem, PRINCIPATV MARCHIE, quem per diuerſorum principum eidem principatui commorantium *friuolos* attentatus, in locis uariis, nouimus *derogatum*, de mera noſtre maieſtatis imperialis beniuolentia proponimus ampliare, *ſingula bona ſeu* quecunque *nobis & imperio per totam* Saxoniam *pro preſenti tempore* vacantia, *ut ſe de eisdem liberaliter inauctorare ualeat, eaque ſibi & ſuis heredibus legitimis applicando, contulimus & preſentibus duximus conferenda.* Quare omnibus & ſingulis noſtris & imperii fidelibus ſub obtentu gratie noſtre firmiter percipiendo mandamus, ut prefatum primogenitum noſtrum in bonis preſcriptis nullatenus *impediant* nec *offendant*, ſed ipſis ſuper hiis *manuteneant* & defendant, ſicut grauem noſtre maieſtatis indignationem uoluerint euitare. In cuius &c. DATVM *Monaci* XI. die menſis martii, anno domini MCCCXL. primo regni noſtri anno XXVII. imperii uero XIIII.

anno 1340.

Ad quae compenſanda Saxoniae *feuda ei deferuntur*

cum iure illa occupandi

Datum.

DIPLOMA LXXIV.

LVDOVICVS *Bauarus imperator adſignat Brandeburgico Marchioni* cenſum imperialem LVBECÆ *loco ſexies mille marcarum argenti puri, quo ei tenetur an.* 1340.

N*Os LVDOVICVS Dei gratia Romanorum imperator ſemper Auguſtus* tenore preſentium profitemur & conſtare uolumus uniuerſis. Quod nos illuſtri Ludouico Marchioni *Brandenburgenſi* primogenito & principi noſtro kariſſimo, obſequiorum ſuorum fidelium, nobis & imperio beniuolentius factorum gratia, quorum refuſionis occaſione, ſibi ſuisque heredibus,

anno 1340.

Brandenburgico obaeratus Caeſar.

anno 1340. 1395. in *ſex milibus* marcarum argenti puri *tenemur* & obligamur, *penſionem ciuitatis Lubicenſis* annuis temporibus nobis & imperio *debendam locauimus* tamdiu ſine inquietatione qualibet *percipiendam*, quousque ipſi Ludouico prefato *ſuisque heredibus* predicte pecunie quantitas per nos, aut noſtros ſucceſſores, nos in regno uel imperio Romano ſucceſſuros integraliter perſoluantur, preſentibusque de plenitudine noſtre imperialis maieſtatis decreuimus obligare. * In cuius &c. DATVM *Monaci* XI. die menſis Marci anno domini MCCCXL. primo regni noſtri anno XXI, imperii uero XIIII.

Cuius loco adſignat ei tributa imperialia ciuitatis Lubecae.

Datum.

DIPLOMA LXXV.

BONIFACII IX. *pontificis Romani* poteſtas *indulta* Pomeraniae *duci ad ſibi eligendum* confesſionarium, *qui ſemel tantum confitentem in mortis articulo ab omnibus peccatis poſſit abſoluere an.* 1395.

anno 1395. *Suantiborus D. Pomeraniae.*

BONIFACIVS *epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei* Dilecto filio nobili uiro *Suanteboro*, duci *Stettinenſi* ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Prouenit ex tuae deuotionis affectu, quo *nos* & *Romanorum* eccleſiam reuerens, ut petitiones tuas, illas praeſertim, quae animae tuae ſalutem reſpiciunt, ad *exauditionis gratiam* admittamus. Hinc eſt, quod nos tuis ſupplicationibus inclinati, ut *confeſſor*, quem duxeris *eligendum*, omnium peccatorum tuorum, de quibus corde contritus & ore confeſſus fueris, *ſemel tantùm, in mortis articulo* plenam remiſſionem tibi in ſinceritate fidei, unitate ſanctae Romanae eccleſiae ac obedientia & deuotione noſtra uel *ſucceſſorum* noſtrorum *Romanorum pontificum* canonice intrantium perſiſtenti, auctoritate *apoſtolica* concedere ualeat, deuo-

Confesſionarius non inuito obtruſus, ſed electus a duce.

Omnis generis peccata duci poteſt remit-

deuotioni tuae tenore praeſentium indulgemus. *anno* 1395.
Sic tamen, quod idem *confeſſor* de his, de quibus 1250.
fuerit alteri ſatisfactio impendenda, eam *tibi* per *tere, nullis*
te, ſi ſuperuixeris, uel per heredes tuos, ſi tunc *caſibus reſeruatis.*
forte tranſieris, facienda iniungat, quam tu uel illi
facere teneanimi, ut praefertur. Et ne, quod
abſit, propter huiusmodi gratiam reddaris pro-
cliuior ad illicita impoſterum committenda, uo- *Niſi dux*
lumus, quodſi ex *confidentia remiſſionis huiusmodi* *inde licen-*
aliqua forte committeres, quo ad illa praedicta *tioſus fiat ad peccan-*
remiſsio tibi nullatenus ſuffragetur. Nulli er- *dum.*
go hominum liceat, hanc paginam noſtrae con-
ceſsionis & uoluntatis infringere uel ei auſu te-
merario contraire. Siquis autem hoc attemtare
praeſumpſerit, *indignationem omnipotentis Dei* be-
atorum *Petri & Pauli* apoſtolorum eius ſe nouerit
incurſurum. DATVM Romae *apud* ſanctum Petrum *Datum*
14. kal. Februarii, pontificatus noſtri anno ſexto. *Romae.*

Pro Franciſco
Io. de Lyns.

NVM. LXXVI.

Leges feudales Teklenburgicae.

OTto *Dei gratia* comes in *Tecklenburg*, omnibus, hoc ſcriptum intuentibus, utriusque uitae *ſalutem*. Notum ſit omnibus praeſentem paginam inſpecturis, quod *ius noſtrum & miniſterialium* noſtrorum tale eſt, perpetuo cum haeredibus noſtris tale eſſe decreuimus.

1. *Primum* eſt, quod miniſteriales noſtri, *infeodati*, cum per nuncium noſtrum *infeodatum* ante ad *quatuordecim* dies, ad noſtri *caſtri* munitionem uocamus, uenire tenentur & per *quatuor ſepti-*

1. *Erſtlich ſeynd die Lehensleute ſchuldig, wann ſie von den Graffen zu Tecklenburg durch einen belehnten Mann 14. Tag zuvor erfordert ſeyn, daß ſie auf das Hauß Tecklenburg einkommen, und*

ptimanas reſidentiam in caſtro noſtro facere, propriis expenſis, & per hoc per circulum illius anni libertatem nos ſeruiendi conſecuti.

2. Secundum eſt, quod ſi *fortior* nobis, uel quicunque nobis uellet inferre uiolentiam, ſi de *conſilio* noſtrorum miniſterialium ipſi *iuſtitiam* facere uolumus, quamdiu iuris ordinem hoc modo perſequimur, praefati noſtri infeodati *corpore* & *rebus* nobis ſeruire tenentur. Si uero, iuris ordine praetermiſſo, *poteſtatem* agere uellemus, praeter noſtrorum conſilium, a ſeruitio hoc modo noſtro ſunt immunes.

3. Et licet praedicto modo in *caſtris* noſtris ſeruire teneantur: ſi tamen, *extra* caſtra, cum ipſis facta noſtra diſpoſuimus, in expenſis noſtris eosdem exhibere tenemur. Illi uero,qui,loco *miniſterialium* noſtrorum, ſunt *infeodati*, eorum iure cenſentur excepto iure haereditatis,quod Herrwede dicitur.

4. *Miniſteriales* uero noſtri a nobis *infeodati*, ſi in neceſſitatibus ſe nobis exhibuerunt, in ſeruitio noſtro in-

und aldar 4. Wochen auf ihren Vnkoſten verharren und reſidiren, dadurch werden ſie befreyet, daß ſie das Iahr nicht mehr dienen dörffen.

2. Da ein ſtärckerer oder ſonſt iemand dem Graffen wolte Gewalt zufügen, alldieweil dann die Graffen für die Lehenleuthe ſich zu rechten gebiethen, ſollen auch die ermelte Lehenleuthe die Graffen mit ihrem Leib und Gut ſchützen. Hinwieder aber wolten die Graffen mit Gewalt ohne Recht handeln, ſeynd die Lehensleute ihnen zu dienen unverpflicht.

3. Vnd wiewohl die Lehenleuthe uff das Hauß, wie ermeldet, verbunden ſeyn, iedoch da die Graffen auſſer der Burg etwas zu thun haetten, ſollen ſie auf der Graffen Koſten nicht deſto weniger zu ziehen, und ſind damit auch die gemeinet, ſo wegen anderer Leuthe belehnet ſind, auſerhalb des Hergeweides.

4. Die Lehenleute, ſo den Graffen in ihren Nöthen Hülffe erzeigen, ſollen mit aller Nothdurfft verſehen werden, und

in nobis *neceſſariis* procurare tenemur, & per hoc, quod ſic nobis exhibuerunt, fidem ſuam ſaluauerunt.

5. Si uero ex detrectione (delatione) alicuius miniſterialis noſter fuerit diffamatus apud nos, ipſo ad *nos uocato* & miniſterialibus noſtris *indicato* ipſum *audire* tenemur, & ſecundum *eorum ſententiam* cauſam eius iuſte terminare. Si uero contrarium facere uellemus, *Dapifer* noſter per annum & diem ipſum in *coquina* cum familia noſtra *procurabit*, cum miniſterialibus ſuis cum ipſo, & pro iure & gratia apud nos intercedentibus. Si uero his contemtis contrarium uellemus, in palatio epiſcopali *Osnabrugae* per annum & diem eſt procurandus, *Osnabrugenſi* epiſcopocum ſua eccleſia, cum ipſo & pro ipſo ius & gratiam medio tempore a nobis poſtulante. Si uero nec hoc uellemus, iuri & libertati miniſterialium noſtrorum contradicimus, hac obſeruata diſciplina, quod in praedictis duobus terminis, talis, de quo agitur, faciem noſtram euitabit, tali reuerentia gratiam noſtram captando. 6.

und haben mit ſolcher ihrer Dienſtleiſtung ihren Eyd und Pflichten genug gethan.

5. Würde ein Leben-Mann für dem Graffen angetragen, ſollen die Graffen denſelben vorfordern, und in Gegenwart der Lehenleute hoeren, auch dieſelbe darauf urtheilen laſſen; Wolte aber ſolches dem Graffen nicht gefallen, ſoll der angetragene durch den Hoffmeiſter in der Küchen Iahr und Tag, wie andere des Graffen Diener, unterhalten werden, bis daß ihme Recht oder Gnad uff Vorbitte der Lehenleuthe erlanget wird. Wolten das die Graffen auch nicht, ſoll er Iahr und Tag in des Biſchoffen zu Oſnabrüg Pallaſt unterhalten werden, biß ihme der Biſchoff oder das Stifft Gnad oder Recht erlanget. Wann die Graffen dieſen Weg gleichfalls nicht haben wolten, ſoll berührter angetragener vor der Graffen Angeſicht innerhalb gedachten 2. Terminen *nicht kommen, und damit ſich Gnad zu erlangen, ſoviel moeglich, befleißigen.*

6. Wür-

6. Si uero miniſterialis noſter auſu temerario ſuccenſus, absque lumine & camerario dormitorium uxoris noſtrae dicatur introiiſſe & ſuper hoc fuerit infamatus & iure, quo conuenit, fuerit conuictus, bona quae a nobis tenuit, libere ad nos redibunt, & gratia noſtra carebit. Item ſi aerarium noſtrum absque camerario noſtro introiuit & ibi deprehenſus fuerit, ſi ſuper hoc conuictus fuerit, bona quae a nobis tenuit, libere ad nos redibunt, & gratia noſtra carebit. Item ſi mortem noſtram machinatus fuerit, uel in honoris noſtri depreſſionem conſpirauerit, & iure ſuper hoc conuictus fuerit, bona ſua ad nos redibunt, ſicut praedictum eſt, & gratia noſtra carebit.

6. Würde ein Lehen-Mann ſo kühn ſeyn, daß er in der Graffen Gemahlin Schlaff-Kammer ohne Licht und den Cämmerling gienge, und deſſen überwunden würde, alsdann ſollen dem Graffen alle Lehen-Güter wieder heimgefallen ſeyn, und er in Vngnad bleiben, deßgleichen ſoll auch denen begegnen, ſo in der Graffen Schatz-Cammer allein ohne den Cämmerling giengen, oder dem Graffen nach dem Leben oder Ehren ſtünden, und deſſen wie wahr, überwunden würden.

7. Item ſi aulam imperialem ire diſponimus, miniſterialibus noſtris pluribus uel paucioribus aſſumptis, ipſo in expenſis noſtris exhibere tenemur, & in omnibus neceſſariis iisdem prouidere. Profecti uero in pedem alpium, ſi transalpare uolumus, ipſis liberum eſt redire ad ſua, niſi de bona uoluntate ſua ſequi

7. Die Lehenleuthe, ſo mit dem Graffen an des Käyſers Hoff ziehen, ſollen mit Nothdurfft verſehen werden, aus und wieder hin, doch ſind ſie über die Alpen zu folgen nicht ſchuldig, ſie thun es dann gerne.

qui nos uoluerint transAlpes, reuertentes exhibere tenemur usque ad ſua.

8. Si uero miniſterialibus noſtris aliquis uiolentiam uult inferre, & ipſi, quod iuri pareant, coram nobis fuerint proteſtati, ipſos in caſtrum noſtrum recipere tenemur, & quandiu iuri paruerunt, corpore & rebus iuuare tenemur.

9. In bonis uero hereditariis, in quibus naſcuntur noſtri miniſteriales, quamdiu in cognatione ſiue genealogia uir uel mulier inuenitur, cui talium bonorum ius uel actio competere poſſit, huc bona ad nos tanquam uacantia, redire non poſſunt. Eodem iure cenſentur, qui iure miniſterialium a nobis tenent, excluſo eius iure hereditati, quod Herrvvede dicitur.

10. Si uero filius miniſterialis noſtri uel haeres legitimus, ſi filius non eſt, patre praemortuo intra annum & diem, ius quod Hervvede dicitur, in caſtro noſtro nobis uel camerario noſtro, ſi praeſentes non ſumus, praeſen-tave-

8. So jemand einen Lehenmann wolte Gewalt anlegen, und er ſich vor dem Graffen zu recht erböthe, ſo ſeynd die Graffen ſchuldig, denſelben aufs hauß zu nehmen, und alldieweil er die rechte folgen will, mit Leib und Guth zu verthey-digen.

9. Erb Güther darauf die Lehenleute gebohren ſind, ſollen dem Graffen, ſo lang ein Mann- oder Weibs-Perſohn von dem Geſchlechte, oder der darzu berechtiget, vorhanden, als erledigte Gütter nicht heimfallen; Ebenmäſſiger Weiſe ſoll es auch mit denen, ſo von anderer Leuthe wegen Lehen tragen, gehalten werden, auſſerhalb des Heergeweides.

10. Des Lehen Manns Sohn oder Erbe iſt ſchuldig nach ſeines Vatters todt innerhalb Jahr und Tag dem Graffen oder dero Cämmerling, ſo ſie nicht vorhanden, das Heergeweide auf die Burg

tauerit, ius bonorum ſuorum per hoc ſaluauit; ſi uero praeſentatum, nec per nos nec per Camerarium noſtrum recipere uellemus, ſub teſtimonio Caſtellanorum hoc relinquet, & ſic iterum ius bonorū ſuorum ſaluauit, per equum meliorem praemortui, uel cum dimidia marca, ſi equus non eſt, Herwedium exſoluit, dummodo loco & tempore hoc exhibeat, ſicut praedictum eſt. Si uero intra annum & diem, ex contumacia uel alia cauſa exhibere hoc noluerit, bonorum ſuorum ius perdit. Qui uero propter legitimam neceſſitatem exhibere non potuerit, uel quia eſt peregrinus, uel ex legitimis cauſis detentus; ſi neceſſitatem euadit, qua hora de praemortuo ſibi innotuerit, ab eadem praedictum anni & diei competit, ad Herwadium exhibendum, eo modo quo praedictum eſt.

Burg zu bringen; Wolte es aber wieder von dem Grafſen oder Cämmerling aufgenommen werden, mag er daſſelbe unter Burgmanns Zeugnuß daſelbſt verlaſſen, und alſo ſein Recht ſalviren; das Heergewaide kan man mit des verſtorbenen beſtem Pferde, oder da er keines gehabt, mit einem halben Marck löſen; Wer auch ſolches muthwilliglich oder anderer Urſachen halber nicht geben wolte, der verliehrt all ſein Recht an den Lehen-Güttern, wäre es aber Sache, daſs er aus Ehehafften, oder weilen er frembd, verhindert würde, ſobald dann die Hindernüſs ihr endſchafft haben, und er des abſterbens innen worden, ſoll ihme erſt Iahr und Tag von der Zeit Wiſſenſchafft lauffen.

II. Item ſi miniſterialis noſter moritur ſine legitimo haerede, & unus ex cognatione, de qua plures agere poſſunt pro hereditate,

II. *Stürbe ein Lehen-Mann ohne Söhne, und der Erben einer, ſoviel deren wären, des Verſtorbenen Pferd zum Heergewaide brin-*

te, alios in dolo praeuenerit, equum praemortui pro Herwadio exhibendo, ſi quilibet aliorum, quibus haec actio competit, dimidiam marcam exhibuerit nobis debito loco & tempore, ſicut praedictum eſt, eodem modo illos audiemus, ſicut illum, qui primo nobis exhibuit equum. Item exhibitio Herwadii per tutores eorum, qui ſunt minorennes, eodem modo loco & tempore completur, ſicut per heredes ipſos, qui ſunt legitimae aetatis.

12. Item miniſterialis noſter proprietatem hereditalem non poteſt plus alienare, quam nobis inſeodata.

13. Item ſi duo ex noſtris matrimonium contrahunt, habentes duas hereditates, ſi ſine herede moriuntur, hereditates reuertuntur ad ſtipitem, a quo proceſſerunt.

14. Item ſi duo ex noſtris contrahunt, transacta nocte, qua condormierunt, mane uſusfructus bonorum uiri

bringen, und dadurch die andern hintergehen vvolte, ſöllen die Graffen von den andern nicht deſtovveniger ein halb Marck zur Heergevveide nehmen, und dieſe eben ſovvohl als die vorige hören, doch daſs es auch zu rechter Zeit geſchehe; Die Liefferung des Heergevveides kan gleicher Geſtalt an dem Ohrt zu der Zeit, vvie gemeldt, geſchehen, von den Vormündern, deren ſo noch unmündig ſind, als vvann ſie ihr vollkommen Alter erreicht hätten.

12. *Der Lehenleuthe kan keiner ſeine Erbgerechtigkeit höher oder anderſt als Lehen Gütter veralieniren.*

13. *So zvvey, die zvvo Erbſchafften haben, ſich verheurathen, und ohne Leibes-Erben verſterben, ſo fallen die Erbſchafften vvieder an den rechten Stamm, daher ſie kommen ſind.*

14. *Da zvvey aus denen Lehenleuten zur Ehe ſchreiten, und die erſte Nacht beygelegen ſind, ſo iſt die Leibzucht*

uiri eſt dominae ac ſi ipſum a nobis in feodo recepiſſet.

zucht aller des Mannes Güter der Frauen, als wann ſie dieſelbe von dem Graffen zu Lehen empfangen hätte.

15. Item ſi aliquis ex noſtris ditioribus ſuum comminiſterialem uellet opprimere, uel iniurioſe tractare, & oppreſſus ſuas iniurias ſuis comminiſterialibus notificaret, deinde neceſſitate compulſus, querelam coram nobis proponeret, & iniuriatorem tribus noſtris nunciis infeodatis ad iudicium legitime uocaremus, etſi uenire contemneret, iniuriator tenetur nobis pro emenda in dimidio talento & miniſterialibus noſtris in dimidio, ac ſi reus de culpa querelae conuictus eſſet.

15. *Wann ein Lehen-Mann, ſo reich iſt, den andern unterdrucken und ſchmehlich handlen wolte, mag er das denen andern Lehenleuten klagen; Würde er aber gedrungen ſolche Dinge an den Graffen gelangen zu laſſen, und der beklagte darauf durch drey Lehen-Männer zu Gericht vertaget nicht erſchiene, ſoll er dem Graffen ein* Talent *halb, und den Lehenleuten auch ein halb* Talent *zur Straffe geben, und der Sache überwunden ſeyn.*

16. Item miniſteriales noſtri uel ipſorum ſeruientes uel homines pertinentes, in locis in quibus aguntur noſtra iudicia, obligari non debent; item currus miniſterialium, noſtrorum cibaria deferentes a quolibet telonio noſtro ſunt immunes.

16. *Die Lehenleuthe oder deren bediente und zugehörige ſollen vor des Graffen Gerichte nicht verſtricket werden; Wie auch die Wagen, worauf der Lehenleute Küchen Nothdurft zugeführet wird, ſollen von des Graffen Zollen befreyet ſeyn.*

17. Item ſi pro iure miniſte-

17. *Wann die Graffen mit*

niſterialium noſtrorum iudicio praeſidemus & contingat diuerſas a diuerſis proferri ſententias, nolumus alicuius praeiudicare ſententiam, niſi a progenitoribus ſuis noſter ſit natus miniſterialis.

mit ihren Lehenleuten das Gerichte bekleiden, und es trüge ſich zu, daſs von denen Lehenleuthen verſchiedene Vrtheile gefället wurden, ſollen die Graffen des einen oder andern Vrtheil nicht praeiudiciren, *es ſey dann ein angebohrner Lehen-Mann.*

18. Item bona noſtra infeodata, in quibus cognati ius hereditarium expectant, bonorum illorum proprietatem alienare non debemus, niſi uoluntate & permisſione eorum, qui haec bona expectant. Item recipere non debemus in miniſterialem aliquem, ut hereditatem ſubintret, quae primis heredibus patre praemortuo debetur. Item inter legitimos coheredes iunior principalem domum hereditatis poſſidebit.

18. *Das Eigenthum derjenigen Lehen-Gütter, welche des belehnten Anverwanten ererben werden, ſoll von dem Graffen nicht veräuſſert werden, anderſt als mit VVillen und Zulaſs derjenigen Anverwandten, welche ſolche Güther erwarten; darum ſollen auch die* Graffen *keinen Leben-Mann annehmen, der dem nächſten Erben nach ihres Vattern todt vorgehe. Vnd unter den nächſten Erben ſoll der jüngſte das vornehmſte Hauſs der Erbſchafft beſitzen.*

19. Item ſi miniſterialis ſeruo uel cenſuali condormierit, puer qui ex iis naſcitur, Camerlingus erit,

19. *VVann ein Lehen-Mann ſeine eigenbörige Magd, oder Zinspflichtige be-*

ſi uero conſequenter cum miniſteriali contraxerit, legitima libertatis iura retinebit. Vt autem haec iuris noſtri & miniſterialium approbatio rata & inconuulſa maneat, nec nullo unquam tempore de ea nobis dubitare ualeat, praeſentem paginam, approbationis ſeriem continentem, ſigillo noſtro duximus roborandam &c. (L.S.)

beſchläfft, ſoll der Knabe ſo davon gebohren, ein Cämmerling ſeyn; VVurde ſie verfolglich mit dem Lehen-Mann ſich verehelichen, ſoll ſie frey ſeyn.

DIPLOMA LXXVII.

LVDOVICVS *Bauarus imperator C. d Schvvarzenburg largitur* 1) *uectigal in* Plauen *cum obligatione ad conductum & ſecuritatem uiarum* 2) *reſeruato iure reluendi anno* 1336.

anno 1336. *Ludouicus IV. imperator*

WIr *LVDWIG uon Gottes Gnaden Römiſcher Keyſer zu allen Zeiten Mehrer des Reichs*, Veriahen und thun kund offentlich an dieſem Brief, vvie daſs vvir den edlen Mannen *Heinrichen* und *Guntherum* Gebrüdern, Graffen zu *Schwarzburg*, und Herren *zu Arnſtedten* unſern lieben getreuen uon unſern Keyſerlichen Gevvaldt erleubet haben, und erleuben ihn auch mit dieſem unſerm Brieff, daſs ſie und alle ihre Erben ein *Zoll uſſezen* und einnehmen ſollen zu *Plawe*, das ob *Arnſteten* gelegen iſt, darum das ſie deſto baſs *Koſt* gehaben mügen die *Straßen* zu *frieden* und zu *beſchirmen*, und ſollen denſelben Zoll inne haben und einnehmen mit allen Rechten, Nuzen, Ehren und Gevvohnheiten, alſs die uon *Keſernburg* ihren *Zoll* zu *Ilmenah* pfle-

iure uectigalis instruit CC. de Schvvarzburg *in* Plauen, *cum obligatione ad praeſtan-*

gend

gend zu nehmen, uon alle dem Guth das dafür faͤhret; Vnd vvollen und gebieten, feſtiglichen und ernſtlichen, vvas Guets, vvie das genandt iſt zu *Ilmenah* pflegt zu *Zoll* zu geben, daſs daſſelb Guet zu gleicher Weyſe den uorgenanten uon *Schwarzburg*, denſelbigen *Zoll* zu *Plaue* pflege zue geben. Vnd ſollen den inne haben und einnehmen, als lange biſs daſs vvir oder unſer Nachkommen an dem *Reiche* denſelben *Zoll* uon ihn *erlöſen* um *zweyhundert Marck Silbers.* Vnd vvollen und gebieten allen unſern und des Reichs Getreüen, daſs ſie die Vorgenanten uon Schvvarzburg noch ihre Erben an dem Zolle nicht hindern, noch irrren mit keinen Sachen, als lieb ihn unſer Hulde ſey. Vnd dorüber zu einem *Vhrkunde* geben wir ihn dieſen Brieff mit Keyſerlichen Inſiegel uerſiegelt, der geben iſt zur *Nürnberg* am Sontag uor Galli nach Chriſtes Gebuert, *dreyzehen hundert* Iahr, darnach in der *ſechs* und *dreyſsigiſten* Iahre, in dem zwey und zvvanzigſten Iahre unſers Reichs, und in dem nünden des Keyſerthums.

anno 1336. 1349. *dam ſecuritatem in uiis publicis inſtar* Ilmenah.

Reſeruato iure reluendi.

Datum.

DIPLOMA LXXVIII.

CAROLVS IV. *imperator concedit C. de Schvvarzenburg* 1) *ius ſimultaneae ſucceſſionis* 2) *uiarum publicarum der Reichsſtraſſen anno* 1349.

WIr Carl uon Gottes Gnaden Römiſcher König, zu allen Zeiten mehrern des Reichs und König zu Böheim, bekennen und thun kund offentlich mit dieſem Briefe, allen denen die ihn ſehen, hören oder leſen, vvan die *Edlen*, Heinrich Graff *zu Honſtein*, Herr zu *Sondershauſen*, Günther und Heinrich *Graffen* zu *Schwarzburg*, Herrn zu

anno 1349. *Caroli IV. C. de Schwarzenburg uaſalli imperiales.*

anno 1349. *Arnſtad*, unſere liebe getreue uns gehuldet, gelobet und geſchvvoren haben, getreu, gehorſam und unterthänig zu ſeyn, alſs einen Römiſchen *Könige* und einen rechten *Herrn* und ihren *Leben*, die ſie uon dem *Reiche* haben, recht und *redlich* uon uns empfangen haben, alſs ſie zu rechte ſollen, des haben vvir angeſehen ihren Gehorſam und *Treue*, und den vvilligen ſteten Dienſt, den ſie und ihre Eltern uns und unſern Vorfahren, Römiſchen Keyſern und Königen, ſeeligen und dem heiligen Römiſchen Reiche offt unuerdrieſslich gethan haben, und noch thun ſollen und mögen, in künftigen Zeiten, und thun ihnen

Ius ſimultaneae ſucceſſionis die beſondern *Gnade* mit unſern Königlichen *Gewalt*, das die uorgenanten *Günther* und Heinreich Graffen zu *Schvvarzburg* und ihre Kinder des uorgenanten Heinrichs Graffen zu *Honſtein*, und ehe ihr hinvvieder rechte Erben ſeyn ſollen, feſten *Land*, *Lehen*, *Erbe* und *Guth* zu beſizen, und einer uon denen andern *Anuallens* zuevvarten uon Todesvvegen, oder an andern ſachen, vvie „ſich des gefüget, auch leihen und geben vvir „ihnen und allen ihren Erben, unſer und des

Vias regales publicas die Reichsſtraſſen. „*Reichs Straſſen*, in allen ihren Gerichten und „*Herrſchafften*, vvo die gelegen ſind, mit unſer „Königlichen Gevvalt und uon ſonderlichen

Datum. „Gnaden. Mit *Vrkund* dieſes *Briefes* verſiegelt mit unſerm Königlichen Inſiegel, der geben iſt zu Eiſenach do man zahlt uon Chriſtus Geburt, *dreyzehen hundert* Ihar, *darnach* in dem *neun* und *uierzigſten* Ihar des nechſten Mittvvochen nach dem achten Tag des heiligen Oſter Tages in dem dritten Ihare unſerer Reiche &c.

DIPLO-

DIPLOMA LXXIX.

anno 1356.

CAROLI IV. *imperatoris conceſſio* mercaturae *hebdomadalis & criminalis iurisdictionis in pago* Strausberge *facta C. de* Schvvarzburg *anno* 1356.

anno 1356. *Caroli IV. elogium meritorum C. de Schwarzburg.*

WIR *CARL* uon *Gottes Gnaden Römiſcher Keyſer zu allen Zeiten Mehrer des Reichs*, *und König zu Boheimb*, bekennen und thun kund offentlich mit dieſem Brieff, allen denen die ihn ſehent oder hörent leſen. Wan vvir von unſer Keyſerlichen Wirdigkeit und uon angebornen gueten angeſehen haben, und gnädiglich bedacht, getrewen, ſtethen und vvilligen Dienſt, den uns und dem heiligen Reiche der *Edle Heinrich* uon *Schvvarzburg*, unſer lieber Getreuer guetlich und vvilliglich in uergangen Zeiten gethan hat, und gegenvvärtiglich thut, und in künfftigen zeiten deſto vvilliglicher und nüzlicher thun mag, und ſoll, Deshalben vvir ihm und ſeinen Erben und Nachkömmelingen, evviglich uon ſondern Gnaden erleubet und erleuben auch mit rechten vviſſende uon Keyſerlicher *Machte* an dieſem Brieff, das dieſelben Heinrich und ſeine Erben und Nachkömmelingen aus ihren *Dorffe* zue *Straußberg* einen *Marckt* machen mügen, und alldoſelbſt einen *vvochentlichen Marckt* ſezen und legen; do die Nachtbarn und umbeſeſſenen zu fahren, zu keuffen und uerkeuffen, als auf Marckten gevvöhnlich iſt, doch alſo beſcheidenlich, daſs der Tag des Marcktes alſo angeſezet und gelegt vverde, das er andern umbgelegenen Marckten *unſchedlich* ſey; Auch thun vvir ihn die Gnade, und erlauben uon ſondern Gnaden und mit Keyſerlicher Machte, daſs der uor-

Pago confertur 1) ius mercaturae, vicinarum urbium mercatibus illaeſis 2) iurisdictio criminalis per ſe

anno 1356. uorgenant Heinrich uon Schvvarzburg und ſein Erben und nachkömling inn dem ehegenanten Marckte zu *Straußberg* zu ſolchen Leuten, die
procuratorem ydoneum infra unius menſis ſpa-
tium a tempore ceſſationis huiusmodi cum mu-
nimentis & actis ad negotium ipſum ſpectantibus
iter arripuerunt ad ſedem ueniendi predictam.
Nosque cauſam huiusmodi, que inter abbatem *Appellatio*
& conuentum ex parte *una* ac proconſulem, con- *ad R. ponti-*
ſules, ſcabinos & uniuerſitatem predictos ſuper *ficem abba-*
premiſsis & eorum occaſione ex *altera* uerteba- *tiae*
tur, ad dictorum abbatis & conuentus inſtanti-
am dilecto filio magiſtro Petro de *Soucenaco* de- *Qui rem I.*
cano eccleſie ſancti Felicis de Caramanno Tho- *demandat*
loſane dioceſ. capellano noſtro & *Auditori* *commiſſa-*
cauſarum palatii apoſtolici audiendam com- *rio*
miſſimus & fine debito terminandam, qui ad
inſtantiam magiſtri Lamberti de *Orſoy*, pro-
curatorem dictorum abbatis & conuentus co-
ram eo in iudicio comparentie premiſſis con-
tra eosdem proconſulem, conſules, ſcabinos
& uniuerſitatem dicti opidi debitis & conſuetis
citationibus in audientia publica, ut eſt moris in *Inde ſen-*
eorum *contumacia* de conſilio & aſſenſu *coaudi-* *tentia lata*
torum ſuorum dicti *palatii*, quibus ſuper hys re- *in contu-*
lationem fecit fidelem dicto *Lamberto* preſente, *maciam op-*
pronunciauit cauſam huiusmodi; fore ad *Roma-* *pidi Pegau.*
nam curiam legitime *deuolutam* & apud eam tra-
ctari & finiri debere, & ad ipſius Lamberti in-
ſtan-

anno 1393. ſtantiam prefatos proconſulem, conſules, ſcabinos & uniuerſitatem ad *dandum* & *recipiendum* libellum in cauſa huiusmodi in predicta *audientia* citari fecit ad certum terminum peremptorium competentem, in quo dictus *Lambertus* coram eodem *auditore* in iudicio comparens predictorum citatorum non comparentium *contumaciam* accuſauit, & in eorum *contumatiam* quendem in cauſa huiusmodi pro parte ſua dedit libellum. Poſtmodum uero dicto Lamberto & Magiſtro Manfredo de *Ferraria ſubſtituto* per magiſtrum Hermannum Lutkoy procuratorem dictorum proconſulis, conſulum, ſcabinorum & uniuerſitatis, prout idem Hermannus ad hoc ab eisdem proconſule, conſulibus & ſcabinis & uniuerſita ſufficiens *mandatum* habebat, coram eodem *auditore* in iudicio *comparentibus* & per eos *lite* in cauſa huiusmodi legitime *conteſtata* ac de *calumpnia* & de ueritate dicenda in ipſius auditoris preſentia preſtitis *iuramentis* & traditis nonnullis *poſitionibus* & *articulis* in cauſa huiusmodi, & contra eosdem poſitiones & articulos nonnullis exceptionibus hinc inde datis in terminis eis ad hoc datis & deinde, cum dictus Petrus auditor ſe de dicta curia *abſentaſſet*, Nos cauſam huiusmodi dilecto filio Magiſtro *Guillermo* de *Gunello* canonico Narbonenſi capellano noſtro & auditori cauſarum palatii predicti audiendam commiſimus & fine debito terminandam qui ad inſtantiam dicti Lamberti coram eo in iudicio comparentis prefatum *Manfredum* ad *producendum* & *produci* uidendum omnia iura & munimenta, quibus partes ipſe uellet in huiusmodi cauſa uti, per quendum *curſorem* noſtrum citari fecit ad certum terminum *peremptorium* competen-

Quod adpellatio Romam fundata.

Inde proceſſus adpellationis indulti.

Citatio curſoris peremtoria.

tentem, in quo dictus *Lambertus* coram eodem *anno* 1393.
Guillermo auditore in iudicio comparens, predicti *Manfredi* non comparentis *contumatiam* ac-*accuſatio contumatiae.*
cuſauit & in eius *contumatiam* nonnullas litteras *autenticas*, inſtrumenta publica ac alia iura & munimenta, quibus pro parte ſua in cauſa huiusmodi uoluit uti, produxit, predictusque Guillermus *auditor* ad dicti Lamberti inſtantiam Magiſtrum Henricum de *Bullerem* procuratorem dictorum proconſulis, conſulum, ſcabinorum & uniuerſitatis una cum dicto Hermanno *in ſolidum conſtitutum*, ita quod non eſſet melior conditio *occupantis*, prout eidem Guillermo auditori apud acta cauſe legitime conſtabat, dictis Manfredo & Hermanno tunc cauſam huiusmodi proſequi non curantibus, ad *concludendum* & concludi uidendum in cauſa huiusmodi, uel dicendum cauſam rationabilem, quare in ea concludi non deberet, per quendam *curſorem* noſtrum citari fecit ad certum terminum peremtorium competentem, in quo dictus *Lamberto* & *Henrico* predictis *Contentio, utrum cauſa concluſa ſit.*
coram eodem Guillermo *auditore* in iuditio comparentibus, ac Lamberto in cauſa huiusmodi *concludi petente*, Henrico uero predictis in ea concludere *recuſante*, nec cauſam aliquam *rationabilem* allegante, quare in ea concludi non deberet, ſepe dictus Guillermus auditor reputans eundem Henricum quoad actum huiusmodi, prout erat merito, *contumacem* in eius contumatiam cum dicto Lamberto in cauſa huiusmodi concludente *concluſit* & habuit pro concluſo, & ad ipſius *Lamberti* inſtantiam predictum Henri-*Citatio ad definitiuam.*
cum ad ſuam in cauſa huiusmodi *diffinitiuam* ſententiam audiendam per quendam curſorem noſtrum citari fecit ad certam diem peremtoriam

anno 1393. competentem, in qua Lamberto & Henrico prediſtis coram eodem Guillermo auditore in iudicio comparentibus, ac Lamberto in cauſa huiusmodi concludi petente, Henrico uero prediſtis in ea concludere recuſante, nec cauſam aliquam rationabilem allegante, quare in ea concludi non deberet, ſepe diſtus Guillermus auditor reputans eundem Henricum quoad aſtum huiusmodi, prout erat merito, contumacem, in eius contumatiam cum diſto Lamberto in cauſa huiusmodi concludente conclufit & habuit pro concluſo, & ad ipſius Lamberti inſtantiam prediſtum Henricum ad ſuam in cauſa huiusmodi diffinitiuam ſententiam audiendam per quendam curſorem noſtrum citari fecit ad certam diem peremptoriam competentem, in qua Lamberto & Henrico prediſtis coram eodem Guillermo auditore in iuditio comparentibus, ac Lamberto in cauſa huiusmodi concludi petente, Henrico uero prediſtis in ea concludere recuſante, nec cauſam aliquam rationabilem allegante, quare in ea concludi non deberet, ſepe diſtus Guillermus auditor reputans eundem Henricum quoad aſtum huiusmodi, prout erat merito, contumacem; in eius contumaciam cum diſto Lamberto in cauſa huiusmodi concludente conclufit & habuit pro concluſo, & ad ipſius Lamberti inſtantiam prediſtum Henricum ad ſuam in cauſa huiusmodi diffinitiuam ſententiam audiendam per quendam curſorem noſtrum citari facit ad certam diem peremptoriam competentem, in qua Lamberto & Henrico prediſtis coram eodem Guillermo auditore in iuditio comparentibus, diſtoque Lambero in cauſa huiusmodi ſententiam ferri petente, memoratus Guillermus auditor

tor *uiſis* & diligenter *inſpectis* omnibus & ſingulis actis actitatis habitis & productis in cauſa huiusmodi, ipſiſque cum diligentia recenſitis & examinatis ac facta ſuper hys omnibus coauditoribus ſuis dicti palatii relatione plenaria & fideli de ipſorum *coauditorum* conſilio & aſſenſu per ſuam diffinitiuam ſententiam pronunciauit, decreuit & declarauit, prout hec omnia in dicto libello petita fuerant, *ſpoliationem predictam fuiſſe & eſſe temeratam, illicitam & iniquam, ac de facto temere indebite & inique attemptatam, & quatinus de facto proceſſit, reuocandam fore, & eam reuocauit, ipſoſque abbatem & conuentum ad poſſeſſionem uel quaſi ſupremi dominii iuramenti fidelitatis confirmationis proconſulis & conſulum, ac iuramentorum inde ſecutorum & annui cenſus predictos ad ſtatum ſuum priſtinum reducendos, reſtituendos & redintegrandos fore, & reduxit, reſtituit & reintegrauit ac ceſſationem diuinorum predictam bene canonice & legitime fuiſſe & eſſe poſitam & ſeruatam, condempnauitque nichilominus prefatos proconſulem, conſulem & ſcabinos ac uniuerſitatem in fructibus & emolumentis ad dominium dicti opidi ſpectantibus perceptis, a tempore litis mote, & in expenſis in huiusmodi cauſa legitime factis, ipſarum expenſarum taxatione ſibi impoſterum reſeruata. A qua quidem ſententia pro parte dictorum proconſulis, conſulum, ſcabinorum & uniuerſitatis fuit ad ſedem appellatum predictam.* Noſque *cauſam* appellationis huiusmodi ab eadem ſententia interiecte uenerabili fratri noſtro *Bernardo* archiepiſcopo Neapolitano tunc *capellano* noſtro & auditori cauſarum palatii predicti audienda commiſimus, & fine debito terminandam, corum quo Lamberto & Hen-

anno 1393.

Definitiua ſententia concepta.

A qua iterum adpellatur II. ad pontificem.

anno 1393. Henrico praedictis in iuditio comparentibus, & per quemlibet eorum quodam in huiusmodi cauſa pro parte ſua dato libello, & per eos *lite* in cauſa huiusmodi legitime conteſtata & de *calumpnia* & de ueritate dicenda in ipſius Bernhardi tunc *auditoris* preſentia preſtitis iuramentis, ac traditis hinc inde quibusdam *poſitionibus* & *articulis* in cauſa huiusmodi, & contra eosdem *poſitiones* & *articulos* nonnullis exceptionibus utrinque datis in terminis eis ad ſingulos actus huiusmodi peremtorie & ſucceſſiue per dictum *Bernardum* tunc auditorem aſſignatis, & deinde per dictum Henricum & magiſtrum Andream de *Groningen ſubſtitutum* per dictum *Lambertum*, quotiens ipſum abeſſe contingeret, prout idem Lambertus ad hoc ab eisdem *abbate* & conuentu ſufficiens *mandatum* habebat, dicto Lamberto tunc abſente coram eodem *Bernardo* tunc auditore in iuditio comparentes traditis nonnullis literis *authenticis* ac aliis iuribus & *monumentis*, quibus partes ipſe uolebant in huiusmodi cauſa uti, & contra eadem producta quibusdam exceptionibus utrinque datis in terminis ad haec datis, *demum* praefatus Bernardus tunc auditor ad dicti Andree *inſtantiam* predictum Henricum ad *concludendnm* & concludi uidendum in cauſa huiusmodi, uel dicendum cauſam rationabilem, quare in ea concludi non deberet per quendam *curſorem* noſtrum citari fecit, ad certum terminum peremptorium competentem: in quo *Lamberto* & *Henrico* predictis coram eodem Bernardo tunc auditore in iuditio comparentibus ac Lamberto in cauſa huiusmodi *concludi* petente, Henrico uero predictis in ea concludere *recuſante*, nec cauſam aliquam rationabilem allegante, quare

re

re in ea concludi non deberet, ſepe dictus *Bernardus* tunc *auditor* reputans eundem *Henricum* quoad actum huiusmodi, prout erat merito, *contumacem*, in eius *contumaciam* cum dicto Lamberto in cauſa huiusmodi concludente concluſit & habuit pro concluſo. Poſtmodum uero *nos* cauſam huiusmodi dilecto filio magiſtro Iohanni *Crozati* decano eccleſie beate Marie de Tucella Tiraſonenſis diœceſeos capellano noſtro & *auditori* cauſarum palatii predicti, ex certis cauſis audiendam commiſimus & fine debito terminandam, qui ad inſtantiam dicti *Lamberti* coram eo in iuditio comparentis praedictum Henricum ad ſuam in huiusmodi cauſa *diffinitiuam* ſententiam audiendam per quendam *curſorem* noſtrum citari fecit ad certam diem *peremtoriam* competentem, in qua *Lamberto* & *Henrico* predictis coram eodem *Iohanne auditore* in *iuditio* comparentibus, dictoque *Lamberto* ſententiam huiusmodi ferri petente, preſominatus Iohannes *auditor* uiſis & diligenter inſpectis omnibus & ſingulis actis actitatis habitis & productis in cauſa huiusmodi, ipſisq; cum diligentia recenſitis & examinatis, ac facta ſuper hys omnibus *coauditoribus* ſuis dicti palatii *relatione* plenaria & fideli, de ipſorum coauditorum conſilio & aſſenſu per ſuam diffinitiuam *ſententiam* pronunciauit, decreuit & declarauit, per *Gullermum auditorem* prefatum: *in cauſa huiusmodi bene & legitime fuiſſe & eſſe proceſſum, pronunciatum, ſententiatum ac diffinitum ipſiusque ſententiam confirmandam fore, & confirmauit eam, & pro parte proconſulis, conſulum, ſcabinorum & uniuerſitatis predictorum ab ipſa ſententia male & perperam fuiſſe & eſſe appellatum, ipſosque in dampnis &* inter-

anno 1393.

Noua commiſſio inde.

Sententia *in appellationis inſtantia* confirmata.

anno 1393. *intereſſe, que quidem dampna occaſione ceſſationis a diuinis, ydem abbas & conuentus paſſi erant, ac fructibus & emolumentis ad dominium dicti opidi ſpectantibus perceptis, nec non in expenſis pro parte dictorum abbatis & conuentus factis in cauſa huiusmodi a tempore dicte late ſententie condempnandos fore & condempnauit, ipſarum expenſarum taxatione ſibi inpoſterum reſeruata.* A qua quidem ſententia pro parte dictorum *proconſulis, conſulum, ſcabinorum* & *uniuerſitatis* fuit ad *ſedem* appellatum predictam. Nosque cauſam appellationis huiusmodi ab eadem *ſententia* dicti Iohannis auditoris interiecte dilecto filio magiſtro Petro *Flandrini* capellano noſtro & auditori cauſarum palatii ſupra dicti audiendam commiſimus & fine debito terminandam, coram quo *Lamberto* & *Henrico procuratoribus* predictis in iuditio comparentibus & per eorum quemlibet quodam in cauſa huiusmodi pro parte ſua dato libello ac per eos lite in cauſa huiusmodi legitime conteſtata, ac de *calumpnia*, & de *ueritate* dicenda in ipſius *Petri Flandrini auditoris* preſentia preſtitis iuramentis, traditisque per eos nonnullis *poſitionibus* & *articulis* in cauſa huiusmodi, & contra eosdem poſitiones & articulos quibusdam exceptionibus utrinque datis ac productis nonnullis literis *authenticis* ac aliis *iuribus* ac *munimentis*, quibus partes ipſe uolebant in huiusmodi cauſa uti & contra eadem producta, quibusdam *exceptionibus* hinc inde datis in terminis eis ad ſingulos actus huiusmodi per dictum Petrum Flandrini auditorem peremptorie & ſucceſſiue aſſignatis, demum predictus *Petrus Flandrini* auditor ad predicti Lamberti inſtantiam prefatum Henricum

III. Noua adpellatio ad ſedem apoſtolicam. Inde noua iterum commiſſio.

cum ad *concludendum* & *concludi* uidendum in *anno* 1393.
cauſa huiusmodi uel dicendum cauſam rationabilem, quare in ea concludi non deberet, per quendam *curſorem* noſtrum citari fecit ad certum terminum peremptorium competentem, in quo Lamberto & Henrico predictis coram eodem *Petro Flandrini auditore* in iuditio comparentibus, ac Lamberto in cauſa huiusmodi concludi petente, Henrico uero predictis in ea concludere *recuſante* nec cauſam aliquam *rationabilem* allegante, quare in ea concludi non deberet, ſepe predictus *Petrus Flandrini* auditor reputans eundem Henricum quoad actum huiusmodi, prout erat merito, contumacem, in eius *contumacia* cum dicto Lamberto in cauſa huiusmodi concludente concluſit & habuit pro concluſo, & ad ipſius Lamberti inſtantiam prefatum Henricum ad ſuam in cauſa huiusmodi *diffinitiuam ſententiam* audiendam per quendam curſorem noſtrum citari fecit ad certam diem peremptoriam competentem, in qua Lamberto & Henrico predictis coram eodem *Petro Flandrini auditore* in iuditio comparentibus, ipſoque Lamberto ſententiam huiusmodi ferri petente, prenominatus *Petrus Flandrini* auditor uiſis & diligenter inſpectis omnibus & ſingulis actis actitatis habitis & productis in cauſa huiusmodi ipſisque cum diligentia recenſitis & examinatis, ac facta ſuper hys omnibus coauditoribus ſuis dicti palatii *relatione* plenaria & fideli, de ipſorum *coauditorum* conſilio & aſſenſu per ſuam diffinitiuam ſententiam pronunciauit, decreuit & declarauit per dictum Iohannem *Crozati auditorem* predictum; *in cauſa huiusmodi bene & legitime fuiſſe & eſſe proceſſum, ſententiatum & diffinitum eiusq; ſententiam confir-* *Noua* ſententia *confirmatoria.*

 man-

anno 1393. *mandam fore & confirmauit, ac pro parte proconſulis, conſulum, ſcabinorum & uniuerſitatis prediƈtorum, male perperam & inique fuiſſe & eſſe appeltum, ipſoſque proconſulem, conſules, ſcabinos & uniuerſitatem in fruƈtibus & emolumentis ex diƈtis ſupremo dominio & annuo cenſu & prouentibus perceptis, nec non in expenſis pro parte diƈtorum abbatis & conuentus in huiuſmodi cauſa faƈtis a tempore diƈte late ſententie condempnandos fore & condempnauit ipſarum expenſarum taxatione ſibi impoſterum reſeruata.* Et ſubſequenter Guillermus, cui nos commiſimus, ut etiam expenſas coram diƈto *Iohanne auditore* factas taxaret, coram ſe in *centum* & *uiginti* & coram diƈto Iohanne auditore in *quadraginta* ac *Petrus* auditores prediƈti coram ſe factas expenſas huiusmodi in *triginta florenis auri* in contumacia diƈti Henrici de mandato eorundem Guillermi & Petri auditorum ad inſtantiam prediƈti Lamberti per quosdam curſores noſtros, ad *uidendum taxari* expenſas huiusmodi ad certos terminos peremptorios competentes ſucceſſiue citari & non curantis comparere, eodem *Lamberto* coram eisdem *Guillermo* & *Petro auditoribus* in diƈtis terminis ſucceſſiue in iuditio comparente & prediƈti *Henrici* non *comparentis contumaciam* accuſante & in eius *contumaciam* expenſas ipſas taxari petente ſucceſſiue prouidis *moderationibus* taxarunt prediƈti Lamberti ſuper iisdem expenſis *iuramentis* ſecutis, prout in inſtrumentis publicis inde confeƈtis *Guillermi* & *Iohannis* ac *Petri Flandrini* auditorum *ſigillis* munitis dicitur plenis contineri. Nos itaque ipſorum *abbatis* & *conuentus* ſupplicationibus inclinati, que ſuper hys a *Guillermo* & Iohanne tunc, ac Petro *Flan-*

Taxa & moderatio expenſarum.

Citatio ad uidendum taxari.

Inde IV. omnium ipſius papae pleniſſima adprobatio.

Digitized by Google

Flandrini auditoribus ſupradictis proinde facta ſunt, *rata habentes & grata diſcretioni noſtre per apoſtolica ſcripta mandamus*, quatinus nos uel duo aut unus noſtrum per nos uel alium ſeu alios premiſſa executioni debitae demandantes dictasque ſententias, ubi & quando expedire uideritis, autoritate noſtra ſolenniter publicantes, *predictos abbatem & conuentum uel eorum procuratorem uel ipſorum nomine ad poſſesſionem uel quaſi ſupremi dominii recipiendi iuramenta fidelitatis predicta, confirmandi proconſulem & conſules & etiam cenſus predicti amotis exinde dictis proconſule, conſulibus, ſcabinis & uniuerſitate eadem autoritate reſtituatis & reintegretis, ipſosque reſtitutos & reintegratos defenditis facientes, ſibi de fructibus & emolumentis ad dictum dominium ſpectantibus & cenſu predicto integre reſponderi, & de predictis dampnis & intereſſe ac fructibus perceptis & emolumentis & florenorum ſummis pro dictis expenſis iuxta predictorum inſtrumentorum earundem condempnationum & taxationum tenores plenam & debitam ſatisfactionem impendi.* Contradictores per cenſuram *eccleſiaſticam*, *appellatione* poſtpoſita compeſcendo. Datum *Auinion* VII. kal. Aprilis Pontificatus noſtri Anno *Quarto*.

anno 1393.

Atque V. requiſitio ad executionem, in Germania faciendam.

Datum.

x
x
x
x
x

m.
ſup.
B. a Zaynardi.

B. Franciſci.

anno 1405.

DIPLOMA LXXXIII.

OTTONIS *archiepiſcopi* Bremenſis *uenditio* feudorum *in Pegouiae uicinia abbati facta & mercede uerſa in* rem, *ex uſu & formula iuris* canonici *& ciuilis* Romani *anno* 1405.

anno 1405. *Cauſa inſtrumentorum poſteritas.*

IN *nomine Domini amen.* Suſcepti regiminis cura ſollicitat, ut utilitatibus eccleſiarum & monaſteriorum, quibus coetus diuini numinis ampliatur & eccleſie noſtre indempnitatibus ſuccurritur, ſalubriter prouidere debeamus. Ne igitur ea, que fiunt in tempore, obliuionis errore depereant, aut calumpnie uitio ſeu malignantium conatibus obumbrentur, expedit, ut literarum & ſcripturarum teſtimoniis perhennentur. Hinc eſt, quod nos *OTTO Dei & apoſtolice ſedis gratia ſanctae* BREMENSIS *eccleſiae archiepiſcopus* ad uniuerſorum tam preſentium, quam futurorum notitiam publice deducimus per preſentes. Quod *feuda* quorumcunque bonorum ſituatorum prope opidum *Pegow* dieceſeos *Merſeburgenſis* &, preſertim bonorum, que dicuntur die moenen ad *nos* & eccleſiam noſtram ſpectantia & pertinentia *pleno proprietatis* iure una cum bonis predictis in quibuscunque ſeu qualibuscunque terrarum poſſeſſionibus conſiſtant cum omnibus & ſingulis eorum *dominio* tam *utili* quam *directo* iuribus, pertinentiis proprietatibus, libertatibus, appenditiis, omagiis, ſeruitutibus, iuriſdictionibus, obuentionibus, uſufructu & aliis utilitatibus prout eis inſunt & obuenire poſſunt quomodolibet in futurum. Nec non omne *ius* in premiſſis *feudis* & bonis nobis & eccleſie noſtre competens ſeu competiturum.

Otto Dei & apoſtolicae ſedis gratia Brem. arch.

cum conſenſu capituli,

omnia feuda in Pegouiae *uicinia abbatiae Pegauienſi uendunt,*

Ad diploma 83. p. 330–333.



Tom. 2.

titurum, ex certis rationabilibus cauſis nos adhoc mouentibus, & preſertim ex eo, quod propter longam *diſtantiam loci* eorundem bonorum ab eccleſia noſtra & *uiarum* diſtantiam dicta bona pro conſeruatione iuris noſtri & eccleſie noſtre ac utilitatis in iiſdem bonis nos & predeceſſores noſtri cum tanta diligentia, quanta expediuiſſent reſpicere, non potuimus neque poſſumus & aliis impedimentis *uaſalli* & *feudatorum* dicta bona *feudalia* absque debita petitione & requiſitione *inueſtione* dictorum bonorum a nobis & predeceſſore noſtro facienda, *minus iuſte detinuerunt* & nobis ac eccleſie noſtre facta fuerunt & ſunt minus utilia, & ne ſic longo *ſilencio* & diuturnitate *temporis* continuata *feuda* & bona preaſſerta ab eccleſia noſtra *alienari* contingat, indempnitate hac perſpecta *de conſenſu & aſſenſu uenerabilium uirorum* dominorum Gotſchalci de Kampon *decani & tocius capituli eccleſie noſtre predicte habito cum eis deſuper tractatu ſollempni* ſepius repetito ac reiterato uenerabilibus & religioſis uiris dominis *Conrado abbati monaſterii ſancti Iacobi Pigauienſis & conuentui & omnibus eorum ſucceſſoribus iuſto & legitimo contracta & ſollempnitatibus interuenientibus uendidimus & uendimus pro* ſexaginta florenis *Renenſibus auri boni & iuſti ponderis nobis ex parte eorum numeratorum traditis integratis & ſolutis, & per nos effectualiter receptis & ſubleuatis & in uſum & utilitatem euidentem eccleſie noſtre conuerſis.* Que quidem *feuda* bona & ius abbati & monaſterio *Pigauienſi* in perpetuum *tradimus, damus, aſſignamus*, unimus, annectimus & *incorporamus* perpetuis temporibus poſſidenda. Et prefatis abbati & conuentui una cum *uaſallis*

anno 1405.

quod nimium a Brema ſint remota.

Pretium LX. floren.

Formula ceſſionis.

anno 1405. *Feudator i. e. dominus.*

uaſallis & *feudatarius* eorundem bonorum pleno iure *ſubiicimus* & ipſos ueros *feudatores* atque *dominos* dictorum bonorum conſtituimus, nec non poſſeſſionem *naturalem*, *realem* & *ciuilem* eorundem bonorum tradimus & aſſignamus per preſentes transeuntes in eosdem abbatem & conuentum & eorum monaſterium *feuda* bona & ius predicta ita, quod ipſi pro eis & eorum quolibet agere & experiri poſſint tanquam pro re ipſa in *iudiciis* & extra, *renunciantes* expreſſe pro nobis & omnibus noſtris ſucceſſoribus prefatis bonis *feudis* & iuri & *uaſallis* nec non in premiſsis accuſationi in *factum*, *doli mali*, *leſionis* in contractu, *fraudis*, deceptionum, *cedendarum actionum* & reſtitutionis in integro beneficio, excepcioni *non numerate* pecunie, non tradite non ſolute nec in uſum nec in *utilitatem* euidentem eccleſie noſtre conuerſe, nec non quibusuis accuſacionibus, excepcionibus, defenſionibus ac tam *iuris* quam *facti* iuris *canonici* aut *ciuilis* auxilio conſuetudini uel ſtatuto nobis aut ſucceſſoribus noſtris quomodolibet ſuper premiſſis competentibus uel competituris, per que uel quorum alterum preſens uenditionis & emptionis contractus *annullari* poſſe ſeu *infringi* aut in toto uel in parte reſcindi, ac iuri dicenti renunciationem non ualere generalem. Et ut hec noſtre ueuditionum, traditionum, dationis, aſſignationum, unionis, annectionum, incorporationum, ſubiectionum, *conſtitutionum*, *translationum* & *renunciationum* auctoritas ſtabilis & inconcuſſa permaneat, preſentem noſtram paginam noſtri *maioris ſigilli* appenſione fecimus communiri. Et Nos Dei gratia *Gotſchalcus decanus* nec non totum *capitulum* eccleſie

Renunciatio omnium actionum & exceptionum,

ex iure canonico & ciuili R.

Maiora ſigilla archiepiſcopi & capituli.

ſie *Bremenſis* recognoſcimus publice per preſentes in premiſſis conſenſum noſtrum expreſſum omnimode interfuiſſe & adeſſe. In quorum omnium & ſingulorum robur ualidum perpetuo firmitatum *ſigillum maius* noſtri *capituli* ſigillo reuerendiſſimi in Chriſto patris & domini noſtri domini *Ottonis* ſancte Bremenſis eccleſie archiepiſcopi prefati preſentibus fecimus coappendi. *Datum* anno Domini MCCCC quinto ipſo die ſancti Stephani infra octauas natiuitatis Chriſti.

anno 1405.

Datum 1405.

CODEX VIENNENSIS

a Petro Lambecio promiſſus e bibliotheca Caeſarea, cuius Diplomata in numeris coeptis continuantur.

NVM. LXXXIV.

ALEXANDER papa *confirmat hoſpitale* S. Mariae *in Magdeburg.*

ALEXANDER *epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filiis* B. prepoſito, & canonicis ſancte *Marie Magdeburgenſis* ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Iuſtis petentium deſideriis dignum eſt nos facilem praebere conſenſum, & uota quae a rationis tramite non diſcordent effectu proſequente complere. Ea propter dilecti in domino filii ueſtris iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, *hoſpitale* ſancti *Alexii* iuxta preſcriptam eccleſiam poſitum cum pertinentiis ſuis, ſicut ipſum *rationabiliter* poſſidetis, auctoritate *apoſtolica* confirmamus & praeſentis ſcripti patrocinio communimus,

Confirmatio Hoſpitalis *S. Alexii prope monaſterium S. Mariae* Magdeburgenſ. *ad petitionem* Balderami *praepoſiti.*

nimus. Statuentes, ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam noſtrae confirmationis infringere uel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare praeſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

DIPLOMA LXXXV.

ALEXANDER papa *confirmat concambium praepoſiti* Balderami *in bonis coenobii S. Mariae in Magdeburgenſi ciuitate.*

Confirmatio permutationis eccleſiae de Wulue *cum eccleſia Ioh. euangeliſtae, archiepiſcopo conceſſa.*

ALEXANDER *epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filiis, Balderamo prepoſito & canonicis ſancte Marie Magdeburgenſ. ſalutem & apoſtolicam benedictionem.* Relatum eſt nobis ex parte ueſtra, quod uenerabili fratri noſtro *Magdeburgenſi* archiepiſcopo eccleſiam de *Wulue* cum uilla adiacente concorditer dediſtis, & ab eo eccleſiam ſancti Iohannis euangeliſte *Magdeburgenſ.* cum quadam uilla in *concambium* recepiſtis. Inde utique eſt, quod nos *concambium* illud, ſicut eſt concorditer & ſine prauitate fratrum & ab utraque parte ſuſceptum, ut in autenticis ſcriptis, exinde factis, continetur, ratum habemus & firmum ipſumque auctoritate apoſtolica confirmamus & preſentis ſcripti patrocinio communimus. Statuentes, ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam noſtrae confirmationis infringere uel ei aliquatenus contraire. Si quis autem hoc attemptare praeſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

concambium.

Sanctio.

DIPLO-

DIPLOMA LXXXVI.

ALEXANDER papa *confirmat* 1) *amotionem clericorum ſecularium ab eccleſia S. Mariae* 2) *introductionem regularium* 3) *nouum habitum ex inſtituto S. Northerti idque ad preces* Balderami *praepoſiti.*

A*LEXANDER epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filiis, Balderamo prepoſito & canonicis ſancte Marie Magdeburgenſ. ſalutem & apoſtolicam benedictionem.* Significauit nobis uenerabilis frater noſter *Magdeburgenſis* archiepiſcopus, quod cum eccleſia ueſtra de *reditibus epiſcopalibus* dotata fuerit, bone memorie *Northertus* predeceſſor eius in ea quosdam religioſos, *amotis* inde clericis *ſecularibus*, circumſpecta prouidentia ſtatuit, ſub regula beati *Auguſtini* & ſub religionis *habitu*, quem idem *inuenerat*, Deo perpetuo ſeruituros, ita quod ad neminem, nec ad ſe & ad ſuos ſucceſſores reſpectum haberent. Vnde quia predictus archiepiſcopus factum *predeceſſoris* ſui auctoritate petiit apoſtolica *confirmari*, nos eius poſtulationibus benigne, prout debuimus, annuentes, eccleſiam ueſtram in eo *ſtatu & libertate* manere decernimus, in qua ipſam prefatus *Northertus* archiepiſcopus ſtatuit, & eadem eccleſia hactenus noſcitur permanſiſſe. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrae confirmationis infringere, uel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare preſumpſerit, indignationem omnipotentis DEI & beatorum Petri & Pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Eccleſia S. Mariae ex reditibus archiepiſcopatus dotata inde amouentur clerici ſeculares, autoritate S. Northerti, qui auctor noui habitus religioſorum.

Sanctio.

DIPLO-

DIPLOMA LXXXVII.

ALEXANDER papa *excommunicat omnes, qui bona eccleſiae S. Mariae uel inuaſerint uel ſpoliauerint eam.*

Priuilegiatio canonicorum & conuerſorum eccleſiae S. Mariae *Magdeburg.*

ALEXANDER *epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, uenerabilibus fratribus, Wichmanno Magdeburgen.* archiepiſcopo & *Brandenburgen.* epiſcopo, *ſalutem & apoſtolicam benedictionem.* Non dubitatis illos ſententiam *excommunicationis* incurrere, qui in clericos uel religioſos uiros alicuius ordinis *manus iniiciunt* uiolentas. Inde eſt, quod fraternitati ueſtre per apoſtolica ſcripta mandamus atque praecipimus, quatenus publice ſub incomminatione *anatematis* prohibere curetis, ne quis in canonicos uel *conuerſos* eccleſie ſancte *Marie de Magdeburg* uiolentas manus iniiciat, aut eorum *bona* diripere uel occupare preſumat. Si qui autem *parochianorum* ueſtrorum in prefatos canonicos uel conuerſos manus uiolentas iniecerit, eos contradictione & appellatione remota publice excommunicatos nuncietis, & ſicut excommunicatos faciatis artius euitari, donec paſſis iniuriam congrue ſatisfaciant, & ſatisfacturi apoſtolico ſe conſpectu repreſentent. Ceterum ſi in predictos canonicos uel conuerſos manus non iniecerint uiolentas, ſed eorum bona diripuerint, eos niſi de rapina congrue ſatisfecerint, *cenſura* eccleſiaſtica percellatis.

Spoliatores excommunicandi, ni ſatisfecerint laeſis.

DIPLOMA LXXXVIII.

CVNRADVS archiepiſcopus Magdeburgicus *donat coenobio S. Mariae praedia quaedam, Marchioni Br. clientelaria,*

hocque

hocque fine ab eodem refutata *cum Rodenuorde.*

IN *nomine ſanctae & indiuiduae trinitatis. Ego ÇONRADVS Dei gratia Magdeburgenſis archiepiſcopus.* Quoniam paſtor paſtorum Chriſtus paſtoralis cure ſollicitudinem habere nos uoluit, opere pretium duximus, ſi commiſſas nobis oues non ſolum a *lupine* feritatis rabie defendamus, uerum etiam, ne inedia tabeſcant, paſcua eis ubertim prouideamus. Quapropter notum eſſe uolumus eccleſie noſtre fidelibus tam preſentibus, quam futuris, qualiter ego CVNRADVS *Magdeburgenſis eccleſie* non *meis meritis* archiepiſcopus *praedeceſſoris* mei felicis memorie NORBERTI archiepiſcopi pia uota conſiderans & probans, fratribus in eccleſia *beate Marie* in Magdeburg ſub regula ſancti *Auguſtini* Deo militantibus, quos ipſe ibidem maioris eccleſie noſtre *fratrum* ſeniorum auxilio & conſilio collocauit, in temporalibus ſubuenire diſpoſui, quatenus *exteriorum* neceſſitatum ſuſtentatione ſuffulti fortius reſiſtere ualeant aduerſatio ſuo, cum eis *intrinſecus* dimicanti. Igitur ut memoria noſtri iugiter inibi Deo famulantium cordibus arcius impreſſa permaneat, uillam quandam ultra *Albiam* fluuium ſitam, dictam *Gosle*, prefate eccleſie beate Dei genetricis Marie in Magdeburg, in uſus *fratrum* domino ibi ſeruientium totam & integram *donamus* atque contradimus, cum omni *decimatione* eius, & cum omnibus *iuſticiis* & pertinentiis eius, *areis, terris* cultis & incultis, *agris, pratis, paſcuis, ſiluis, aquis, uiis & inuiis, exitibus & redditibus* queſitis & inquirendis. Praeterea etiam ſub

Cunradus archiepiſcopus donat eccleſiae B. Mariae Magdeburg. uillam Gosle *cum omnibus pertinentiis.*

Norbertus *archiepiſcopus* Canonicos *ſub regula Auguſtini in eccleſia B. Mariae collocauit.*

Gosle ultra Albiam.

Cum iurisdictione, quae ubique archiepiſcopi ſelius.

ſub *banni* noſtri comminatione interdicimus, ne aliqua preſentis uel futuri temporis perſona in eadem uilla & pertinentiis eius & inhabitatoribus uniuerſis preſentibus uel futuris aliquam *poteſtatem* ſeu *iuſticiam* ſibi uſurpet, niſi quantum fratribus prefate eccleſie placuerit. *Curtem*, quam *Marchio Albertus* a nobis in *beneficio* habitam eidem eccleſie pro ſui ſuorumque commemoratione tenendam utpote contiguam & neceſſariam fratribus nobis *reſignauit*, ſimiliter in uſus fratrum memorate eccleſie iure perpetuo donamus. Quidam etiam miniſterialis noſter de *Himesburch Adere* nomine tertiam partem prati cuiusdam quod contiguum eſt prato fratrum ſancte Marie quod habent iuxta *Bodam* fluuium penes uillam que *Rodenuorde* dicitur, nobis reſignauit, & dari eccleſie beate Marie in uſus fratrum perpetualiter poſtulauit. Et ipſam ergo partem prati nobis, ut dictum eſt, ab *homine noſtro* reſignatam eidem iam dicte eccleſie perpetuo poſſidendam donauimus. Et ut hec noſtre donationis ſiue traditionis carta futuris temporibus firma ſemper & inconuulſa permaneat, *ſigilli* noſtri impreſſione eam ſignamus & banni noſtri auctoritate *roboramus*. Si qua igitur in poſterum eccleſiaſtica ſecularisue perſona contra hanc noſtre inſtitutionis paginam auſu temerario uenire preſumpſerit, a ſacratiſſimo *ſanguine* & corpore domini aliena fiat, quousque factum ſuum digna penitentie ſatisfactione emendet.

Donatio curtis eccleſiae B. Mariae contiguae, marchionis clientis Magdeburgici. Himesburch.

item tertiam partem prati penes Rodenuorde.

Homo i. e. uaſallus.

Sanctio.

DIPLOMA LXXXIX.

WICHMANNVS *archiepiſcopus* Magdeburgicus *teſtatur, ſe non alienaſſe, quod ipſi*

ipſi nefas factu, ſed commutauiſſe loca archiepiſcopatus cum aliis locis coenobii *B. Mariae.*

IN nomine ſanĉte & indiuidue trinitatis. WICHMANNVS Dei gratia Magdeburgenſis eccleſie archiepiſcopus. Quoniam profectum eccleſiarum, quae nobis ſubiecte ſunt iure noſtra promouere debet ſollicitudo, ex hoc, ne eccleſia *beate Marie* in Magdeburg de his, que a nobis in *concambio* rationabiliter obtinuit, in poſterum irrationabiliter posſit ab aliquo conturbari, notum eſſe uolumus omnibus, tam preſentibus quam futuris, quod pro commoditate & *utilitate* iam dicte eccleſie ac etiam reſpectu dilectionis & petitionis *Balderami* eiusdem *prepoſiti* pro tribus manſis in *Wiboie* adiacentibus, qui cum tribus areis attinentibus & iure quod *uorehure* appellant, XXX. III. ſolidos annuatim ſoluebant, tres manſos in *Innesleue* XXX. VI. ſolidos quolibet anno ſoluentes pretaxate eccleſie in legitimo *concambio* tradidimus & utriusque concambii ſtabilitatem omni que debuimus firmitate communiuimus. Verum ne ipſa eccleſia aliquam diminutionem in aliqua cauſa, qua nobiscum participat, perferret, ipſius amore inuitati ac etiam prefati *fidelis* noſtri *Balderami* prepoſiti ſedula & ſtudioſa petitione commoniti, pro uno manſo qui *Rumpene* adiacet, quem Bugoldus de *Schokwitz* temporibus Conradi prepoſiti, uerum noſtra promiſſione pro ipſo interpoſita ab eccleſia & ab ipſo prepoſito conuentione *emptionis* obtinuerat de tribus manſis in prope *Torpſtede*, quorum hereditas ipſi eccleſie prius pertinuit, *cenſum*, *decimam* & *Worrop* cum

Wichmannus archiepiſcopus tradit eccleſiae B. Mariae 3. manſos in Innesleue *permutatos pro 3. manſis in* Wibovv. *&c.*

(Vorehure, ius, Verheurung, Vermietung oder Verpachtung.)

Schokwitz tradit item per concambium, cenſum, decimam & Worrop *&c. (exce-*

pto iure fodinarum metallicarum) *de* 3. *manſis in* Torpſtede (*ultra Salam fl. e. regione* Wetini *opidi*) *pro uno manſo prope pagum* Rumpin (*Frideburgo adiacente*) *Burgwerck.*

cum omnium reliqua *iuſtitia*, quam in eis habuimus, excepto iure, quod *Burgwerk* appellatur, ipſi eccleſie contradimus. Igitur ut he diſpoſitiones noſtre firme & inconcuſſe permaneant, affectantes auctoritate Dei & beatorum apoſtolorum *Petri* & *Pauli* & noſtra, eas ſub anathemate confirmamus & praecipimus, ne in his, que a nobis rationabiliter ſtatuta ſunt, aliquis irrationabiliter contraire praeſumat. Hec noſtra conſtitutio & conſtitutionis confirmatio facta eſt in Magdeburg.

DIPLOMA XC.

HVMFRIDI *archiepiſcopi Magdeburgici compoſitio litis de precaria cum conſenſu* militiae *& noua conſtitutio adparatu deſcripto conuiuii, quotannis memoriae cauſa habendi.*

Humfridus archiepiſcopus, precariam *a Gerone anteceſſore ſ. aedificari coeptam, perfecit, cauſa cum conſenſu* militiae *deciſa, controuerſiam de ea ſopiuit.*

IN *nomine ſancte & indiuidue trinitatis. HVMFRIDVS Dei gratia ſancte* Magdeburgenſis *eccleſie archiepiſcopus.* Notum ſit omnibus tam preſentibus quam futuris fidelibus noſtris, qualiter ego *Humfridus* Magdeburgenſis praeſul indignus *precariam* quandam ab anteceſſore meo *Gerone* uenerabili archiepiſcopo cum quadam uidua *Sermeke* uocata inceptam & ut ipſe putabat rite perfectam, heredibus eius poſt mortem eiusdem domine uehementer me incitantibus & per ſecularia *iudicio* nimium facto reclamantibus *communi meorum tam cleri quam* MILITIE *conſilio & conſenſu* datis XX. talentis pleniter peregi & legaliter confirmaui; ut pro eadem cauſa omni *clamore* & contradictione in perpetuum ſublata, ſi quid nobis inde fieri placuerit, absque controuerſia ratum & ſtabile eſſe poſſit.

poſſit. Proinde ut oblatio fidelium & illi proficiat, qui cepit & michi qui perfeci, eandem *uillam* ad *monaſterium* ſancte Dei genitricis quod idem uenerabilis archiepiſcopus incepit, conceſſi ea conditione, ut eiusdem loci prepoſitus noſtris confratribus in die ordinationis mee, dum *uiuam*, & poſt *obitum* in die depoſitionis ſubſcripte *cene* diffinitionem pro ſigno memorie & caritatis noſtre exhibeat. Alii autem eiusdem predii uſusfructum pauperibus Deo ſancteque Marie miniſtrantibus nunc uel miniſtraturis ad *uictum* & ad *ueſtitum* fideliter diſpenſet. Summa conuiuii ſit quatuor *maltera* farine triticee, quatuor uictime *porcine*, duo *porcelli*, decem *pulli*, centum *oua*, amphora *mellis*, decem amphore *cereuiſie*. Egenis autem eodem die donentur ſeptem *maltera* de ſiligine, due *porcine* uictime, duo *bacones*, *carrada* una *cereuiſie*. Ad eandem uero uillam *Volcmerſtorp* uocatam XVI. manſi excepta dote ipſius eccleſie, cuius ſumma eſt VII. manſi. Que omnia diligenter ideo ſcripſimus, ne quis titulo *paupertatis* oppoſito decretum noſtrum annullet, quandoquidem id quod diffiniuimus a *tertia* parte ſupradicti predii poterit exhiberi, due uero relique partes ad uſum *Deo ſancteque Marie* miniſtrantium deputari.

anno 1164.
uillam iſtam Eccleſiae B. Mariae conceſſit, ac conuiuium a fratribus ipſi quotannis praebendum, una cum erogatione eleemoſynarum in pauperes inſtituit. Conuiuii inferioris aeui ad paratus inuineus.
Donatio villae Volcmersdorf, *cum 7. manſis.*

DIPLOMA XCI.

WICHMANNI archiepiſcopi Magdedeburgenſis *ſententia*, *lata conſilio principum & cleri Magdeburgenſis inter fratres S.* Mauritii *& B.* Mariae *de controuerſis iuribus ac cenſibus anno* 1164.

IN *nomine ſancte & indiuidue trinitatis.*

anno 1164. *Prooemium.*

WICHMANNVS ſancte Magdeburgenſis eccleſie archiepiſcopus. Quoniam uinculum perfectionis & conſummatio uirtutum eſt caritas, pro debito noſtre adminiſtrationis caritatem, que inter fratres noſtros aliquamdiu titubare uiſa eſt, reformare & redintegrare propoſuimus. Proinde occaſiones diutine contentionis amputantes, negotia quedam, de quibus fratres eccleſie *beati Mauricii* cum fratribus eccleſie *beate Marie* diſceptabant, competenti fine terminare ſtuduimus.

Compoſitio litis inter Canonicos templi Cathedralis S. Mauricii *&* *canonicos* S. Mariae *propter uillam Volcmarsdorf &c. it. Curiam Bodonis &c. ut illi* 3. *talenta ab his in uilla* Cascedre *accipiant.*

Actum itaque eſt conſilio tam *principum*, quam *cleri* Magdeburgenſis, quatenus pro redemtione ſeruicii, quod de uilla *Volcmarſtorp* ab eccleſia beate Marie memoratis eccleſie beati Mauricii fratribus annuatim exhibebatur, itemque pro abſolutione curie domini *Bodonis* & arearum quarundam, eidem eccleſie adiacentium, in ſignum pacis caritatiſque firmamentum fratres eccleſie beati *Mauricii* a fratribus eccleſie beate Marie in uilla *Caſcedre* III. talenta annui cenſus acciperent, & ſopita omni huiuscemodi querimonia pacem illibatam in poſterum conſeruarent. AMEN.

Teſtes.

Huius rei teſtes ſunt Volmarus *Brandenb.* epiſcopus, Arnoldus abbas eccleſie ſancti *Iohannis* baptiſte, Euerhardus abbas *Ingenburg*. Otto maioris eccleſie *prepoſitus*, Sigefridus *decanus*, qui & prepoſitus eccleſie ſancti Nicolai, Heynricus *prepoſitus* eccleſie S. Sebaſtiani, omneſque maioris eccleſie canonici, *Balderamus* prepoſitus eccleſie ſancte *Marie* & ceteri fratres eiuſdem eccleſie, Guntherus prepoſitus eccleſie ſancti *Victoris*, Dei gratie & OTTONI eiuſdem eccleſie *fundatori*, Luitbertus abbas de *Amenſleue*, aliique fide digni quam plures. Laici uero Adelbertus Marchio filiuſque eius Adelbertus comes, Borchardus comes *urbis*

Burggrauius comes urbis.

urbis, Borchardus comes de *Valckenſtein*, Alexander de *Alleſleue*. Actum *MCLXIIII. Indictione XII. Epacta XXVII. feliciter. Amen.* *anno* 1463. C. Valckenſtein.

DIPLOMA XCII.

FRIDERICI *archiep. Magd. ſententia, lata in colloquio principum, id eſt, procerum Magdeburgi inter duos fratres, quorum unus ſine alterius conſenſu donauit bona quaedam coenobio B. M. poſtea refutata domino anno* 1463.

IN *nomine ſancte & indiuidue trinitatis. FRIDERICVS ſancte Magdeburgenſis eccleſie archiepiſcopus.* Notum ſit tam preſentibus, quam futuris *fidelibus*, quod eccleſia beate *Marie* in Magdeburg in uilla, que *Salcbeke* dicitur, quatuor iugera & aream unam ſoluentem VI. denarios, & decem manſos posſidet. Huic uille adiacet *molendinum*, & ſilua trans *Albiam*, que dicitur noua in ripa eius aque, que uocatur *Albis antiqua*. Sed eccleſia etiam eiusdem uille *Salcbike* ex antiqua donatione archiepiſcoporum huius Magdeburgenſis ciuitatis ad ſuſtentationem clericorum qui in eccleſia ſancte Marie in eadem ciuitate fundate Deo & eidem genitrici Dei die ac nocte famulantur, donata eſt. Sed quia ipſa eccleſia a quibusdam potentibus *laicis* conſtructa fuerat, poſteri eorum per longa tempora dominium ſibi in ea uendicauerunt & eccleſiam ſancte Marie ſepe inquietauerunt. Succesſit tandem de ipſa progenie *miles* quidam diuiciis & nobilitate patribus ſuis non impar, Aluericus nomine de *Meringe*, qui diligens canonicos in eccleſia ſancte Marie, & nullam uolens

Poſſeſſiones Eccleſiae S. Mariae Magdeb. in Solebek *Alte Elbe. Confirmatio Eccleſiae in* Salcbeke. *ab Aluerico de* Meringe *monaſterio*

anno 1463. *B. Mariae traditae.* eos ſuper hac re ſuſtinere moleſtiam, quicquid in eccleſia predicte uille iuris & dominii habere uidebatur, Deo & ſancte Marie pro *remedio animae* ſue obtulit: Fuit eidem *militi* Aluerico *frater Badericus* nomine, diuiciis & uiribus non inferior, qui & *heres* eiusdem fuit. Quia igitur beneuolentia iam dicti *militis* Aluerici ſine aſſenſu fratris eius Baderici a iure & dominio ſupradicte eccleſie ſe abalienauit & emancipauit, connenit eundem hic Badericus, dicens, non poſſe ratum eſſe, quod eo neſciente fecerat. Interea *colloquium principum* eſt Magdeburgi habitum, ad quod predicti *fratres* inuenientes, & uterque eorum cauſam iam ſepe dictam determinantes, Deo & ſancte Marie quicquid iuris & dominii in eccleſia ſupramemorate uille *Salbike* habere uidebantur, in *manus noſtras* refignauerunt. Quam eccleſiam ego ſicut predeceſſores mei totam cum omnibus ſuis uſibus eccleſie beate Marie *banno* meo confirmaui, Anno MCCCCLXII.

milites Magdeburgici.

Colloquium principum in iudicio.

Refutatio feudi.

Banno meo.

DIPLOMA XCIII.

GERBERGA *abbatiſſa Quedlenburgenſis, imperatoris & imperatricis commiſſaria ad componendam litem inter abbatiſſam in monte & praepoſitum S. Mariae in Magdeburg.*

Quedlenburg. abbatiſſa. *IN nomine ſancte & indiuidue Trinitatis. Ego GERBERG abbatiſſa Quedelingeburg. in perpetuum notum eſſe uolumus tam preſentibus quam futuris* fidelibus, qualiter ego *Gerberg* abbatiſſa ex *mandato* Domini Imperatoris *Lotharii* & domine imperatricis *Richeſe*, & conſilio & in *adiutorio*

Lotharii *imperatoris* Richeſa *ux.*

torio fui, quatenus *concambium* quoddam fieret inter ſororem noſtram *Immam*, abbatiſſam eccleſie *beate Marie* in *proximo monte*, & inter dilectum noſtrum *Wiggerum* prepoſitum eccleſie beate Dei genitricis *Marie* in Magdeburg iuxta uillam que dicitur *Salebeke*. Cum ergo prefata ſoror noſtra *Imma* ad predictam eccleſiam beate Marie Magdeburg. ueniſſet, ut de *concambio* conuenirent, diuino, ut credimus, nutu uenit in mentem cuidam *miniſteriali* eccleſie noſtre, *Burchardo* nomine, qui forte preſens erat, ut ipſe hoc *concambium* de *ſuo* faceret & pro remedio anime ſue & parentum ſuorum hoc eccleſie beate Marie in Magdeburg donaret. Quod etiam ita factum eſt, & *iudiciario ordine* finitum, in preſentia noſtra & comitis PALATINI *Friderici*, aduocati uidelicet noſtri & *Aluerici* de *Wanzleue* & *miniſterialium* noſtrorum Friderici & fratris eius & ceterorum, *collaudantibus* nobis & *conſiliantibus* eccleſie tam miniſterialibus quam ſeruis. Eſt autem hoc concambium. Eſt uilla quedam *Salebike* dicta, pertinens ad eccleſiam beate Marie in proximo nobis monte, iuxta quam in ipſius uille pertinentiis influit quedam aqua, *Sulta* nomine, in brachium quoddam, quod fluit de Albi fluuio. In qua aquarum confluentia ut *molendinum* conſtrui posſit, dedit ſoror noſtra abbatiſſa *Imma fideli* noſtro Burchardo terram ex utraque parte his terminis diſtinctam. Ex una parte ubi *Sulta* influit, terminus eſt ſemita quedam, que altior aſcendit, & de ipſa deſcenſus usque ad *Sultam* iuxta lapidem ibi poſitum. Ex altera autem parte aquarum uallis quedam ſatis euidens intuentibus ipſam uallem, ne forte per eam erumpentes aque molendino no-

mandato litem componit inter abbatiſſam in monte & praepoſitum B. Mariae de Salebecke.

Palatinus t.t. aduocatus Quedlenburgenſis. de Wanzleue.

Concambium molendini in Salebek.

Molendinum.

Sulta

nocere poſſint, & quicquid eſt inter uallem illam & ſemitam ex altera parte aquarum aſcendentem ipſas aquas, & quicquid in eis utilitatis fieri poterit, ſed & totam ripam ſuperius, ut ibi poteſtas ſit refringendi aquam, ſi forte erumpere uoluerit. Prefata *abbatiſſa ſoror* noſtra *conſilio ſuorum* fideli noſtro Burchardo in concambium tradidit, & *aduocatus* ecclefie noſtre in uſus ſeruientium ecclefie beate Marie in monte uicino

pro agro Valersloue. *Teſtes.*

de pietate agrum eius in uilla quadam *Valersloue* ad cenſum trium ſolidorum ab eo recepit. *Huic actui* preſentes erant *Palatinus* comes Frithericus aduocatus ecclefie tunc temporis, Burchardus, Geuehardus auunculus eius, Heinricus, Bernardus, Frithericus, Adelgerus, Tiedericus de *Quedelincburch*, Sifridus, prepoſiti. Reinbolt frater prepoſiti Brunonis, Hugemarus, Rothericus frater prepoſiti de Magdeburg, *teſtes* huius concambii.

Praepoſitiſſa.

Prepoſitiſſa Giſſa, Waltſind canonica & ſecunda *prepoſitiſſa*, he omnes preſentes & teſtes concambii.

DIPLOMA XCIV.

WICHMANNI *archiepiſcopi* Magdeb. *ſententia in praeſentia nobilium liberorum & miniſterialium lata inter coenobium B. M. atque militem contendentem de feudo ex iure feudali.*

Wichmannus Archiepiſcopus reſtituit Eccleſiae B. Mariae 3. manſos in

IN nomine ſancte & indiuidue Trinitatis. WICHMANNVS Dei gratia ſancte Magdeburgenſis eccleſie archiepiſcopus. Notum facimus uniuerſitati fidelium, tam preſentium quam futurorum, quod nos ob remunerationem uite perhennis operam dedimus, ut ecclefia *beate Marie* Mag-

Magdeburg. tres manſos in uilla Eſcherſtede, qui ab ea alienati fuerant, reciperet; eo ordine quo dicemus. Miles quidam Conradus cognominatus *Schaph*, *miniſterialis* ecclesie Magdeburgenſis manſos eosdem poſſidebat, dicens, ſe eos a quodam prepoſito ecclesie beate Marie in *feodo* ſuſcepiſſe & *feodali iure* tenere. Contra quem cum ſepenumero ſuper hac re querimonia propoſita fuiſſet, a plerisque eiusdem ecclesie prepoſitis & ante tempora noſtra, ipſeque neque *iuſticie*, neque *amicabili compoſitioni* conſenſum prebet, nos tandem, annuente *Deo*, adhibitis uiris *prudentibus*, ex *ratione* ei demonſtrauimus, quod ipſe in uendicatione eorundem manſorum *feodali iure* ſe tueri non poſſit, quia & ecclesia illa *homines infeodatos* habere non conſueuit, ſed quod preterea ipſe, ſi qua eſſet, *feodali iuſticia* ſe priuaſſet, pro eo, quod ſiue ex *negligentia* ſiue ex *contemptu* eosdem manſos *pluribus annis de manu* prepoſiti recipere omiſiſſet. Eo autem in his omnibus diu nobis renitente, tandem in hoc finis negotio huic datus eſt, quod uenerabilis prefate ecclesie prepoſitus *Balder[illegible]*, cum fratribus ſuis *in preſentia noſtra* & *quamplurium tam liberorum*, quam *miniſterialium* hominum noſtrorum iam dicto Conrado XX, libras argenti perſoluit. Idemque *Conradus* ſupradictos tres manſos in *manum* noſtram & prepoſiti fratrumque eius in uſus ecclesie beate Marie libere absque cuiusquam contradictione reſignauit. Nos autem gratificantes ei Conrado, quod ipſe tum propter Deum, tum etiam propter noſtram admonitionem hoc in bona feciſſet, & diutine liti finem impoſuiſſet, dictante ſententia, ſepedictos eosdem manſos in tuicionem noſtram ſuſcepimus, eos-

Eſcherſtede. *Conradus* Schaph *mouet controuerſiam, miles miniſterialis.* *Feudali iure tenere.* *Iuſtitia & amicabilis compoſitio.* *Iuſtitia feudalis.* *Feuda amiſſa neglectu renouationis inueſtiturae.* *Homines liberi & miniſteriales a quo hi 3. manſi 20. libris argenti redimuntur.* *Refutatio feudi.*

eosque ecclesie beate Marie in liberos uſus banni noſtri auctoritate confirmauimus.

DIPLOMA XCV.

WICHMANNVS *archiepiſcopus M. donat coenobio S. M. inſulam Thuergowe, ſibi a uaſallo eo fine* refutatam.

Prooemium.

In nomine ſancte & indiuidue Trinitatis. WICHMANNVS Dei gratia ſancte Magdeburgenſis eccleſie archiepiſcopus. Licet iura & commoda omnium eccleſiarum, que nobis commendate ſunt, ex debito noſtri officii diligenti cura debeamus promouere ac conſeruare, tamen ad precauenda *dampna* & incommoda illarum eccleſiarum, que ſe maiori deuotione nobis exhibent, maiori nimirum diligentia aſſurgimus & uolumus, ut ea que a nobis uel ab aliis eis collata ſunt, uel conferuntur, munimine noſtri *priuilegii*, prout poſtulauerunt, tam noſtris quam futuris temporibus inconuulſa perpetuo permaneant. Quapropter notum ſit uniuerſis tam futuris quam preſentibus, quod *Balderamus* uenerabilis prepoſitus, ac totus eccleſie ſancte *Marie* conuentus in *Magdeburg* future & perpetue utilitati & commoditati eccleſie proſpiciens *Inſulam Thuergowe* cum omnibus ſuis attinentiis a *Theoderico* de *Hagen* ſub pacto nonaginta marcarum obtinuit, ita, quod ipſe Theodericus X. marcas de ſupradictis nonaginta marcis cuidam *Harduigo* dedit, qui partem eorundem bonorum ab ipſo in *beneficio* habuit, & ſic omnimodis abſoluta & libera eadem bona, que prius a nobis habuerat, nobis *reſignauit* & ab omni iure poſſeſſionis eorundem bonorum ſe exuit. Itaque eadem

dampna.

Inſula Thuergovve. de Hagen.

dem bona, *inſulam* uidelicet *Tuergowe* cum omnibus ſuis pertinentiis, *ſiluis, pratis, paſcuis, aquis, aquarumque decurſibus, piſcationibus, uiis, inuiis, exitibus & reditibus*, & cum omni *utilitate* ac *iure*, quod predictus Thiedericus in eisdem bonis habuit, eccleſie ſancte *Marie* in perpetua proprietate tradidimus, ita libere ac benigne, ut, quicquid unquam utilitatis de his bonis excogitari, uel promoueri poſſit, ipſa eccleſia inconuulſum poſſideat. Hanc rationabilem actionem & donationem noſtram firmam & inuiolabilem eſſe uolentes auctoritate Dei omnipotentis & beatorum apoſtolorum *Petri* & *Pauli* ac noſtra eam eccleſie beate *Marie* ſub *anathemate* confirmamus, adhibitis teſtibus idoneis.

Wichmannus Archiepiſcopus donat eccleſiae B. Mariae inſulam Turgau cum omnibus pertinentiis.

DIPLOMA XCVI.

WICHMANNVS *archiepiſcopus Magdeb. confirmat donationem factam in placito* urbani comitis (*Burggrauii*) & *ſcabinorum*.

In *nomine ſancte & indiuidue Trinitatis. WICHMANNVS Dei gratia ſancte Magdeburgenſis ecclesiae archiepiſcopus*. Notum ſit preſentis & futuri temporis Chriſti fidelibus, qualiter ob ſpem remunerationis perpetue donum cuiusdam *uiri militaris*, *hominis noſtri* Bodonis uidelicet de *Wanzleue*, quod eccleſie beate *Marie* Magdeburg deuote obtulit, fauore & *aſſenſu noſtro* proſecuti ſimus, idque tam *iuſticia* cleri, quam ex *iure fori*, domino annuente, confirmauimus. Siquidem memoratus *Bodo* a matrona quadam *Ida* nomine in ciuitate Magdeburgenſi in *placido Burchardi Vrbani comitis*, & in conſenſu *ſcabinorum* iudicum uniuerſorumque

Donum uiri militaris, *Bodonis de Wanzleue Eccleſiae S. Mariae Magdeb. areae inciuitate Magdeb. iuſtitia cleri & ius fori.*

Placitum.

urbanus comes Burggravius *cum conſenſu Scabinorum.*

que *burgenſium* aream quandam pecunia ſua emit, preſentibus & *aſſentientibus* cunctis, quos hereditario iure attingebat ipſa poſſeſſio, eamque conſenſu legitimorum *heredum* eccleſie beate Marie donauit pie ſancteque deliberationis arbitrio. Omnem quippe *cenſum* eiusdem aree in *memoriam* ſui & coniugis ſue *Iuthithe*, nec non filiorum ipſius ad *eleemoſinam* pauperum & refectionem fratrum memorate eccleſie, pro ipſorum uoluntate ſtatutis diebus diſpenſandum inſtituit, & hoc ipſum noſtro, ut prefati ſumus, adminiculo & quamplurium fidelium uirorum teſtimonio ratum & inconuulſum fecit. Ne qua ergo parte futuris poſtmodum temporibus uacillet deuotionis huius inſtitutum, omnem huius rei labefactationem, diminutionem ſeu quaſi in melius commutationem ſub *anathematis* comminatione prohibemus. Quod celebriter actum eſt preſenti hac deſcriptione, & *ſigilli* noſtri impreſſione in perpetuum roboratum.

Confirmatio huius donationis.

DIPLOMA XCVII.

WICHMANNI *archiepiſcopi Magd. tranſactio in lite, qua* reuocauit *filius* feudum *a patre ſuo alienatum & uenditum. Vnde intelligitur, filios neque ſic obligatos fuiſſe facto patris. Inde lis numis redemta.*

Itha, deuota matrona donat eccleſiae S. Mariae unum manſum *in Werſleue,*

IN *nomine ſancte & indiuidue Trinitatis. WICHMANNVS Dei gratia ſancte Magdeburgenſis eccleſie archiepiſcopus.* Nouerit fidelium uniuerſitas, quod deuota quedam *matrona* nomine *Itha* eccleſie beate Marie Magdeburg. contulerit manſum unum ſitum in *Werſleue*, ſoluentem XIII. ſolidos, quem pretio comparauit a quodam

dam *miniſterirli homine*, nomine Conrado. De-cursſo autem dehinc aliquanto tempore, filius prefati *Roth*, *Bruno* nomine, querimoniam intulit fratribus ſupradicte eccleſie, aſſerens, hunc manſum *hereditario* ſibi iure deberi, crebraque huiusmodi querimonia fratres memorate eccleſie moleſtebat. Tandem autem *conſilio ſapientum* cauſam hanc terminari placuit, ipſiusque *Brunonis* & filii ſui nomine *Rotholſo*, petitione in redemptionem eiusdem manſi data ſunt eis *duo talenta*, ipſique quicquid iuris ſibi in hoc manſo uendicabant per *manum noſtram* eccleſie beate Marie *reſignantes* omni querimonie in poſterum abrenunciauit, inſuper & in reconciliationis ſigno *aream* quandam iuris ſui, que arboribus conſita erat, in concambio alterius aree eidem eccleſie contulerit. Vt autem rata & inconuulſa permaneat huius rei confirmatio, ſcriptum hoc noſtro inſigniri placuit ſigillo.

emtum ab homine miniſteriali, cuius filius reuocauit feudum.

Inde transactio & redemtalis, qua filio ſatisfit.

DIPLOMA XCVIII.

HARDVIGVS *archiep.* Brem. *filius Rudolfi marchionis Brand. donat capellam, aliis feudi iure delatam coenobio B. M.*

IN *nomine ſancte & indiuidue Trinitatis. HARDWIGVS Bremenſis archiepiſcopus.* Notum eſſe uolumus omnibus *fidelibus*, tam futuris, quam modernis, qualiter ego HARDVIGVS *Dei gratia* BREMENSIS archiepiſcopus eccleſie ſancte Marie contuli capellam beati *Stephani* prothomartyris, ſitam in *curia* patris mei *Rodolfi* marchionis, iuxta *forenſem eccleſiam* Magdeburg, que iure *hereditario* in me deuenerat, & a me in *beneficio* tradita fuerat *nobilibus* perſonis ſibi ſuccedentibus. Predictam uero capellam Theo-

Filius Rudolfi marchionis,

Curia, Forenſis eccleſia.

capella feudalis.

deri-

dericus de ſancto *Odolfo* nobis ei cupientibus obtinuerat, qui propterea uoluntate in hac mea donatione, aſſenſum praebuit, ea conditione, ut cum ipſe *manum* retraxerit, predicta capella domine mee ſancte Marie perpetualiter deſeruiat. Hoc autem ideo feci, ut *memoria mea uigilet* apud fratres illius eccleſie ſupradicti & patris mei, & matris mee *Richarde*, fratriſque mei *Rodolfi*. Quod ut ratum eſſet, adhibitis teſtibus *banno* noſtro roborauimus cum interminatione, ut, qui hoc uiolauerit, ſit *anathema*.

refutatio manu retracta.

In gratiam memoriae.

* DIPLOMA XCIX.

WICHMANNI *archiep. Magdeb.* permutatio *locorum cum aliis locis coenobii B. M. eaque* conſenſu *facta* 1) papae 2) *eccleſiae primatum ſeu* capituli 3) *archiepiſcopi* ipſius 4) *rationabiliter* utiliterque.

In *nomine ſancte & indiuidue Trinitatis. WICHMANNVS Dei gratia ſancte Magdeburgenſis eccleſie archiepiſcopus*. Quoniam quidem, domino annuente, curam gerimus ſancte Magdeburgenſis eccleſie, pro debito officii noſtri iuſtum eſt, nos prouida ſollicitudine res eccleſiaſticas in uſum eorum qui nobis commiſſi ſunt, fideliter diſpenſare. Proinde notum facimus omnibus Chriſti fidelibus, quod de *redditibus epiſcopalibus* deliberato *conſilio concambium* fecimus cum uenerabili prepoſito *Balderamo* & fratribus eccleſie *beate Marie* in Magdeburg, quemadmodum noſtre & ipſorum *utilitati* potiſſimum competere uidebatur. Siquidem ab eis ſuſcepimus in uilla *Wlue* & *Bodenthorp* LX. manſos cum omni *palude* adiacente, que certis terminis deſignata eſt, & cum omnibus attinentibus, & pro

Wichmannus Archiepiſcopus tradit eccleſiae B. Mariae uillam Zebecleue.

pro eadem poſſeſſione dimiſimus eis uillam *Zebekleue* cum agris attinentibus & dimidia parte piſcoſi lacus, qui eidem uille contiguus eſt, & cum omnibus, que ad eandem uillam pertinere cognoſcuntur. In propinqua quoque uilla *Popenthorpſtede* quatuor manſos nichilominus eis contulimus. Pro eccleſia autem, que eſt in *Wlue* tribus manſis dotata forenſem eccleſiam in Magdeburg, in honore beati *Iohannis Euangeliſte* conſecratam & tribus nichilominus manſis dotatam memorato prepoſito & fratribus eius in concambio dedimus, eamque cum omnibus attinentibus in perpetuam poſſeſſionem eccleſie beate Marie *ſuper altare* eius Dei omnipotentis & beatorum apoſtolorum Petri & Pauli, domini quoque *pape* & *noſtra* auctoritate celebri largitione confirmauimus. Quia uero hec conſilio & *aſſenſu primatum eccleſie noſtre rationabiliter* & iuſte facta ſunt, actionem hanc conſcribi & ſigillo noſtro inſigniri fecimus, & ne qua poſtmodum eccleſiaſtica ſecularisue perſona factum hoc caſſare & in irritum reuocare temerario auſu preſumat, ſub *anathemate* & comminatione iudicii Dei in perpetuum prohibemus. Huius rei teſtes ſunt Siffridus, ut infra.

& 4. manſos in Popendorffstede *per concambium 60. manſorum in* Wulfe *&* Bodendorf. *Permutatio eccleſiae in* Wulue *pro eccleſia S. Iohannis in Magdeburg.*

DIPLOMA C.

FRIDERICI *archiep. Magdeb. confirmatio emtionis & donationis bonorum in* Iericho, Erxleben, Wolckaue *factae coenobio B. M.*

IN *nomine ſancte & indiuidue Trinitatis. FRIDERICVS Dei gratia ſancte Magdeburgenſis eccleſie archiepiſcopus.* Nouerint tam preſentis quam futuri temporis fideles, qualiter fratres de

Wolkau a monaſterio B. Mariae emptum. Iericho. Donatio 2. manſorum in Erxleue.

ſancta Maria in Magdeburg emerint uillam quandam *Wolkawe* uocatam (a) fratribus, qui ſunt *Iericho* a domino *Harduigo* fundatore ipſius congregationis precio XIX. talentorum, quibus & religioſa mater domini *Hard. Richardis* nomine cum conſenſu ipſius dedit duos manſos ſitos *Errecesle*, talentum perſoluentes. Poſt hec Anſelmus *Hauelbergenſis* epiſcopus & eiusdem *Ierichontine* eccleſie amplectens beneuolentiam eorundem fratrum de ſancta Maria in Magdeburg dilectionis intuitu ipſos manſos *Errecksloue* ſitos iam dictis fratribus ſancte Marie in reſtauratione

Banno confirmare.

ſui dampni contulit, quos & nos eis *banno noſtro* confirmauimus.

DIPLOMA CI.

LVDOLPHI *epiſcopi* Brandenburgenſis *priuilegium coenobio datum B. M. ad eximendum omnia bona, illi donata in Brandenburgica dioeceſi.*

Priuilegium praepoſito eccleſiae B. Mariae datum circa regimen *fratrum huius monaſterii in locis Brandenburgicae dioeceſeos.*

L*VDOLPHVS Dei gratia Brandenburgenſis epiſcopus eccleſie fratribus noſtris tam futuris quam preſentibus.* Notum eſſe uolumus, quod dilecto noſtro *Wiggero* eccleſie beate Marie prepoſito poteſtatem & auctoritatem concedimus, fratres ſuos tam *laicos*, quam *clericos* diſponendi & *uice noſtra* regendi, & omnimodis curam habendi non ſolum in uilla, que dicitur *Gosle*, prefate eccleſie beate Marie in Magdeburg iam collata, ſed & in aliis quibuslibet locis ubiuis in *dioceſi noſtra* eidem eccleſie conferendis ſiue quocunque modo iuſte acquirendis. Et ne quis hanc poteſtatem & auctoritatem a nobis conceſſam aut ignorare poſſit, aut temerario *auſu* ſpernere preſumat, *ſigilli* noſtri im-

impreſſione firmamus, & *epiſcopali auctoritate* ratam ſemper eſſe mandamus, non ſolum ipſi, ſed & ei cui *uice ſui* curam eorundem fratrum commiſerit. Preterea etiam omnem *decimationem* in prefata uilla *Gosle* & in cunctis eius pertinentiis in uſus fratrum in eccleſia beate Marie in Magdeburg Deo concedimus, &, ut ea quiete ſemper & integre poſſideant, precipimus. ***Donatio decimarum in*** Gosle.

DIPLOMA CII.

FRIDERICVS *archiep. Magdeb. componit litem, ſubortam inter* Marchionem *Br. &* comitem *Anhalt. quod ultimus ſubfeudum* Moſe, *ſine conſenſu* ſubdomini, *donauiſſet coenobio B. M. Inde* ſubuaſallus *refutat feudum* ſubdomino, *ſubdominus ipſi* domino, *qui eam donationem tandem confirmat.*

IN nomine ſancte & indiuidue Trinitatis. FRIDERICVS Dei gratia ſancte Magdeburgenſis eccleſie archiepiſcopus. Noueritt uniuerſitas fidelium, quod in uilla *Moſe* dicta eccleſia beate Marie ex antiqua traditione *V. manſos* poſſederat, reliquam uero eiusdem uille partem *marchio ALBERTVS* ab archiepiſcopo Magdeburgenſi, itemque a *Marchione* comes *Otto* in *beneficium* habuerunt. Interea nouis quibusdam & magnis emergentibus cauſis, cum *marchio Albertus* a principibus *Saxonie* propulſus fuiſſet ferme per *quinquennium* a patria, comes Otto ob ſpem *refrigerii* ſempiternam idem beneficium *Conrado* tunc temporis huius *Magdeburgenſis* eccleſie archiepiſcopo eo tenore reſignauit, ut eccleſie beate Marie condonaret. Cuius petitioni Conradus

Moſe. ***Feudum Marcb. Br. ſubfeudum Com. Anh. ſubdomino captiuo, Caeſaris quidem cauſa,***

qui auxilia praeſtiterat aduerſus Saxones, donat Moſe *coenobio B. M.*

radus iam dictus archiepiſcopus clementer annuens, tum pro Dei & fratrum amore, quo eos diligebat intime, tum etiam ob *dilectionem* eiusdem *comitis*, erat quippe ei *in conſanguinitatis* linea proximus, eandem uillam *Moſe* beate Marie tradidit, ſuoque *banno* confirmauit. Dehinc exacto ferme *quinquennio*, & Conrado archiepiſcopo migrante de hoc ſeculo, (ſecutaque) ſedulaque *werra*, que inter *Saxones & regem Conradum* erat, ob hanc enim cauſam predictus Albertus Marchio, quia *regis* parti *contra Saxones* fauerat, ut dictum eſt, propulſus fuit a patria, cum ille patriam honoremque ſuum ad *integrum* poſſediſſet, incauſatus eſt

Quae donatio impugnatur ſub domino liberato, quod non conſenſiſſet.

iam ſepe dictum Ottonem comitem, eo, quod *beneficium* ſuum ſine *ſuo aſſenſu* archiepiſcopo reſignaſſet, illeque beate Marie tradidiſſet. Hoc autem fecit, non quod moleſte ferret, hoc collatum eſſe *fratribus* Deo ſancteque Marie famulantibus, ipſos quippe diligebat plurimum, ſed ſicut ſepe teſtabatur, ut omnis querela de hoc ſopiretur *heredum ſuorum* poſt ſe futurorum. Tandem in hoc *comes* & *marchio* conuenerunt,

Tandem poſt duplicem refutationem feudi confirmatur.

ut idem *beneficium*, uillam uidelicet *Moſe* comes Otto marchioni, illeque nobis *reſignaret* ea conditione, ut, quod predeceſſor meus inchoauerat, ego confirmarem & ſtabilirem. Annuens itaque eorum petitionibus eandem uillam cum omnibus ſuis uſibus *cultis & incultis, campis,*

illud tranſit in coenobii proprietatem.

pratis, uiis & inuiis, acquiſitis & acquirendis, ſiue quicquid dici aliud aut nominari poteſt, in uſum fratrum Deo & ſancte *Marie* ſeruientium tradidimus, noſtroque *banno* confirmauimus, ſola excepta *decima*, que non ſui iuris, ſed *Halberſtadenſis* erat epiſcopi.

DIPLO-

DIPLOMA CIII.

ATHELBERTVS *Marchio Br. refutat feudum* Moſe *Magdeburgico antiſtiti, ſibi a ſubuaſallo comite de* Hildesleue *refutatum; eo fine, ut coenobio cederet B. M. Vbi uero* filii reuocant *facta* patris, *iterumque conſanguinei alii, quibus omnibus fuerat ſatisfaciendum.*

IN *nomine ſancte & indiuidue trinitatis. Notum ſit uniuerſitati fidelium, quod ego ATHELBERTVS diuina fauente gratia Marchio* uillam quandam *Moſe* ab eccleſia Magdeburgenſi libere & ſine omni querimonia in *beneficio* habuerim, eadem *comes Otto* de *Hildesleue* a me inbeneficiatus fuerit. Poſtmodum autem ob ſpem eternorum uillam hanc ab Ottone comite ipſo conſentiente *recepi*, eamque domino Conrado archiepiſcopo Magdeburgenſi *manu propria reſignans*, ut eccleſie beate Marie per manum eiusdem uenerabilis archiepiſcopi traderetur, impetraui. Factum eſt ergo celebri *conſenſu cunctorum*, nullius tunc de bonis his querimonia obſtrepente. Vnde & in poſſeſſionem perpetuam uilla eadem *Moſe* ipſi eccleſie banno memorati epiſcopi confirmata eſt. Euoluto autem aliquanto tempore, cum labore fratrum eccleſie beate Marie coleretur, matrona quedam nomine *Emeke* cum tribus filiis ſe ſuosque heredes quinque manſis in eadem uilla iniuſte priuari conqueſta eſt, multaque *importunitate* & crebra querimonia, licet *iniuſta* eſſet, tandem *reconciliationem* ſecum fieri exegit, datisque ſibi & filiis talentis tribus ab hac querimonia uolunta-

Refutatio feudi Moſe 1) *ſubuaſalli* 2) *ſubdemini* 3) *domini conſolidatio & donatio, coenobio B. M. facta.*

Matronae cuiusdam Emeke praetenſio *in Moſe*

tribus talentis redimitur. rie cum filiis ipſa *quieuit*. Cuius rei confirmatio facta eſt in placito comitis *Ottonis* in uilla *Dalwarckesleue*, teſteſque adhibiti ſunt Bruno de *Iresleue*, Howolfus de *Gersleue* cum filio ſuo Howolfo, Ochtericus de *Dalwersleue*, & alii plures. His ita geſtis filii *ſororis* ſupradicte *Ammeken* eosdem V. manſos inopinata rurſus querimonia ſibi *uendicare* ceperunt, qui item datis ſibi quatuor talentis ab hac querimonia ceſſauerunt. Idque nichilominus in *placito* comitis *Burchardi* in uilla *Euenthorp* ſtabilitum eſt. Cuius rei teſtes ſunt Lochuicus prepoſitus eccleſie ſancte *Marie*, cum fratribus ſuis quamplurimis, *Hazeco* maioris eccleſie *decanus*, & alii quamplures. Sedatis autem his emiſere duo *fratres* de Haldesleue, Henricus uidelicet & Thietmarus, qui in prefata uilla *Moſe* ex parte matris XII. manſos ſibi uſurpare conati ſunt. Quorum licet *iniuſta* eſſet querimonia, ſicut & prior erat reconciliatio, tamen rurſum cum eis facta *datis* eis talentis tribus & manſo uno ſito in *Houwerekesleue*, ipſi uero coram *Sifrido* prefecto Magdeburgenſis ciuitatis omni querimonie huic abrenunciauerunt. Cui pollicitationi fideiuſſores Iohannem, Heinricum, Sigehardum *miniſteriales ducis* adhibuerunt, ſed non multo poſt quidam de *Gardeleue filii* eorundem fratrum matertere ſupradictos XII. manſos inopinata querimonia ceperunt expetere. Quorum importunitati & iniuſte querimonie nichilominus cedendo fratres eccleſie beate Marie reconciliationem fecerunt datis eis V. *talentis*, ipſisque reconciliationi huic uoluntarie aſſentientibus.

Marginal notes: nouae praetenſiones. — *Praetenſiones iterum nouae.* — *Praetenſiones ultimae.*

DIPLO-

DIPLOMA CIV.

RVDOLFVS Halberſtadienſis *epiſcopus* decimam *largitur in uilla* Moſe *coenobio S. M.*

IN *nomine ſancte & indiuidue trinitatis*, *RODOLFVS Dei gratia Haluerſtadenſis epiſcopus*; Pateat tam futurorum, quam preſentium fidelium *ſagaci* induſtrie, qua ratione dati & accepti *decima* cuiusdam uille, que dicitur *Moſe* iuxta fluuium *Orum* in partibus aquilonis per me & uenerabilem archiepiſcopum *Fridericum* data ſit de *noſtra* ad eccleſiam beate *Marie* Magdeburg. cuius & *fundus* eſt ipſius uille predicte. Que decima quamuis *beneficiali* iure XII. ſolidorum taxatione annuatim eſtimatur, eo tamen tempore, quo uſum illius decime ad eccleſiam beate Marie tranſtulimus, uilla *Moſe* partim cultore uacabat, partim *ſclauorum* decimam non ſoluentium nomine ſubigebatur, ideoque decima uel nulla erat, uel ea tantum, quam non *ſinodalis* iuſticia, ſed *militaris* uiolentia extorquebat, per exactionem eorum uidelicet *hominum marchionis* Alberti, quia illam ab eo *inbeneficiati* fratres de ſancta *Maria* in ceteris bonis illius uille ſupra modum grauabant. Quod fratres predicti non ferentes in eius decime redemptionem plusquam *duodecim* talenta expenderunt, ut M*archioni ab hominibus* ſuis, & nobis a M*archione* reſignata eis noſtra largitione in perpetuum habenda *emanciparetur*. Quod ubi factum eſt, animaduerti nonnullam querimoniam fratrum de ſancto *Paulo* pro eadem *decima*, quam ſuam eſſe affirmabant. Quibus ab eccleſia beate Marie *manſus* ſoluens X. ſolidos in *Bresloue* in recompenſationem

Moſe uilla *Magdeburgica.*

Decima eius transfertur ad eccleſiam ſanctae Mariae, *aeſtimatur iure* beneficiali *i. e. feudali.*

feudum cenſiticum.

Homo i. e. uaſallus.

Feudum *refutatum uertitur in* allodium.

Inde lis, quae componitur transactione.

tionem illius decime utriusque partis conſenſu & petitione donatus eſt. Sic omnia in unum ſunt terminata. *Decimam* predicte uille a *Marchione* Alberto & prepoſito *Wichmanno*, conſentientibus & petentibus canonicis ſuis, nobis reſignatam per manum predicti uenerabilis archiepiſcopi, ecclefie beate Marie abſolute & inrefragibiliter in perpetuum habendam contradidimus. Et ut hec noſtre donationis ſiue traditionis carta futuris temporibus firma ſemper & inconuulſa permaneat, tam uenerabilis predicti *Marchionis* Alberti, quam *noſtri ſigilli* impreſſione ſignamus eam, & banni noſtri auctoritate roboramus. Si qua ergo in poſterum eccleſiaſtica ſecularisue perſona contra hanc noſtre inſtitutionis paginam auſu temerario uenire preſumpſerit, *anathema* ſit, quouſque factum ſuum digna penitentie ſatisfactione emendet. *Conſeruantibus* autem ſit remiſſio peccatorum.

Alb. M. Brandenb. Wichm. arch.

Confirmatio.

Sanctio.

DIPLOMA CV.

RVDOLFVS Haluerſtadienſis *epiſcopus, confirmat* transactionem *inter fratres S.* Pauli *&* *S.* Mariae *ſuper decima in* Moſe *refutata eo fine ut cederet ultimis, qui primis ideo ſatisfecerunt aliunde.*

Decimae *in* Moſe *confirmatio per epiſcop. Halberſt.*

IN nomine ſancte & indiuidue trinitatis. Ego RODOLFVS Dei gratia Haluerſtadenſis epiſcopus. Pateat tam futurorum quam preſentium fidelium ſagaci induſtrie, quod ego *Rodolphus* notum facio de *decima* cuiusdam uille, que dicitur *Moſe*, iuxta fluuium *Oram* in parte aquilonis, qua ratione dati & accepti per me & uenerabilem *Magdeburgenſem* archiepiſcopum *Fridericum* data ſit de noſtra ad eccleſiam beate Marie in Mag-

Magdeburg, cuius & fundus eſt ipſius uille predicte. Pro qua *decima* inter *Marchionem* Albertum & fratres de ſancto *Paulo* talis agitabatur controuerſia. Illi noſtra, eſt inquiunt, *decima*, oſtendentes ab epiſcopis ſibi data *priuilegia*, & ille, non. Sed mea eſt poſſeſſio, computans eam inter cetera que habet a nobis *beneficia* ſua. Illi tantum ſcriptum, iſte obtinuit *decimam*, non ſine querela eorum uentum eſt ad nos. *Gratias Deo*, ambo conuenerunt in unum, uterque ipſam *decimam* nobis pari *conſenſu reſignauerunt*, hac uidelilet *condicione*, ut eam abſolute & inrefragabiliter in perpetuum habendam daremus ſancte *Marie* in *Magdeborg*, hoc nimirum commercio, ut ab eadem eccleſia & fratribus de ſancto *Paulo* manſus in uilla *Bersleue* ſoluens X. *ſolidos* maioris tum precii daretur, & Marchioni *Alberto* frequentium orationum potior retributio. Sic *factum* eſt. Sic *terminatum* eſt. Sic *confirmatum* eſt per me & dominum predictum *archiepiſcopum Fridericum*, coram multis idoneis, qui ſubſcripti ſunt, *teſtibus*. Et ut hec noſtre actionis pagina inconuulſa & illibata & perpetualiter permaneat, *ſigilli* noſtri impreſſione eam inſigniuimus. Quicunque autem hanc pactionem pertinaciter uoluerit uiolare, & hanc noſtre traditionis paginam preſumpſerit caſſare, niſi cito reſipuerit, anathema ſit.

Fratres de ſancto Paulo impugnant decimam.

Vterque litigans illam refutat domino, ut Marianis cederet collegis.

In Bersleue *manſus conceſſus in ſatisfactionem.*

Confirmatio & ſanctio.

DIPLOMA CVI.

DEDO *D. G. comes fundum* Badenaker, *quem iure* dotis *ab uxore habuit, cum huius & filiorum conſenſu, uendit coenobio B. M.*

DEDO *diuina fauente clementia*, COMES. Notum ſit uniuerſitati fidelium, tam futuro-

Dedo Dei gratia.

rum quam preſentium, quod ego DEDO *Dei gratia comes* fundum quendam, quem *Badenaker* uocant, qui mihi *hereditario* iure ex coniunctione uxoris mee *Machthildis* obuenit, fratribus eccleſie beate *Marie* Magdeburg. conſenſu memorate *uxoris* mee *filiorumque* meorum *Theoderici* & *Philippi* ſexaginta libris argenti uendiderim. Huic autem fundo pratum quoddam attinet, quod pro remedio anime *mee uxorisque* & *filiorum* meorum ipſis conſentientibus, eccleſie beate *Marie* in uſum predictorum fratrum obtuli, & adhibitis idoneis teſtibus absque cuiusquam contradictione perpetuo poſſidendum ſtabiliui. Huius ergo rei conſummatio & confirmatio *acta* in uilla *Cluebuc* ſuper ripam albis fluminis, me una cum legitimis *heredibus* meis ea, que predicta ſunt, ſuper reliquias beate *Marie* offerente, & Marchione *Alberto* cum filio ſuo *Ottone* Marchione iure *aduocatie* ſub tuitionem ſui eadem ſuſcipiente. Ne qua igitur futuris temporibus poſtmodum de his omnibus cuiusquam querimonia oriatur, actionem hanc *ſcripto* annotauimus, & *ſigilli* noſtri impreſſione inſignitam perpetuo confirmauimus.

Eccleſia b. Mariae emit fundum Badenaker *a comite Dedone. prati contigui donatio. conſenſus filiorum t. t. opus in alienatione fundorum. Horum confirmatio. Cluebuc. Praeſentia MM. Brandeb. Alberti & Ottonis. Actum.*

DIPLOMA CVII.

ALBERTVS marchio *coenobii B. Mariae in Magdeburg* aduocatus *confirmat emtionem fundi Badenaker, de quo dictum in praecedente.*

ADELBERTVS *diuina fauente clementia marchio.* Quoniam, diſponente *Deo*, in *defenſione fidelium uicaria* ipſius *adminiſtratione* perfungimur, ſummopere procurandum nobis eſt, quatinus miniſterii huius idonei executores inueniamur.

inueniamur. Inde eſt, quod eccleſiam beate *Marie* Magdeburg. debito nobis iure *aduocatie* manu tenemus, & ne qua bonorum eius iniuſta direptio fiat, ſollerti uigilantia procurare ſtudemus. Notum ergo facimus uniuerſitati fidelium tam preſentium quam futurorum, quod fratres eiusdem eccleſie fundum quendam adiacentem uille *Moſe*, que uulgato nomine *Badenaker* uocatur, a *comite Dedone filio marchionis* Conradi pretio ſexaginta librarum emerint, & perpetuo poſſidendum abſque cuiusquam contradictione ſuſceperunt. Huius *emptionis conſummatio* & *confirmatio* acta eſt in uilla *Cluebuge* ſuper ripam *albis* fluminis, prefato comite *Dedone* conſenſu *uxoris* ſue legitimorumque *heredum* ſuper *reliquias* beate *Marie*, cum attinente prato memoratum fundum offerente, meque cum filio meo *Ottone marchione* ex decreto *prouincialis iuris*, pollicitatione publica ſub tuitione noſtri iuris, ipſum rite ſuſcipiente. Ne qua igitur futuris poſtmodum temporibus de his omnibus cuiusquam oriatur querimonia, actionem hanc ſcripto annotauimus & adhibitis idoneis *teſtibus* *ſigilli* noſtri inpreſſione inſignitam perpetuo confirmauimus.

Albertus Marchio Brandenb. aduocatus eccleſiae b. Mariae confirmat uenditionem fundi Badenaker.

Filius marchionis eſt comes.

Clueberg.

legitimi heredes i. e. liberi.

Ius prouinciale Landrecht.

Confirmatio.

DIPLOMA CVIII.

CVNRADVS Marchio *donat coenobio B. M. uillas. Quod merita eius ad uitam aeternam non ſufficerent, ut* opus *ſit* meriti *pii* collegii, *quod illis abundet, idque omne cum* conſenſu *filiorum, ad quem adligati tum fuere parentes etiam in principatu.*

IN *nomine ſancte & indiuidue trinitatis.* CONRADVS *diuina fauente clementia marchio.* Cum

Exempla maiorum

in donationibus Cum plurima *anteceſſorum* noſtrorum *principum* munifica largitate eccleſiis Dei pro amplificatione eorum utilia collata ſunt preſidia, nos *exemplo* eorum incitati, ſimulque attendentes nobis *ad ſalutem aeternam* *merita* noſtra ad uitam *eternam hereditandam* nequaquam ſufficere, pro huius *inopie* noſtre *ſupplemento*, amicos nobis de *habundantia* noſtra facere decreuimus, ut ipſi habundantia ſua *ſpirituali* nobis communicata in *eterna tabernacula* nos recipiant. Nos igitur ob remiſſionem *conſenſus uxoris & filiorum,* *peccatorum* noſtrorum & dilecte *coniugis* noſtre, nec non & *filiorum* noſtrorum, *Ottonis*, *Heinrici, Theoderici*, & ob ſpem futurorum bonorum, conſenſu *legitimorum heredum* noſtrorum, offerimus *Deo* & eccleſie beate *Marie* ſemper uirginis in Magdeburg ad uſum fratrum inibi Deo ſub regula ſancti *Auguſtini* famulantium, de predio noſtro tres uillas trans albiam ſitas, *utConradus Marchio donet eccleſiae b. Mariae uillas* Pothmodeliz, Drogeniz & Northediliz *cum pertinentiis.* uidelicet *Pothmodelize*, *Drogenice*, *Northedilice*, cum omnibus attinontiis ſuis aut utilitatibus acquiſitis uel acquirendis, agris, pratis, cultis uel incultis, inter que luci iuxta uillam ſupradictam *Pothmodelice* dimidietatem tantum, que noſtri iuris erat, & dimidietatem luci alterius ſuper albiam ſitam, & *naulum* dimidium tranſuectionis in albia eisdem fratribus iure perpetuo deſignamus. Et ut hec noſtra traditio ſtabilis & inconuulſa in omni euo permaneat, *Actum.* hanc kartam noſtram ſigilli noſtri impreſſione inſigniuimus.

DIPLOMA CIX.

ALBERTVS *Marchio Br. cum conſenſu uxoris & filiorum donat aliqua eccleſiae & coenobio B. M.*

I*N nomine ſancte & indiuidue Trinitatis. ALBER-*

BERTVS diuina fauente clementia Marchio Brandeburg. Nouerit fidelium tam preſentium quam futurorum uniuerſitas, qualiter ego *Albertus* Dei gratia, *Brandenburgenſis* Marchio cum dilecta mihi coniuge *Sophia*, tam pro ſalute noſtra quam predeceſſorum & poſterorum noſtrorum largitione legitime poſſeſſionis noſtre tam *hereditarie* quam *acquiſite*, *prebendam* canonicorum eccleſie beate *Marie* Magdeburg.augmentare curaui. Vnde & obtuli eidem eccleſie uoluntario *aſſenſu filiorum* meorum, *Heinrici* canonici ſancti Mauricii in Magdeburg, *Ottonis* marchionis, *Hermanni*, *Adelberti*, *Theoderici* & *Bernhardi* comitum uillam BRITHZIN cum omni iure ad eam pertinentibu,s molendinis &aquarum decurſibus, exitibus & reditibus ceteriſque pertinentiis ſuis & utilitatibus tam agrorum quam nemorum. Preterea *inſule* eidem uille adiacentis inter duas albis *refluxiones* partem mihi pertinentem excepta media parte *ſilue* per nos fratribus de *Liezeke* collata. Nichilominus pari modo obtuli uillam *Cluzowe* cum omnibus appendiciis ſuis & utilibus tam agrorum, quam nemorum. *Curiam* quoque in *Magdeburg*, predicte eccleſie contiguam ad hanc ſupradictam uillam *Moſe* cum omnibus terminis ſuis, quam ab eccleſia beati *Mauricii in beneficio* habui, *domino* meo Conrado archiepiſcopo *Magdeburgenſi* eccleſie beate Marie tradendam reſignaui, & ut tradatur obtinui. Decimationem quoque eiuſdem uille iuſto concambio ab Halberſtadenſi eccleſia commutatam, nec non & decimationem in *Volcmareſtorp* equali modo per manus epiſcopi eidem eccleſie obtuli, & memorato archiepiſcopo *banno* ſuo confirmante, idoneo teſtimo-

Albertus Marchio Brand. donat eccleſiae B. Mariae uillam Brithzin *& partem inſulae in* Albi. *item uillam* Cluzovv, *nec non Curiam in Magdeburg. civitate. Feudum a Marchione refutatum, ut cederet B. Mariae. & decimam uillae Moſe. & Volcmarsdorf.*

ſtimonio in perpetuum ſtabiliui. Statui etiam, ut poſt diſceſſum meum ſi quis *filiorum* poſterorumue meorum maior natu ex *Aduocacia* ſuper omnia hec uice mea teneat, neque ipſam cuiquam in *beneficio* abſque conſenſu prepoſiti & canonicorum eius eccleſie concedat, ſed eccleſiam ipſam manutenens fidus ei propugnator aſſiſtat. Hec omnia peracta ſunt Magdeburg rege Conrado regnante, *Friderico* archiepiſcopo eccleſie Magdeburgenſi preſidente & eadem *banno* ſuo confirmante. Vt autem hec noſtre donationis pagina perpetuo firma permaneat, hanc *ſigilli* noſtri impreſſione ſignauimus.

Super quae aduocatiam confirmat prohibito iure alienandi. Actum.

Banni confirmatio.

DIPLOMA CX.

THEODORICVS *D. G. comes in* Wirben, *filius Marchionis Brandeburgici, conſentit donationi patris idque cum conſenſu filiorum factae coenobio B. M.*

IN *nomine ſancte & indiuidue trinitatis. THEODERICVS Dei gratia comes de Wirben*. Notum facio tam futuris quam preſentibus Chriſti fidelibus, qualiter beate memorie pater meus *Albertus Brandeburgenſis marchio* conſenſu meo *fratrumque* & *heredum* quoque meorum legitima largitione contulerit eccleſie beate Marie Magdeburg. uillam *Britzin* cum omnibus iure ad eam pertinentibus, molendinis in aquarum decurſibus, exitibus, & reditibus ceteriſque pertinentiis ſuis & utilitatibus tam agrorum quam nemorum, preterea partem nemoroſe inſule eidem uille adiacentis inter duas albis refluxiones. Mediam enim partem eiuſdem inſule fratribus de

Villa Britzen *eccleſiae B. Mariae donata*

cum parte Inſulae.

de *Liezeka* contulerat. Nichilominus pari modo eidem eccleſie beate Marie in Magdeburg uillam *Duzou* cum omnibus utilibus tam agrorum quam nemorum, cunctisque ad eandem uillam pertinentibus. Hanc itaque donationem meam fratrumque & heredum noſtrorum uoluntate & aſſenſu perpetratam ratam & inconuulſam eſſe. *it. uilla* Duzon.

DIPLOMA CXI.

WICHMANNVS *archiep.* Magdeb. *teſtatur de transactione litis, qua* filius *reuocauit* donationem *a patre ſuo factam ſine filii conſenſu.*

IN *nomine ſancte & indiuidue Trinitatis, Ego WICHMANNVS diuina ordinatione ſancte Magdeburgenſis eccleſie archiepiſcopus.* Notum eſſe cupimus omnibus tam futuri, quam preſentis eui Chriſti fidelibus, quod Heinricus quidam pie deuotionis *clericus* ob ſue ſuorumque parentum ſalutis recordationem, data pecunia comparauit & acquiſiuit eccleſie ſancte *Dei* genitricis in *Magdeburg curiam* quandam in ciuitate ſitam, quam a quodam *Heitholfo* nomine libero homine, cuius libera & quieta fuit poſſeſſio, *appreciatam* fratribus eiusdem eccleſie emerit, & *iure ciuili* coram multis teſtibus traditam perpetuo poſſidendam ſuſceperit. Euoluto autem abhinc aliquanto tempore a *filiis* memorati Heitholfi Euerhardo uidelicet & Heitholfo, tanquam *absque conſenſu & uoluntate propria* patrimonio ſuo priuatis ſuper hac ipſa poſſeſſione importuna querimonia pulſati ſunt, donec tandem *conſilio* marchionis *Alberti* ſuorumque filiorum, nec non & multorum *ſapientum,*

Curia *in Magdeburg eccleſiae* B. Mariae *donata ab Henrico quodam* clerico. *apprecia tum. Tradere iure ciuili. Controuerſia de hac mota a filiis aduerſus donatorem parentem*

componitur, *placito Burggrauii*

tum, predicti adoleſcentes querimoniam ſuam deponentes ſupradictam curiam ſuper *altare* beate *Marie* obtulerunt, largitionemque ſuam in placito *Burchardi Vrbani comitis* coram frequentia totius populi iure fori confirmauerunt. De *cenſu* autem eiusdem curie ſtatuit idem *Heinricus*, ut dum uixerit ipſe compos eius in parentum ſuorum *anniuerſaria* die fratribus canonicis ſancte Marie in refectione, prout Deus dederit, benigne deſeruiant. Cum uero dies *obitus* eiusdem aduenerit, tam parentum ſuorum quam ipſius in *calendario* notati obitus, pronuncietur in capitulo, & uigiliis miſſarumque celebratione peractis, bis in anno, ſecundum quod tempus acciderit, *refectio* fratribus canonicis detur, omnisque poſſeſſio eius in uſum ecclefie beate Marie redigatur. Igitur ut pro temporali ſempiterna ditentur conſolatione, dederunt ei fraternitatem *ſocietatis* ſue tam in uita quam in morte, ut uiuens temporali ſtipendio per eorundem ammiſtrationem potiatur, & poſt obitum orationibus & eleemoſinis ipſi fiat ut fratri. Et quoniam deuotioni piorum *conſentire* non abſurdum eſt, ſecundum ipſius teſtatoris petitionem ſtatuimus & anathematis interpoſita comminatione, ſcripto & ſigilli noſtri impreſſione confirmauimus, quatenus huins *beneficii* determinationem aliter quam ſupra ſcriptum eſt, futuris perpetuis temporibus nullus immutare uel quaſi melius diſponere preſumat. Conſeruantibus autem hoc ſit pax, uita, ſalus in perpetuum, Amen.

Specimen iuris perpetuae memoriae.

Actum.

DIPLOMA CXII.

EVERMONDVS D.G. praepoſitus *coenobii*

nobii B. M. confirmat pactum ſui coenobii cum aliis.

IN *nomine ſancte & indiuidue Trinitatis. Ego EVERMODVS diuina ordinatione prepoſitus eccleſie ſancte Dei genitricis Marie in Magdeborg.* Notum eſſe cupimus omnibus tam futuri quam preſentis eui Chriſti fidelibus, quod *Heinricus* quidam pie deuotionis inter nos degens *clericus*, ob ſue ſuorumque parentum ſalutis recordationem data pecunia perſoluit & acquiſiuit, eccleſie ſancte Dei genitricis in Magdeburg curiam quandam in ciuitate ſitam, quam a quodam *Heitolſo* nomine, *libero* homine, cuius *libera* fuit poſſeſsio & quidem *adpreciatam* emimus & *iure ciuili* coram multis traditam perpetuo poſſidendam ſuſcepimus. Eo ſane modo, ut idem Heinricus, dum *uixerit*, compos curie eiuſdem de cenſu eiuſdem in patris & matris ſue *anniuerſaria* die fratribus canonicis ſancte Marie in refectione, prout Deus dederit, benigne deſeruiat. Cum uero obitus dies eiusdem aduenerit, tam patris & matris eius, quam ipſius in *kalendario* notati obitus pronuncientur in capitulo, & uigiliis miſſarumque celebratione peractis, bis in anno, ſecundum quod tempus acciderit, refectio fratribus canonicis detur. Et quoniam deuotioni piorum conſentire non abſurdum eſt, ſecundum ipſius teſtatoris petitionem ſtatuimus & *anathematis* interpoſita comminatione ſcripto *confirmauimus*, quatenus huius *beneficii* determinationem aliter, quam ſupraſcriptum eſt, futuris perpetuis temporibus nullus immutare uel quaſi melius diſponere preſumat. Conſeruantibus autem hoc ſit pax, uita, ſalus in perpetuum. Amen.

Curia in ciuit. Magdeburgenſi ſita, eccleſiae B. Mariae donatur.

Vigiliarum & Miſſarum inſtitutio.

Confirmatio.

DIPLOMA CXIII.

ADELBERTVS *Marchio emit aduocatiam in* Luderburg *negata facultate ſubſtituendi ſubaduocatum.*

Aduocatia in Lüderburg *ab Alberto Marchione Brandeb. redempta. reſignatio ſuper altare.*

IN *nomine ſancte & indiuidue Trinitatis. Notum ſit uniuerſis tam preſentis quam futuri temporis* Chriſti fidelibus, quod *ego ADELBERTVS Dei gratia Marchio cum filiis meis* redemerim *aduocatiam* in *Luderdeburg* de manu *Heinrici* de *Magdeburg*, filii, uidelicet *Sifridi* prefecti, qui eam a me habuit in *beneficio*, quam etiam ſuper altare beate *Marie* noſtra munificentia liberaliter aſſignauit. Quod uidelicet ea conditione actum eſt, ut nullius unquam pretio ſeu quolibet obſequio *a me* & herede meo *comite* Alberto eiusq; ſucceſſoribus eadem *aduocatia* in ius *ſubaduocati* redeat, quin potius me ſolo aut herede meo aduocato contenta eccleſia beate Marie in ſupradicta poſſeſſione perpetim libera & quieta permaneat. Amen.

Cum excluſione ſubaduocati.

DIPLOMA CXIV.

BERNHARDVS *D. G. comes de* ASCHERSLEBEN *cum conſenſu fratrum liberat aduocatiam in* Luderburg *a ſubaduocato, ſublata facultate alium ſubſtituendi.*

Bernhardus comes de Aſchersleben *liberat aduocatiam in* Luderburg a ſubaduocatia.

IN *nomine ſancte & indiuidue Trinitatis.* Notum ſit uniuerſis tam futuri quam preſentis temporis Chriſti fidelibus, quod ego *BERNHARDVS Dei gratia comes de* ASCHERSLEVE *aduocatiam* in Luderburg ab omni *ſubaduocato* liberam fecerim, quemadmodum pie memorie *pater* meus *Albertus* marchio ante me rationabiliter feciſſe cognoſcitur. Cuius exemplo id ipſum

ipſum per me quoque, ut prediximus, factum eſt uoluntate & aſſenſu *fratrum meorum Ottonis* Marchionis, *Hermanni* & *Theoderici* comitum & conſilio *fidelium* noſtrorum firmatum eſt, ut nullius unquam pretio, ſeu quolibet obſequio a me & herede meo ſucceſſoribusque meis eadem *aduocatia* in ius *ſubaduocati* redeat, quin potius me ſolo aut herede meo *aduocato* contenta eccleſia beate Marie in *Magdeburg*, cuius memorata uilla eſt, in ipſa aduocatia absque omni moleſtia perpetim libera & quieta permaneat.

DIPLOMA CXV.

SIFRIDVS *abbas* Hersfeldenſis & Naumburgenſis *permutat aliqua cum coenobio B. M.*

I*N nomine ſanĉte & indiuidue Trinitatis. SIFRIDVS Hersfeldenſis & Nuemburgenſis* abbas. Notum eſſe uolumus tam futuris, quam preſentibus Chriſti fidelibus, quod nos remedium anime noſtre operam dedimus de contractu *concambii* cuiusdam inter eccleſiam *Nuemburgenſem* & eccleſiam beate Marie in *Magdeburg* ſuper duobus manſis ſitis in uilla *Luderdeburg*, cum adiacente ſeu attinente curia, in qua domus lapidea edificata fuit. Cum enim tota fere uilla *Luderdeburg* eccleſie beate Marie pertineret, & prefatos duos manſos cum attinente curia matrona quedam *Adelheidis*, filia *Thanemari* miniſterialis Nuemburgenſis eccleſie poſſideret, poſt mortem mariti eius Conradi *attemptauerunt* quidam *manſos* eosdem ſimul cum *curia* obtinere. Inde procul dubio magnum imminebat eccleſie beate diſpendium, cui euitando diligenti cura interuenimus, & petitione *Olrici* prepoſiti eosdem manſos

Duo manſi in Luderburg, *cum curia adiacente eccleſiae B. Mariae traditi*

*per concambium duorum manſorum in*Corlinge. *Actum.*

ſos in *concambium* dedimus eccleſie beate Marie ſimul cum prefata curia, & pro eis duos manſos in uilla *Corlinge*, quorum quilibet ſoluit XII. ſolidos equa uice recepimus. Acta ſunt autem hec *Nuemburg* ex uoluntate & petitione predicte *Adelheidis*, conſenſu quoque *Gerlindis* ſororis eius, nec non aſſenſu *Guntheri* ſororii earum, qui aliquandiu *contradicens*, tandem conſilio noſtro ceſſit, & huic facto cum ceteris eccleſie noſtre miniſterialibus acquieuit. *Concambium*

Aduocatus D.Gerhardus.

uero iſtud per manum noſtram & per manum *aduocati*, *ducis* uidelicet *Gerhardi* celebratum eſt, preſente & annuente priore Nuemburgenſe cum fratribus eiusdem eccleſie, preſentibus quoque & facto conſentientibus quamplurimis *nobilibus beneficiatis & miniſterialibus* eccleſie Nuemburgenſis.

Nobiles beneficiati & miniſteriales.

DIPLOMA CXVI.

BVRCHARDVS *abbas in* Hildenshem *permutat foeminam, liberi hominis uxorem, & filium cum alia* puella *in gratiam praepoſiti B. Marie.*

IN *nomine ſancte & indiuidue trinitatis. BVRCHARDVS diuina fauente clementia* abbas *monaſterii ſancti* Michaelis *in monte* Hildenshem *dilecto fratri EVERMODO prepoſito eccleſie ſancte* Marie in Magdeburg *ſalutem & fraternam dilectionem.* Quedam bona femina nomine Ethika pertinebat ad ius eccleſie ſancti *Michaelis* in monte *Hildenſem* & nupſit cuidam uiro *libero* homini Romoldo. Et quoniam eadem femina deuota eſt & tradidit *ſe* ad *conſilium religionis* ueſtre, nos ad petitionem ipſius & ueſtram beate

Permutatio Ethikae *foeminae cuiusdam, uxoris liberi hominis conſilium*

beate Marie in Magdeburg eam unà cum *aduocato* eccleſie noſtre *Luidolfo* offerimus, tradimus atque abſolutam a iure iam dicte eccleſie noſtre, una cum *filiolo* ſuo, qui apud uos *canonicus* regularis eſt, ueſtre eccleſie donamus, & *obedientie* ueſtre, quam & ipſamet elegit, ſubiicimus, & omne ius, quod in ea & filio ſuo uidebatur habere, in uos transferimus & in *concambium* a uobis quandam *puellam Chriſtinam* nomine ſuſcipimus, ut & hic tranquillam uitam peragant, & ſub obedientia ueſtra eternam uitam adquirant, AMEN. Actum *Hildensbem* in curia noſtra coram fratribus & miniſterialibus noſtris, aliiſque quampluribus fidelibus & amicis noſtris, tam laicis quam clericis, quorum nomina ob teſtimonii firmationem cum *ſigillis* tam noſtro quam eccleſie noſtre aſſignare curauimus.

religionis ueſtrae.
filius ſequitur uentem, canonicus ſeruus,
cum puella Chriſtina.
Actum.

DIPLOMA CXVII.

FRANCO *abbas Hildenshemenſis transigit cum praepoſito B. M. ſuper foemina ſubreptitie* manumiſſa.

IN *nomine ſancte & indiuidue trinitatis. FRANCO Dei gratia monaſterii ſancti* Michaelis *in* Hildenshemenſi *ciuitate abbas*. Notum ſit omnibus tam preſentis quam futuri eui Chriſti fidelibus, quod *Rumoldus* quidam ciuis Magdeburgenſis *Ethicam* nomine de familia eccleſie noſtre ſibi matrimonio copulauit. Que poſtmodum tempore predeceſſoris noſtri, ut fertur XVI. talentis datis de iure eccleſie noſtre *ſe redemit*. Defuncto igitur marito, defuncta & ipſa, quia minus legaliter *abſentibus monachis*, abſente *aduocato* cauſa hec terminata fuerat, nos iuſticie noſtre deeſſe non ualentes, ad audienti-

Balderamus praepoſitus B. Mariae *in Magdeb. ſoluit monaſterio S. Mich. in Hildesheim* 15. *libras in cauſa E-*

thicae foeminae. Foemina ſe redimit, manumiſſio ſubreptitia. Dominus Magd. i.e. epiſcopus. Marchiones Br. aduocati in Magdeburg B. M.

am *domini Magdeburgenſis* cauſam detulimus, & eius gratia mediante ad ſopiendam immo finaliter deducendam queſtionis huius controuerſiam a *Balderamo* prepoſito beate *Marie* in Magdeburg & fratribus eius XV. *libras* preſentibus aduocatis utriusque eccleſie, *marchione* uidelicet *Alberto* & *Luidolfo*, accepimus.

DIPLOMA CXVIII.

MARTINI *praepoſiti Haluerſtadienſis renunciatio litis in ſeculari iudicio ſub ſpe uitae aeternae.*

Martinus praepoſitus Halberſtad. renunciat praetenſioni ſuae in uillam Wulfe.

N*Ouerit fidelium uniuerſitas, quod ego* MARTINVS *Haluerſtadenſis prepoſitus pro redemptione anime mee* & parentum meorum ſcripto preſenti & ſigilli mei impreſſione, petitione & interuentu kariſſimi *amici* noſtri, *Alberti marchionis*, dimiſi omnino & in perpetuum poſtpoſui querimoniam de quadam ſancte Marie in Magdeburg uilla, *Wlue* dicta, apud ſecularia iudicia a me crebrius agitatam huius liberationis prouidentia, ne poſteri mei aliquo *hereditario* iure hac occaſione fratres predicte eccleſie inquietare poſſent, & foret michi apud *ſummum iudicem* determinatum, quod tunc per orationes eorundem fratrum diuina fauente clementia ſpero in perpetuum mihi profuturum.

DIPLOMA CXIX.

Confirmatio emtionis ſub uinculo anathematis.

Sine conſenſu uxoris & *filii fruſtra contrahitur.*

I*N nomine ſancte & indiuidue trinitatis*. Notum ſit cunctis fidelibus, quod *molendinis* in *Rodenuorde* beate Marie de Magdeburg, *Thietmarus* uxor ſua, non filius, neque aliquis ſuorum preſens uel poſterius ripam fluminis *Bode* auferre

Ripa *flumi-*

ſiue

ſiue detrahere poterit, quam *nuncius* eiusdem *Dei genitricis* teſte *Bertoldo* & *Adelhardo* ſacerdotibus *aduocato* Friderico, filio eius Rodolpho *Geuezone*, nec non quampluribus Chriſtianis contra eundem Thietmarum, *omni gente* ſui *generis* hoc ſciente & concedente, ex *rebus ecleſie* publice comparauit. Cuius emptionis confirmationem inconcuſſam & inuiolabilem quiſcunque pernicioſus in poſterum infringere ſiue deſtruere uoluerit, & ſi malum uotum ſuum ad effectum perduxerit, uinculo *anathematis* uinciatur, quouſque ſatisfactione & condigna penitentia *utero* ſancte eccleſie reſtituatur.

nis Bode *cum* molendino *in* Rodenſōrde *eccleſiæ B. Mariae confirmatur.* *nuntius genitricis Dei.* *Acquiſita ex rebus eccleſiae.* *Sanctio contractus.* *Vterus eccleſiae.*

DIPLOMA CXX.

BALDERAMVS *D. G. prepoſitus B. M. confirmat* donationem *inter uiuos ſub uinculo anathematis. Quod non ſolum illa* banno *epiſcopi, ſed etiam* iure fori, Burggrauii *firmata.*

BALDERAMVS *Dei gratia prepoſitus eccleſie beate* Marie Magdeburg. Notum ſit omnibus tam preſentis quam futuri temporis Chriſti fidelibus, qualiter *Waltherus* Magdeburgenſis ciuis eccleſie ſancte Marie una cum *uxore* ſua ſe deuotus obtulerit, eo nimirum modo, ut poſt *obitum* eorundem cuncta ipſorum poſſeſſio in uſus memorate eccleſie libere abſque cuiusquam contradictione transferatur. Id ergo primitus *banno* firmatum, poſtmodum nichilominus *iure fori* in placito *Burchardi* urbani comitis, publica cunctorum atteſtatione ſtabilitum eſt. Quod ne cuiusquam poſtmodum preſumptione caſſetur, actionem hanc ſcripto mandari, & *ſigilli* noſtri impreſſione placuit aſſignari.

Waltheri, ciuis Magdeburgenſis, poſſeſſiones, eccleſiae B. Mariæ donatae confirmantur.

DIPLOMA CXXI.

WICHMANNVS *archiep. Magd. conciliat confirmatque transactionem, ab heredibus donatoris impugnatam, ſub banno.*

Area *in ciuitate* Magdeburg. *a Inditha quadam Eccleſiae B. Mariae donatur, iure fori, ab eius heredibus haec donatio impugnatur. Inde litigia. Communicatio cum prudentibus.*

IN nomine ſancte & indiuidue trinitatis. *WICHMANNVS Dei gratia ſancte Magdeburgenſis eccleſie archiepiſcopus.* Quoniam quidem Deo auctore *ouilis* Chriſti curam gerimus, neceſſe eſt, ut eiusdum ouilis profectum die noctuque uigilanter promouere ſatagamus. Proinde notum facimus omnibus, tam futuris quam preſentibus Chriſti fidelibus, quod *matrona* quedam *Inditha* nomine in Magdeburgenſi ciuitate *aream* quandam contulit eccleſie ſancte Marie, eamque *iure fori*, ſub legitimis teſtibus in poſſeſſionem perpetuam eidem eccleſie confirmauit. Poſt mortem autem predicte matrone quidam *heredes* eius inſurrexerunt, qui prauo ingenio conati ſunt eiusdem matrone factum *adnullare*, & per multas querimonias non deſtiterunt *fratres* eccleſie ſancte Marie ſuper eadem poſſeſſione *laceſſere.* Cum itaque multo tempore eis importuni eſſent, nos tandem *communicato prudentum uirorum* conſilio, fratres eccleſie ſancte Marie exortari ſumus, ut, quanquam *iure fori* eandem poſſeſſionem obtinere poſſent, pro bono tamen *pacis* dato precio ab hac querimonia eosdem heredes amouerent, & ut plenarie inter utramque partem memoratam iurgia ſopirentur. Hoc quoque perutile nobis uiſum eſt, quatinus *reſiduam* portionem eiusdem poſſeſſionis, que prefatos heredes ſpecialiter attingebet & portioni, de qua querimonia habebatur, contigua erat, fratres eccleſie ſancte Marie ab ipſis heredibus con-

condigna *pecunia* compararent. Hoc itaque conſilio noſtro celebriter actum eſt, & pro uniuerſa hac poſſesſione absque omni exceptione cunctis legitimis heredibus ſupradicte matrone Judithe publica emptione coram nobis per manum Walderici *camerarii* eccleſie ſancte Marie octoginta libri argenti *appenſe* ſunt. Iſtaque coemptio in placito *Schultheti* Magdeburgenſis, & deinde in *placito* Burchardi Magdeburg. confirmata eſt, preſentibus *ſcabinis*, iudicibus, & aſtantibus & collaudantibus id factum ſepe dictis heredibus, quorum nomina ſunt hec: Okko, *Meinfridus*, cum uxore ſua Antonia, *Lotlwicus* cum uxore ſua Iuthita, Petrus & filii Okkonis Iohannes & Hoierus. Olricus de *Ottenleue*, cum filio ſuo Bertoldo & filiabus Iuthita, & Margareta. *Iura* itaque *Magdeburgenſis ciuitatis* hec legitime confirmata ſunt. Nos quoque beatorum apoſtolorum Petri & Pauli, & noſtra auctoritate actionem hanc in perpetuum ſub *banno* noſtro confirmauimus.

Transactio camerarius coenobii. B. M. Placita 1) Sculteti 2) Burggrauii. 3) praeſentibus ſcabinis. Nomina heredum. Ius Magdeb. ciuitatis.

DIPLOMA CXXII.

EVERMODVS *B. M. coenobio praepoſitus confirmat donationem areae cum ſeruis & ſeruabus.*

I*N nomine ſancte & indiuidue trinitatis.* EVERMODVS *pauperum beate Marie in Magdeburg dictus prepoſitus.* Notum ſit omnibus tam futuri, quam preſentis temporis *fidelibus*, quod quedam Magdeburgenſis ciuitatis *matrona* deuota *Ameka* nomine iuxta pietatem ſue erga Chriſtum deuotionis eccleſie beate Marie in eadem ciuitate *poſſesſiones ſuas* pro remedio anime ſue obtulerit, quatenus memoria eius

Ameka matrona ſe ſuasque poſſesſiones, aream uide-

Aa 5 tan-

licet, eum ſeruis & ancillis Eccleſiae donat & conſecrat.
Supellex bona immobilia.
Seruiles perſonae donantur.
Succedere per ſuam generationem.
Mundiburdium.

tanquam pro fratre ſeu ſorore monaſterii officioſe in orationibus ſemper agatur. Obtulit autem ipſi monaſterio inter ceteras ſue *ſuppellectilis* donationes *aream* cuiusdam curie ſue, datis ſimul quinque *ſeruilibus* perſonis, *duobus* uidelicet *ſeruis*, quorum hec ſunt nomina, *Ludolfus*, *Albertus*, nec non tribus ancillis, quarum nomina ſunt, *Meinburg*, *Ida*, *Friderun*, inſtituens, ut hi ſinguli ſingulorumque per ſuam *ſuccederent generationem* poſteri capite *cenſuale debitum* annuatim in exaltatione ſancte crucis perſoluant quisque, ſcilicet nummos, pariterque eccleſie ſe ipſam ita abſolute deuouit ac mancipauit, ut nulli ſecularis perſone *mundiburdio* ſe uel ſua uoluerit committere, ſed ad ſolam eccleſiam, cui ſe deuouit, reſpicere. Huius ergo *oblationis* ius fratribus cultui diuino ſanctiſſimeque Dei genitricis obſequio in prefata eccleſia mancipatis ſeu mancipandis *ſuper* ſacroſanctum *altare* deuote contradidit, ratamque in poſterum hanc ſua donatione fore uolens eam per *Schultbetum Sifridum* in preſentia patris eius *Hadamari*, adhibita quoque preter quamplurimos teſtes preſentia iudicum *ſcabinorum*, quorum hec ſunt uocabula, *Acco*, *Bruno*, *Luiderus*, *Conradus*, *Haolfus*, nemine per contradictionem obſiſtente, confirmauit, quibus & ſolidum ob firmam rei memoriam, ut mos eſt, diſpertiuit. Vt autem ipſa adhuc *ſuperſtite* huiusmodi actionem rationabiliter a ſe celebratam eſſe omnibus pateret, ab *inhabitatione* curie ſue iam dicte ſe alienauit, & in curiam a domino *Sidago canonico beneficio* eccleſie beate Marie quondam poſſeſſam annuentibus fratribus ſe tranſtulit, ut quicquid *edificiorum* conſtruxerit, in manus *mancipiorum* ſuorum eccleſie

tradere ſuper altare. Confirmatio.

Nomina ſcabinorum ſiue cognominibus t.t. incognitis.

cleſie, ut preſcriptum eſt, traditorum, eorundemque poſteritati priusquam obierit cedere diſpoſuit. Igitur ut huius *actionis* ſeries ad notitiam tam futurorum quam preſentium pertingat, preſenti eam pagine inſeruimus, quam &, ut rata & indiſſolubilis permaneat, *ſigillo* eccleſie, cui Deo auctore preſumus, roborauimus feliciter. *Amen.* *Sanctio.*

Si autem memorata *ſoror* noſtra, que omnibus ſuis in poſſesſionem eccleſie depoſitis hodie & deinceps de labore manuum ſuarum mauult uiuere, quam eccleſiam in expoſtulatione ſue ſuſtentationis grauare, ad egeſtatem forte delapſa ſibi ſufficere non potuerit, placuit noſtre paruitati, fratrumque nichilominus karitati, ut tam corporali quam ſpirituali ſolatio neceſſitati illius ab eccleſia prouideatur. *Soror, quae mauult labore acquirere, quam hereditate.*

DIPLOMA CXXIII.

Transactio *de donatione cum* filiorum *conſenſu.*

Miles quidam de *Gersloue* Wichardus nomine cum *filio* ſuo Rodolfo querimoniam mouit aduerſus eccleſiam beate *Marie* in *Magdeburg*, ſuper dampno ſibi illato, quod ſe pertuliſſe conquerebatur pro ſeruitio a ſe prefate eccleſie quondam exhibito. Hec autem queremonia cum diſcuſſa eſſet & nichil rati haberet, uiſum eſt tamen conſulendum eſſe paupertati eius, datique ſunt ei XX. ſolidi *monete* Magdeburgenſis & *maioris menſure* modius frumenti, ut ab omni prorſus querimonia deſiſteret, quod etiam factum eſt. Ipſe enim *Wichardus* cum filio ſuo *Rodolfo* tam pro ſe quam pro heredibus ſuis in *manu* domini Wichmanni Magdeburgenſis archiepiſcopi coram multis toti querimonie ſue propterea abrenunciauit. *Transactio Eccleſiae B. Mariae cum Wichardo de Gerslovv.* *Moneta Magd. menſura maior.*

DI-

DIPLOMA CXXIV.

WICHMANNVS *archiep. Magd. confirmat concambium inter ſcultetum & coenobium B. M.*

Sculteus fidelis archiepiſcopi. Eccleſia B. Mariae tradit Conrado Sculteto *Magdeburgenſi per concambium aream prope cemiterium Ioh. Euangeliſtae cum domo adiacente, Domus lapidea.*

Pro 4. manſis in Nesleue & Widerichsdorf. Refutatio feudi.

IN *nomine ſancte & indiuidue trinitatis. WICHMANNVS Dei gratia ſancte Magdeburgenſis eccleſie archiepiſcopus.* Notum eſſe uolumus tam futuris quam preſentibus Chriſti fidelibus, quod uoluntate & *aſſenſu* noſtro *concambium* quoddam factum eſt inter eccleſiam beate Marie in Magdeburg, & *fidelem* noſtrum Conradum *Sculthetum* ciuitatis Magdeburgenſis, cuius rei ordo hic eſt. Fratres eccleſie beate Marie *aream* habebant prope cimiterium beati *Iohannis* euangeliſte. Super hac area iidem fratres *domum lapideam* magnis expenſis edificauerunt, uſibus utique eorum profuturam. Cum autem prefatus Conradus *Sculthetus* domum illam ſibi uideret tam ex ſitu loci quam ex uenuſtate ſtructure, congruam & oportunam, pro ea obtinenda inſtanter agere cepit. Poſt multam itaque moram nobis mediantibus in hac re deſiderio ſuo potitus eſt. Siquidem conſilio cognatorum & amicorum ſuorum quatuor *manſos*, quos a nobis in *beneficio* habuit, quorum duo in *Nesleue*, item duo *Widerikeſtorph* ſiti ſunt, nobis *reſignauit*, nosque eosdem manſos eccleſie beate Marie in perpetuam poſſesſionem dedimus, receptamque in *concambio* prefatam domum ſimul cum area iam dicto fideli noſtro *Conrado* Sculthcto & heredibus eius perpetuo poſſidendam tradimus. Vt igitur hec futuris poſtmodum temporibus rata & inuiolata permaneant, decernimus & auctoritate DEI omni-

omnipotentis & beatorum apoſtolorum *Petri* & *Pauli* predictos quatuor manſos eccleſie beate *Marie* irrefragabiliter confirmamus.

DIPLOMA CXXV.

WICHMANNI *achiepiſcopiſpi Magdeb. confirmatio contractus permutationis cum coenobio B. M.*

In nomine ſancte & indiuidue Trinitatis. Notum ſit uniuerſitati fidelium tam preſentium quam futurorum, qualiter ego *WICHMANNVS Dei gratia ſancte Magdeburgenſis eccleſie archiepiſcopus* contulerim eccleſie beate *Marie* de poſſeſſione epiſcopali molendinum in *Rodenburg*, cum legitimo ſuperioris & inferioris aluei termino, ne uidelicet cuiusquam poſtmodum auſu temerario rotarum ibidem curſus arcetur. Huic autem aream & contigui agri tria iugera, nec non lapidicinam uicini montis adiunximus. Porro ne ſucceſſorum noſtrorum prebenda in hoc aliquatenus diminuta uideatur, tres manſos in uilla *Colebike* tria talenta ſoluentes a fratribus memorate eccleſie in concambio recepimus, quandoquidem uſum predicti molendini cum lapidicina annuatim ad tantundem pecunie computauimus. Proinde ſuperne remunerationis intuitu partem montis *Rodenburg* & partem montis *Honthorp* uinetis complantandam cum omni uſu & decima eorum que inibi exculta fuerint, pratum quoque quoddam trans albiam uille *Cracowe* conterminum, in quo facta eſt curia cum legitimis terminis, & cum omni uſu & decima tam agriculture quam paſcuarum, & ab eodem prato prope foſſam usque inſtantiam publicam per agrum predicte uille, liberum

Wichmannus Archiepiſcopus tradit eccleſiae B. Mariae per concambium molendinum in Rotenburg *ad Salam fl. &c.*

pro 3. manſis in Colebike.

item montes uiniferos *in Rotenburg &* Hondorf. *it. pratum prope* Cracovv.

berum abſque contractione tranſitum. Preterea in uilla *Zwisde* de omni poſſeſſione iam dicte eccleſie tam in agris quam pecoribus & ceteris quibuslibet decimam ſupraſcripte eccleſie Dei genitricis attribuimus. Areas etiam infra curiam eiusdem eccleſie conſtitutas ab exactione annui cenſus, qui nobis debebatur, abſoluimus, hancque donarionis noſtre ſeriem ſub teſtimonio eccleſie noſtre legitime confirmauimus. Pro his ergo omnibus aream in ciuitate Magdeb. ſoluentem uiginti ſolidos a matrona quadam, Gertrude conſenſu legitimorum heredum filiorum uidelicet ipſius, Heinrici, Herebordi & Sifridi, digno pretio redempta, & in placito Burchardi Vrbani comitis eccleſie beate Marie confirmatam, additis predicto cenſui XVIII. denariis, de areis ſcilicet curie adiacentibus, & canonicorum Deo & beate Marie ſeruientium refectionem & eleemoſinam pauperum in anniuerſario depoſitionis mee communi conſenſu celebriter impendi decreuimus. In uſum quidem fratrum XV. ſolidos, ad ſuſtentationem pauperum V. ſolidos, ad luminare concinnandum XVIII. denarios, quod uidelicet luminare a ueſpera usq; ad ueſperam indeficiens perſeueret. Amen. Huius rei teſtes ſunt, Wilmarus *Brandenburgenſis*, Walo *Hauelbergenſis*, epiſcopi, Arnoldus *abbas* ſancti Iohannis. Otto *prepoſitus* maioris eccleſie, Balderamus prepoſitus eccleſie beate Marie, Conradus *prepoſitus Hallenſis* eccleſie, Ekkehardus *prepoſitus* de monte ſancti Petri, Guntherus *prepoſitus* in *gratia Dei*, Luibertus abbas de *Ammeneſleue*, Sifridus maioris eccleſie Decanus, Vidoldus *prepoſitus*, Heinricus *prepoſitus*, Waltherus, Guntherus, Conſtantinus, Gerbrandus, Fri-

& decimam in Zvviſde.

Confirmatio areae cuiusdam in Magdeburg,

& eleemoſynarum inſtitutio.

Teſtes ſine cognominibus gentilitiis

1) *Clerici.*

Fridericus, Godefridus, Theodericus, Lothuicus, Burckardus, Theodericus, Rotherus, Adelbertus, Godefridus, Rokkerus Vicedominus, Otto, Iohannes, Friderichs, Gero, Hartmodus, canonici. Laici uero Richardus, Conradus, Heinricus, Fridericus, *Alexander* & alii plures. Vt autem hec noſtra largitio ſtabilis & inconuulſa permaneat, cartam hanc ſigilli noſtri impresſione roboramus & ſub comminatione *banni* noſtri manum inde inuaſoris amouemus. Amen. Huic que ſupraſcipta eſt, noſtre donationi in *Rodenburg* in utraque parte montis addimus planicies quasdam uinetis complantandas. Placuitque poſtmodum nobis, ut fratres eccleſie beate Marie ad plantandam item *uineam* ibidem prope *Salam* dimidium manſum obtinerent a Rokkero maioris eccleſie prepoſito, conſenſu *omnium canonicorum* maioris eccleſie, quod & factum eſt, dato in concambium manſo uno, qui ſitus eſt *Stemmerc* ſoluens X. ſolidos. Quicquid autem prefate eccleſie fratres habent, aut in *uineis* aut in aliis rebus cum decima & cum omni utilitate eis contulimus; ſtatuentes, ut nemo in his aliquas faciat exactiones, & *nulli* ſubiaceant *aduocato*, quia *uillicus* noſter de Conre tutele & defenſioni bonorum eorundem uice noſtra ſemper adeſſe debebit.

z) *Laici.*

Sanctio.

Vinea prope Salam Eccleſiae. B. Mariae tradita pro manſo uno in Stemmerc.

Villicus archiepiſcopi.

DIPLOMA CXXVI.

WICHMANNI D. G. *archiep. Magdeb. teſtimonium* concambii *facti inter coenobium B. M. & epiſcopum* Monaſterienſem *cum conſenſu C.* Mansfeldenſis *aduocati.*

IN *nomine ſancte & indiuidue Trinitatis. WICHMANNVS Dei gratia ſancte Magdeburgenſis eccleſie archiepiſcopus.* Notum eſſe cupimus tam futuri

Montana quaedam in Rotenburg *cum littore & foreſto pro dimidio manſo in* Zickeritz *prope Frideburgum ab Epiſcopo Monaſterienſi Eccleſiae B. Mariae comparata.*
Hoierus *Comes Mansfeldenſis reſignat* advocatiam *praedictorum bonorum.*
Burchrauius.

futuri, quam preſentis Chriſti fidelibus, quod fratres eccleſie beate Marie in *Magdeburg* a uenerabili Hermanno *Monaſterienſi* epiſcopo montana quedam in *Rodenburg* & litus aque cum foreſto adiacente, & ſub *aduocatia* comitis *Hogeri* ſita, atque ad capellam curie eiusdem epiſcopi pertinentia, in *concambio* acquiſiuerint, pro quibus prefato epiſcopo dimidium manſum in uilla *Sikeriz* ſitum reſtituerunt. Idem autem comes *Hogerus*, qui predictorum bonorum, ut dictum eſt, *aduocatiam* tenebat, eam in preſentia *Marchionis* Theoderici, nec non & fratris eius *Dedonis* comitis, aliorumque multorum per manum Burchardi *Burchrauii* noſtre poteſtati *reſignauit*, pro quo etiam dicti dimidii manſi, qui in concambio datus eſt, *aduocatiam* recepit. Huic autem ordinationi *Volcquinus* ſacerdos asſenſum prebuit, qui predicte capelle beneficii tunc temporis compos extitit. Vt autem id, quod factum eſt, futuris temporibus ratum & inconuulſum permaneat, poſtea in *placito* ſepe dicti Hogeri comitis in *Biſinburg* ſtabilitum eſt, & omni, quo decebat, iure firmatum in preſentia *iudicum ſcabinorum.*

DIPLOMA CXXVII.

HERMANNVS *epiſcopus* Monaſterienſis *teſtatur ſe loca circa* Rotenburg *cum aliis commutauiſſe coenobio B. M. idque conſenſu Mansfeldenſis C. aduocati Monaſterienſis.*

IN *nomine ſancte & indiuidue Trinitatis. HERMANNVS Dei gratia Monaſterienſis epiſcopus.* Cum quandoque contingat, quod ea que in concambiis inter eccleſias agantur, per obliuionem in errorem labuntur, ad id precauendum

notum

notum eſſe uolumus uniuerſis tam *futuris*, quam preſentibus, quod mediante domino *Wichmanno* uenerabili Magdeburgenſi Archiepiſcopo litus in appoſito molendini *Rodenburg*, foreſtum, quod uulgo *Werder* dicitur, prefato *molendino* contiguum, & *montana* a ſemita ſurſum capelle noſtre pertinentia, & ipſam ſemitam cum *foſſatis* lapidum eccleſie ſancte *Marie* in Magdeburg in concambio dedimus, collaudante & conſentiente *Volquino* ſacerdote capelle noſtre, & in uiciſſitudine ipſius concambii ab eccleſia beate Marie dimidium manſum in uilla *Cikeriz* ſitum IX. ſolidos ſoluentem recepimus. Huic concambio poſtmodum coram *Marchione Theoderico* & comite Dedone, comes Hoierus de *Mannesuelt* conſenſit, *aduocatus* corundem bonorum, que in concambio dedimus, ipſique *aduocatie renunciauit*. Quamobrem hoc factum firmum & inconuulſum eſſe uolentes, auctoritate Dei & ſanctorum apoſtolorum Petri & Pauli, & noſtra confirmamus, & ne quis ea, que in his ſtatuta ſunt, infringat, ſub *anathemate* prohibemus, adhibitis idoneis teſtibus.

Reuerſales literae Epiſcopi Monaſterienſis ſuper concambio quorundam poſſeſſionum prope Rotenburg. Werder. Foſſata lapidum.

Hoierus Comes Mansfeldenſis *aduocatiae renunciat.*

DIPLOMA CXXVIII.

WICHMANNVS *archiep. Magd. inſtituit praepoſituram &* canonicam *in* Seburg, *eique addicit* 1) Helſtam 2) *cenſum* Iudaeorum *Halenſium, qui non imperatoris, ſed epiſcopi* 3) ſartagines *in Halenſibus ſalinis.*

IN *nomine ſancte & indiuidue trinitatis. WICHMANNVS Dei gratia ſancte Magdeb. eccleſie archiepiſc.* Deſiderium eterne uite ad merita eterne bea-

beatitudinis promerenda cor & animum noſtrum nimirum accendit & inuitat. Si cum inter cetera caritatis opera, ex quibus eterna uita obtineri poteſt, manifeſte oculis noſtris appareat, quod ex dono *temporali eterna* beatitudo poſſit comparari, iſtius indubitate ſpei ſolatio pro noſtra & parentum noſtrorum *ſalute* prepoſituram & canonicam *Seburgenſis* eccleſie inſtituimus. Vnde hec uniuerſa, que in hac inſtitutione contulimus, firma & inconuulſa permanere affectemus, tamen ea, de quibus noſtre inſtitutionis diſpoſitio inchoata & dotata eſt, principaliter & ſpecialiter noſtro munita eſſe priuilegio uoluimus. Notum itaque eſſe uolumus, uniuerſis tam futuris quam preſentibus, quod nos eccleſiam *Helpethe* cum omnibus ſuis attinentiis, cum omni utilitate, ſicut ad nos per *ſucceſſiuam hereditatem* deuoluta eſt, ad utilitatem & ad inſtructionem prebendarum Seburgenſis eccleſie *contulimus*. Similiter ad augmentandas utilitates prebendarum duabus *marcis*, quas *Iudei* in *Halle* annuatim debent perſoluere, *cameras* iuxta ſanctum Egidium exſtructas, quas a filiis Radiggi per contractum emtionis abſolutas habuimus, libere ad prebendas fratrum donauimus. Inſuper LXXXXII. *ſartagines* in *ſalinis Halle* huic noſtre donationi ſuperaddidimus, & notum eſſe uolumus, quod VIII. ſolummodo *ſartagines* de fonte, qui *Metheriz* appellatur, & relique de *theuthonico* & *ſlauico* fonte procurantur. Enim uero uniuerſam hanc donationem noſtram ſine diſtinctione liberrimam eſſe uolentes, ſtatuimus & uolumus, ut quicquid ſuper *cenſum* in prima donatione determinatum poſſit accreſcere, ex induſtria prepoſiti & capituli *Seburgenſis*

Wichmannus Archiepiſcopus confirmat inſtitutionem Eccleſiae collegiatae in Seburg.

eidemque eccleſiam in Helfte *prope Iſlebium incorporat donatque ei 2. marcas a Iudaeis ſoluendas cum* Cameris *iuxta S. Ægidium, & 92. ſartagines in ſalinis Halenſibus. Fontes Metheriz, Teutſch, Slauicus.*

burgenſis accreſcat, & incrementum nullo impediente accipiat. Hanc noſtram donationem & inſtitutionis confirmationem firmam & inconuulſam eſſe uolentes, auctoritate *Dei* & beatorum *apoſtolorum Petri* & *Pauli*, & noſtra ſub *anathematis*, ne quis eam infringat prohibemus, adhibitis idoneis teſtibus. *Sanctio.*

DIPLOMA CXXIX.

WICHMANNI *archiepiſc. Magdeburg. compoſitio* limitum *regundorum inter duas* Islebiae *parochias* inferiorem *&* ſuperiorem *cum conſenſu* Moguntini, *adhibitis arbitris.*

CVm plerumque contingat, quod ea, que inter eccleſias rationabiliter diſponuntur, per *obliuionem* in errorem labantur, ad id precauendum in poſterum dignum eſt, ut poſteritas eiusdem ueritatis accipiat argumentum. Notum itaque facimus uniuerſis Chriſti fidelibus, tam futuris quam preſentibus; quod nos *eterne* remunerationis intuitu, paci & ſaluti ciuium noſtrorum de *Ietleue* conſulentes, litigium quod diu inter ſacerdotes parrochiarum, *ſuperioris* uidelicet & *inferioris* de terminis parrochialibus uertebatur, *Maguntine* ſedis aſſenſu & beneplacito, nec non & conſilio fideliūm noſtrorum his modis ſopiuimus atque diremimus, & ne aliqua in poſterum ſuper eisdem terminis oriatur querimonia, occaſionem litis amputantes prouida nichilominus circumſpectione ſtuduimus. Et enim, ut prefata ciuitas noſtra *Iethleue* ad honorem & utilitatem *Magdeburgenſis* eccleſie proficiat & *creſcat*, & ne populus, ipſam inhabitans de *Islebienſis parochiae utriusque lites ab Archiepiſcopo componuntur.*

de ſacerdotum litigio aliquod grauamen ſiue periculum incurrat uel ſuſtineat, uolumus & decreuimus: *ut equa inter utramque parrochiam limitum diſtributio fieret*, & ne parrochia *inferior*, que pene totam ciuitatem ſuo iuri magis uiolenter quam iuſte addixerat, in hoc aliquod dampnum pati uideretur, ſtatuimus, ut *manſum* unum a *ſuperiori* parrochia in *recompenſationem* acciperet, & ſic omni querimonia in poſterum de pretaxatis terminis renunciaret, quod & factum. Hec itaque limitum diſtributio a XII. *burgenſibus* iam ſepe dicte ciuitatis noſtre *Ietl*, qui maioris induſtrie & conſilii erant, rationabiliter & iuſte ordinata & conſummata eſt, & per nos omni, qua debuit, munimine firmata. Eiusdem quoque ciuitatis parrochia *ſuperior*, que de antiquitate inferiori preminet, III. *manſos* & dimidium, qui ab ea aliquandiu per *aduocatos* alienati fuerant, reddimus, & in legitimam poſſeſſionem ipſi perpetuo tenendas donauimus. Vt itaque hec noſtra conſtitutio & donatio futuris temporibus firma & inconuulſa permaneat, omnem hanc ſeriem *ſcripto* notatam, *ſigilli* noſtri impreſſione roborauimus, &, ne quis eam infringat, auctoritate *Dei* & beatorum *apoſtolorum Petri* & *Pauli*, ac *noſtra* auctoritate ſub *anathemate* prohibemus, adhibitis nichilominus teſtibus idoneis.

facta earum exaequatione inter parochiam ſuperiorem & inferiorem & compenſatione.

Arbitri XII.

Ciues i. e. Burgenſes.

Confirmatio.

DIPLOMA CXXX.

WICHMANNVS *archiep. Magdeb. priuilegio inſtruit* Innungam ſutorum, *ut* 1) magiſter *eorum habeat* officium 2) honorem 3) *eligatur* a ſutoribus *ipſis* 4) *non a* magiſtratu 5) recognoſcant *haec iura annuatim cenſu.*

In

IN omnibus actibus noſtris, in quibus aliquid de honore & utilitate *Magdeburgenſis* eccleſie agere ſtuduimus, *libertatem* matrem actionis noſtre eſſe uolumus, ut, cum honor & utilitas in diſputatione noſtra accurrerit, *libertas* ſuprema ſemper exiſteret, quia honor & utilitas, ſine libertate, uilis ſeruitus eſtimatur. *Notum* itaque eſſe uolumus uniuerſis tam futuris quam preſentibus, quod *officia* ciuitatis noſtre magna ſiue parua, quodlibet in ſuo *honore* ſecundum *ius ſuum* integrum eſſe uolentes, ius & *magiſterium ſutorum* ita conſiſtere uolumus, ut nullus *magiſtratuum* ſuper eos habeat, niſi quem ipſi ex communi conſenſu *magiſtrum* ſibi elegerint. Cum enim ius & diſtinctio que inter eos eſt, eos, qui eo iure *participare* non debent, ita excludat, quod *opus operatum alienigene* infra ius *communus fori* uendere non debeant, conſtituimus, ne *alienigene opus* ſuum *operatum* ad forum non deferant, niſi cum omnium eorum *uoluntate*, qui iuri illo quod *Inninge* appellatur, participes exiſtunt. Itaque ad *recognoſcendum* ſe annuatim Magdeburgenſi archiepiſcopo *duo* talenta ſoluent, que *magiſter* eorum *preſentabit*; prout archiepiſcopus mandauit. Huius noſtre conſtitutionis paginam firmam eſſe uolentes auctoritate Dei & noſtra cónfirmamus, & ne eam aliquis infringat prohibemus, adhibitis teſtibus idoneis.

Priuilegium ſutorum in electione Magiſtri,

opus operatum. & uendendis in foro mercibus, quibus prohibentur alienigenae. Tribus Zunfft Innunge.

DIPLOMA CXXXI.

Confirmatio emtionis Euerhardi de Alesleue *ab abbatiſſa in* Gerbſtatt.

VT preſens actio, que celebrata & conſummata eſt, per noſtre uoluntatis aſſenſum, per obliuionem in errorem non labatur in poſterum,

Euerberus de Alesleue *2. manſos emit ab eccleſia* Gerbſtetenſi *in praefectura* Frideburg

eapropter notum facimus tam futuris quam preſentibus, quod *Euerberus* de *Alesleue* duos manſos eccleſie in *Gerbezſtat* pertinentes ab *abbatiſſa* eiusdem eccleſie ſub contractu *emptionis* obtinuit, ea tamen rationis determinatione, ut, ſi uoluerit, in memoriam ſui, eccleſie ipſos aſſignare poſſit. Sin autem quoad uixerit libere eos & quiete poſſideat, decedente uero eo ad eccleſiam redeant, neque ad aliquos *heredes* ipſa deuoluatur poſſeſſio. Cum enim prefatus E. herede *careret* & *nobis* ſua poſſeſſio *cedere* deberetur, nos, pietatis intuitu, bone uoluntati ſue aſſenſum prebentes hunc contractum fauore & *beneplacito* noſtro proſecuti ſumus, ipſeque in manum noſtram & *marchionis* Th. & *Dedonis* comitis ſpopondit, quod preſcriptam *actionem* nunquam reuocaret in irritum, ſed ſecundum formam preſcriptam eam omni diligentia & ſtudio cuſtodiret & teneret.

In manum ſpondere.

DIPLOMA CXXXII.

WICHMANNVS *archiep.* Magdeb. *hortatur ad* eleemoſynas, *quae extinguant peccatum & centuplum habeant fructum.*

WICHMANNVS *Dei gratia ſancte Magdeburgenſis eccleſie archiepiſcopus cunctis Chriſti fidelibus ſalutem in domino.* Quum omnibus, qui Chriſtiana profeſſione cenſentur, quique peccatorum pondere preſſi & cotidianorum exceſſuum, quos operari ſolent hoc mole ſunt pregrauati, opem leuaminis ferre pium & dignum fore perpendimus, hanc quoque opem *eleemoſinarum* largitate potiſſimum fieri poſſe non ambigimus, ſacra ſcriptura atteſtante, que ait; *Sicut aqua extinguit ignem, ita eleemoſina ex-*

extinguit peccatum, omnes Chriſti fideles, ad quos he littere noſtre peruenerint, monemus, rogamus & hortamur in domino, quatinus ad conſummationem eccleſie beati *Nicolai* quam foras muros ciuitatis *leproſi* erigere diſponunt, prout cuique Deus *inſpirauerit*, de *facultatibus* ſuis *conferre* ſtudeat, ut pro oblatis *centuplum*, pro *temporalibus aeterna* poſſideant, & de huius peregrinationis exilio educti eterne hereditatis participes efficiamini in çeleſti patria collocati. Amen.

Mendicantes literae pro eccleſia B. Nicolai pro leproſis extruenda.

DIPLOMA CXXXIII.

WICHMANNVS *archiep. Magd.* teſtimonialibus *inſtruit coenobium B. M. ob redemtos* manſos *in Pfaffendorffſtett.*

IN nomine ſancte & indiuidue Trinitatis. Ego WICHMANNVS Dei gratia ſancte Magdeburgenſis eccleſie archiepiſcopus. Notum eſſe uolumus uniuerſitati fidelium preſentium & futurorum, quod *manſum* unum ſitum in *Popendorpſtede* nobis pertinentem, quem Gerfridus de *Cuningelsburgc* a nobis in *beneficio* aliquando habuit, & poſtmodum *filius* eius Heinricus, qui ab eodem etiam poſtea pretio *ſex* marcarum redemptus eſt, eccleſie beate Marie iure perpetuo poſſidendum, cum omnibus ſuis uſibus & duabus partibus *decimationis* contulimus, & ne quodlibet inde poſthac incommodum eadem patiatur & dampnum, *teſtimonialibus* eam litteris ſigilli noſtri inpreſſione ſignatis communire curauimus. Preterea hunc ipſum ceteroſque manſos ibidem ſitos partim noſtra donatione, partim aliorum *fidelium* oblatione, partim etiam eccleſie iam dicte conquiſitos emptione, ea li-

Archiepiſcopus donat Eccleſiae B. Mariae manſum unum in Poppendorpſtede, *id eſt*, Pfaffendorffſted. *Teſtimoniales.*

bertate & quiete ab ipſa poſſideri decreuimus, ut nullus omnino impoſterum *aduocatiam* ſeu quodlibet *dominium* ſuper hec bona temerarius inuaſor uſurpet, tantumque ad noſtrum *ſucceſſorumque* noſtrorum patrocinium, nec non & *prepoſiti* eiusdem loci nutum ea in perpetuum habere reſpectum ſtatuimus, & beatiſſimorum apoſtolorum *Petri* & *Pauli* & domini *pape*, noſtraque nichilominus auctoritate, ſub *banni* etiam noſtri proteſtatione precipiendo firmamus.

Probibitio adu. aduocatos.

DIPLOMA CXXXIV.

ALEXIVS *diſtribuit bona pauperibus & piis uſibus deſtinata, a donatore tamen ante non expleta, quam a moribundo.*

ALEXIVS. Notum ſit, ſcire uolentibus, dominum W. ſancti *Sebaſtiani* canonicum conceſſu B. P. noſtri quedam rerum ſuarum apud eccleſiam noſtram *depoſuiſſe*, & mihi utpote linea *conſanguinitatis* iuncto ſpecialiter commendaſſe bonum & pium propoſitum ſuum de his *expendendis* ſiue *diſpergendis* in communi cauſa. Adiurans me ſub *teſtimonio Chriſti*, qui *depoſitis* legem integre & fideliter conſeruandi dedit, ut ſi forte uiam uniuerſe *carnis* intraret, priusquam propoſitum ſuum effectui manciparet, ne commiſſa fidei mee negligerem, ſed maturato facto, prout mecum de his ordinauerit, adimplere ſatagerem. His iam dicto modo in quorundam fratrum teſtimonio diſpoſitis *amicum* meum ſuprafatum W. ſepenumero conueni, monui, ut res apud nos *depoſitas* tucius, ſecundum pium propoſitum ſuum, ſ. ut fur non *effoderet*, neque tinea demoliretur, deponeret. Quam *ſanctam depoſitionem* dum indeſinenter agitaret, contigit eum

Legatio ad pias cauſas W. canonici S. Sebaſtiani iuramentum ſub teſtimonio Chriſti.

eum usque ad mortem infirmari. Ad quem dum ſub celeri uocatione cum fratre L. ueniſſem, rogauit nos breuiter, prout eius ſiuit *debilitas*, meque cum *lacrimis*, ut res quas in *celeſtes theſauros* locare iamdudum inchoarat, noſtra fides & dilectio indeſinenter erga ipſum habita conſummare maturaret. Quid plura? Ipſe de quo ſermo eſt, terribili, qui aufert ſpiritum tam principum quam pauperum, terribili apud omnes *reges* terre, bona confeſſione reddidit ſpiritum. Nos autem, prout *lacrimis* largis adiurarat, bona fide tradita, bona fide recepta diſpergendo, dedimus *pauperibus*, ut in celeſtes theſauros eorum depottarent manibus. Hec ideo ſecundum rei ordinem & ueritatem ſcripto notauimus, ut ſi forte fama, que tam ficti prauique tenax quam nuncia ueri eſt, ſecus diuulgauerit, iuſticie amatores ac pauperis Chriſti propugnatores, aurem credulitatis obturent. Hoc modo diſtribuimus res, quas amicus noſter W. fidei noſtre credidit, & ut ſaluti *anime* eius conſuleremus, lacrimis multis rogauit. Ad eleemoſinas infra triceſimam XXX. ſol. Ipſa treceſima die fratribus beate Marie X. ſolidos & pauperibus XV. ſolidos. Tribus incluſis mulierculis XV. ſolidos. Ad ſanctum *Blaſium* V. ſolidos, pauperibus prope ciuitatem V. ſolidos, Hekelinge V. ſolidos, *Ruſtenleue* V. ſolidos, ad duas nouellas plantationes in Slauia talentum. Item quibusdam religioſis & ſancte conuerſantibus X. ſolidos. *Pucrulo*, quem & lacrimis nobis commendauit, & familie ſue quatuor talenta. Pro *panno* pauperibus X. ſolidos, *uiduis* debilibus & decrepitis nouem ſolidos.

Eleemoſynarum diſtributio.

Digitized by Google

DIPLOMA CXXXV.

WICHMANNVS *archiep. Magdeb.* componit litem *inter* ruſticos *&* abbatem *de prato.*

Pratum in Steinerc ruſticis confirmatur,

Feudum ab abbate. Annuus cenſus.

IN *nomine ſanćte & indiuiduε trinitatis. WICHMANNVS Dei gratia ſanćte Magdeburgenſis eccleſie archiepiſcopus.* Notum eſſe uolumus tam futuris quam preſentibus, quod nos reſpećtu *remunerationis eterne*, paci *pauperum* conſulentes, *litem* de *prato* quodam uille, que *Steinerc* dicitur, adiacente *conſilio* Heinrici uenerabilis abbatis de monte & aliorum fidelium noſtrorum, eo modo diremimus: *quod ruſtici eiusdem uille pratum ipſum libere & quiete posſideant*, & abbati, cuius eſt poſſeſſio, uel qui ab eo *feodum* tenuerit, duos *ſolidos* annuo cenſu perſoluant, & ſic ab omni exaćtione inmunes permaneant. Vt ergo hec noſtra conſtitutio firma & inconuulſa permaneat, preſentem paginam ſigilli noſtri impreſſione roborauimus, & ne quis eam infringat, aućtoritate *Dei* & beatorum apoſtolorum *Petri* & *Pauli* & noſtra ſub *anathemate* prohibemus.

DIPLOMA CXXXVI.

Rodenſee *cum conſenſu aduocati alienatur, cuius loco ſatisfit illi in traćtu* Rodenburgenſi.

Familiares eccleſie.

LIcet ea que inter *familiares* eccleſie noſtre aguntur, ex debita fidelitatis *familiaritate* incontaminata debeant perſiſtere, tamen ne longinquitas temporis, uel aliqua nebula obliuionis id quod coram nobis ſtatuitur, poſſit obtenebrare: *Notum eſſe uolumus uniuerſis tam futuris*

ris quam preſentibus, quod nos ex conſenſu dilecti *fidelis* noſtri R. uenerabilis *Magdeburg.* maioris *prepoſiti*, *aduocatiam* bonorum in *Rodenſe* tam in uilla, quam in campo & ſilua a *fideli* noſtro Bur. *Burchrauio* Magdeburgenſi abſoluimus & perpetuo *iuri prepoſiture* ab ipſo nobis reſignatam contulimus, ita ut quicunque Magdeburgenſis eccleſie *maioris* ſit prepoſitus, hanc aduocatiam libere poſſideat. Sed ne *Burgrauius* in his, que nobis mediantibus peracta ſunt, aliquam diminutionem *feodi* accipiat, ex bona uoluntate prefati maioris prepoſiti ad recompenſandam *Burgrauio aduocatiam* ſuper bona *Rodenburg*, que prepoſitura maior ibi dinoſcitur habere, & ſuper bona *Cikiriz* conceſſimus. Huius commutationis & noſtre conſtitutionis factum firmum & inconuulſum eſſe uolentes, auctoritate Dei & beatorum apoſtolorum *Petri* & *Pauli* & noſtra confirmauimus ſub *anathemate*.

Aduocatia in Rodenſee *praepoſito eccleſie cathedralis Magdeb. confirmatur. Burchgrauius fidelis archiepiſcopi Magd.* *pro qua* Burggrauio *aduocatia in* Rotenburg *&* Zickeritz *conceditur.*

DIPLOMA CXXXVII.

OTTONIS *imperatoris inſtitutio* Brandenburgici *epiſcopatus in praedio ſuo & marca ducis* Ottonis, *cum procerum conſenſu, deſcriptis noui praeſulatus limitibus in terra* Slauorum.

IN *nomine ſancte & indiuidue Trinitatis. OTTO diuina prouidente clementia rex.* Quandoquidem propagande fidei, amplificandeque religioni Chriſtiane cunctos indulgere fideles opere pretium nouimus, conſultu *Marini* uenerabilis preſulis, Romane *legati eccleſie*, nec non *Friderici* ac *Adaldagi* archiepiſcoporum, aliorumque epiſcoporum complurium, & cari

Cura propagandae religionis omnes obligat. Legatus, eccleſiae.

fratris

Otto imperator erigit epiſcopatum in ciuitate Brandenburg. *conſenſu fratris, procerum,* Geronis *ducis, in marca illius, Heueldun pago, ac primum epiſcopum* Titmarum *conſtituit, prouinciasque aliquas & ciuitates ei ſubiicit Loca Slauica.*

fratris noſtri, *Brunonis* procerumque noſtri, precipueque *Geronis* dilecti *ducis* ac *marchionis* noſtri in *predio noſtro* in *marca* illius ſito, in terra *ſclauorum*, in pago *Heueldun*, in ciuitate *Brendanburg*, in honore domini ac ſaluatoris noſtri, ſanctique *Petri* apoſtolorum principis, *epiſcopatum* conſtituimus ſedem, preferentes ei religioſum preſulem *Thiatmarum*, eidemque conferentes eccleſie *dimidiam* partem predicte ciuitatis ad aquilonem, & dimidiam partem *inſule* totius ſeptentrionem, in qua ciuitas eadem habetur conſtructa, dimidiamque partem omnium uillarum illuc pertinentium, *duas* inſuper integras *ciuitates* cum omnibus ſuis appendiciis, *Pricerui* & *Ezeri* nominatis. Preterea determinauimus prememorate ſedis parrochie prouincias infra nominatas, *Moraciam*, *Cieruiſti*, *Ploni*, *Zpriawani*, *Heueldun*, *Vwcri*, *Riaciani*, *Zamzici*, *Dasſia luſici*. Terminum uero eidem parrochie conſtituimus orientem uerſus ad flumen Oderam & occidentem ac auſtrum uerſus usque ad *albiam* fluuium, ad aquilonem uero usque ad fines prouinciarum ſupra nominatarum *Vwcri, Riaciani, Dasſia*. Omnem itaque ſupradictarum *decimationem* prouinciarum predicte tradentes eccleſie, excepta ciuitatum ſubtus nominatarum, *Bidriei*, *Guntmiri*, *Pechoui*, *Mokrianici*, *Burg*, *Grabo*, *Ciertuui*, & uillarum ad has ciuitates iure pertinentium, quam ad uſum *monachorum* in monaſterio *Magadaburg* a nobis in honore ſancte *Mauritii* ſanctique *Innocentii* conſtructo, epiſcopi uidelicet conſenſu predicti *Thiatmari* uenerabilis uiri donauimus, deliberantes tamen prelibato epiſcopo eccleſie ſingulis annis tempore predicationis & confirmationis ſeruitium impendi

exceptis quibusdam decimis eccleſiae D. Mauritii *Magdeb. conceſſis.*

pendi ab abbate Magdeburgenſis monaſterii. In tribus uero locis, *Bidrici*, *Burg* ſcilicet *Mocranici* in unoquoque eorum tres *modones* duasque *ceruiſas*, ſex modios *tritici*, duos *porcellos*, duas *anſeres*, decem *gallinas*, ſexque *frislingos*, & ſex *carradas* annone paſtui equorum. Et ut hec noſtra traditio inconuulſa firmitate per omnia ſuccedentium curricula inuiolabilisque permaneat, iusſimus iam ſepe dicto *Thiatmaro* antiſtiti hoc in preſens conſcribi preceptum manu noſtra ſubtus firmatum *anulique* noſtri impresſione roboratum. Signum *Ottonis* ſerenisſimi regis T--ₒ--T *Brun* cancellarius ad uicem *Fridurici* archicapellani recognoui. *Reditus epiſcopi.* *Actum.*

DIPLOMA CXXXVIII.

HENRICVS III. *imperator concedit epiſcopo Brandenburgenſi monetam marcarum & loca ſita in pago* Northuringa *in comitatu* Luithere.

IN *nomine ſancte & indiuidue trinitatis. HEINRICVS diuina fauente clementia Romanorum imperator auguſtus.* Si piis petitionibus fidelium noſtrorum exorabiles aures impendimus, ad ſtabilitatem noſtri regni noſtreque uite, immo & anime noſtre profuturum eſſe in perpetuum minime dubitamus. Quapropter omnibus Chriſti noſtrique fidelibus tam futuris quam preſentibus notum eſſe uolumus, qualiter nos ad interuentum ac petitionem iugeque ſeruitium *Danewarth Brandenburgenſis* epiſcopi, eidem Danewardo *marcarum* monetam, *teloneum*, *diſtrictum*, ceteraque omnia ad hec iuſte legaliterque pertinentia in loco *Vrslebe* & in pago *Northuringa*, & in comitatu *Luithere* comitis ſita, *Henricus III. imperator Danewardo Brandenburgenſi*

epiſcopo diſtrictum in Vrslebe *&* *pago* Northuringa *concedit, moneta marcarum. Northuringa*

ſita, noſtra *imperiali auctoritate* conceſſimus, ea uidelicet ratione, ut *Tanquardo* epiſcopo predicto, ſuiſque ſucceſſoribus, neque *dux*, neque *comes* uel *uice comes*, aut magna uel parua perſona, hanc noſtram imperialem conceſſionem audeat moleſtare uel infringere, aut ibi negociantes inquietare. Et ut hec noſtra imperialis conceſſio nunc & in euum ſtabilis & inconuulſa permaneat, hanc cartam inde conſcribi eamque manu propria ut ſubtus uidetur, corroborantes, ſigilli noſtri impreſſione iuſſimus inſigniri.

Datum. Signum domini *Heinrici tercii* regis inuictiſſimi, ſecundi Romanorum imperatoris auguſti. Winitherus cancellarius uice *Bardonis* archicancellarii recognoui.

DIPLOMA CXXXIX.

NORBERTVS *D. G.* Magdeburgenſis *archiep. coenobium B. M. uertit in ſtatum meliorem.*

Norbertus archiepiſcopus meliorationem eccleſiae B.

IN *nomine ſancte & indiuidue trinitatis. Ego NORBERTVS Dei gratia Magdeburgenſis eccleſie epiſcopus.* Notum ſit omnibus tam preſentibus, quam futuris, quod ego ſtatum *Magdeburgenſis* eccleſie attendens, & eam ſublimare in religione cupiens, & imminuta redintegrare, & minus correcta reformare uel in melius mutare ſtudens in ipſa ciuitate repperi eccleſiam beate *Marie* genitrici Dei perpetue *uirgini* dedicatam interius & exterius adeo attenuatam, ut & ſarta tecta ipſius eccleſie omnino fere eſſent *annichilata*, quod *duodecim* clericis in eo Deo deſeruire conſtitutis non ſufficerent *alimenta*. Ex his enim, que ad illam pertinebant eccleſiam, pluri-ma erant *militibus* etiam diſtributa in *beneficio*, quedam

quedam per negligentiam iacebant *inculta*, quedam in aliorum uſus uſurpata, ita ut eccleſia ferre irrecuperabiliter eſſet deſtituta. Nos itaque paupertati eorum & frequenti eorum querimonie condolentes, & eccleſiam magis creſcere quam decreſcere cupientes, monendo, exhortando, ſuadendo hoc ab eis obtinuimus, ut de illa *exeuntes* eccleſia religioſis uiris communi uita ſub regula beati *Auguſtini* degentibus cederent, & ſe *prouiſioni* noſtre ſine omni conditione crederent. Vt autem ipſi in *clauſtrali* ſicut prius, diſciplina ſub *decano* uiuerent, aliis eccleſiis in ciuitate eos *attitulauimus*, quoſdam in eccleſia beati *Nicolai* collocauimus, quoſdam de bonis ipſius eccleſie ſuſtentauimus. Fratres uero noſtros eccleſia ſubſtitutos priſtinis eccleſie poſſeſſionibus & *iuſticiis* donauimus, & pro ampliori pace & quiete eos ad neminem, niſi ad nos & ſucceſſores noſtros reſpectum habere ſtatuimus. Vt ergo hec in perpetuum inconuulſa permaneant, *banno* beatorum apoſtolorum *Petri* & *Pauli* & noſtro confirmamus. Conſeruantibus pax & remiſſio peccatorum. Si uero aliqua conditionis alicuius perſona ſtudii noſtri laborem preſumpſerit caſſare, uel temerario auſu pauperes Chriſti diſturbare, uel aliqua occaſione uoluerit eliminare, ſit anathema maranatha usque in diem domini. Ego Luiderus ſubſcribo. Ego Tubertius ſubſcribo. Ego Wernherus ſubſcribo. Ego Sidagus ſubſcribo. Ege Ancelinus ſubſcribo. Ego Theodericus ſubſcribo. Ego Sigebodo ſubſcribo. Ego Godeſchalcus ſubſcribo. Actum eſt ab incarnatione domini anno MCXXVIIII. Indictione VII. IIII. Kal. Nouembris in ſuburbio ciuitatis Magdeburg in abbacia beati Iohannis baptiſte. DI-

Mariae Magdeb. inſtituit Feuda militaria coenobii.

Inculta.

translocatis religioſis, & Auguſtinianis in eorum locum ſurrogatis.

Decanus coenobii.

Attitulare.

Bannus SS. Petri & Norberti

DIPLOMA CXL.

CVNRADVS *imperator confert regimen coenobii Hildwerdshuſani Ditmaro, adiectis illi priuilegiis ob* ius regni *in iſtis locis.*

IN *nomine ſancte & indiuidue trinitatis. CONRADVS diuina fauente clementia ſecundus, Romanorum rex.* Quoniam iuxta apoſtolum debitores ſumus non carni, ut ſecundum *carnem* uiuamus, ſed ſecundum *ſpiritum*, decet ac ſalubre nobis eſſe recognoſcimus, ut, quotitiens ea, que ad ſpiritualem profectum reſpicere uidentur, a noſtra conceſſione, gubernatione requiruntur, haut difficulter obtineantur. Itaque noſtra diſcretio tali conſideratione commonita, quorundam religioſorum, precipueque domini *Dietwini* ſancte *Rufine* epiſcopi, apoſtolice ſedis legati ſuggeſtione, nec non etiam dilecte *Gertrudis coniugis* noſtre deuota ammonitione, ſimulque uiri cuiusdam *religioſi Dietmari*, regularium beati *Auguſtini* profeſſi adoperationem compeiſſet, quoddam monaſterium, uidelicet *Hildewardeshuſen* ad *ius regni* pertinens a regularis diſcipline tenore penitus decidiſſe, religionis dolentes abiectionem, nec inſolentem inhabitantium monialium ultra ferentes euagationem, ne ad precipitandas in perditionis carcerem Chriſtianorum animas mortis auctori abominabilis pareret acceſſus, conſilio ſimul & conſenſu *Marcolfi Moguntine* ſedis archiepiſcopi prefato uiro *Dietmaro regimen* eiusdem monaſterii, quantum in nobis erat, iuxta ſue normam inſtitutionis ordinandas, tam manu *propria*, quam per *Dietwinum* prefatum ſedis apoſtolice *legatum* tradidimus. Iſta tamen traditio ſic eſt taxata, quatinus eiusdem

S. Rufinae epiſcopus legatus apoſt.

Reformatio monaſterii uirginum in Hilpertshauſen.

Ad ius regni *pertinens.*

Marcolfi Moguntini conſenſus.

eiusdem eccleſie *miniſteriales* ad *ſeruitium regni* cum bonis, que ab eadem eccleſia ante habere uidebantur, pertinere debeant. Sed quia per hanc diſpenſationem aliquatinus eiusdem eccleſie & in ea Deo ſeruientium utilitas *imminuta* eſſe cognoſcitur, in huiusmodi recompenſationem noſtra regia auctoritate concedimus atque ſancimus, ut quicunque *miniſterialium* illorum *ſine herede* defunctus fuerit, bona illius ad eccleſie pietatem redeant, ut a quocunque ipſorum uiuente redimi poſſit, bonorum eius poſſesſio redimatur, ſiue aliquis ex eorum numero in eodem monaſterio conuerti uoluerit, cum *poſſesſione* ſua ſe ipſi eccleſie tradere licitum ſit. Vt autem huius noſtre concesſionis pagina firma & inconuulſa omni permaneat euo, hanc *cartam* inde ſcribi & *ſigilli* noſtri impresſione inſigniri iusſimus, manuque propria, ut infra uidetur, corroborantes, qui preſentes aderant teſtes ſubternotari fecimus, quorum nomina ſunt hec: Dietwinus *cardinalis* epiſcopus, Gregorius *cardinalis* presbiter, Marcolfus *Moguntinus* archiepiſcopus, Embico *Werzburgenſis* epiſcopus, Egilbertus *Babenberg.* epiſcopus, Wigerus *Brandenburgenſis* epiſcopus, & alii quam plures.

Miniſteriales coenobii ad ſeruitium regni.

Priuilegium
1) expectatiuae.
2) iuris acquirendi fundos.

Teſtes duo cardinales Moguntinus aliique.

DIPLOMA CXLI.

ALEXANDRI *pontificis litterae ad praepoſitum B. M. coenobii, in quibus eum laudibus extollit.*

ALEXANDER *epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei.* Dilectis filiis, *Balderamo prepoſito* & *canonicis* eccleſie ſancte *Marie in Magdeburg* ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Commendamus & digna laude proſequimur integritatem

Laudat pontifex deuotionem religioſorum monaſterii S.Mariae,eorumque erga eccleſ. Romanam ſtudium,

tatem deuotionis & fidei, quam erga matrem noſtram ſacroſanctam Romanam eccleſiam, & erga perſonam noſtram uos coſtanter exhibuiſſe & iugiter exhibere accepimus, propoſitum & uoluntatem habentes uos & eccleſiam ueſtram ſincere diligere, & de commodis & profectibus eccleſie ueſtre oportunitate ſuſcepta propenſius in domino cogitare. Monemus autem uniuerſitatem ueſtram & hortamur attentius, quatinus in tam digno & laudabili propoſito usque

ac ad perſeuerantiam eos hortatur,

ad finem laudabiliter perſeueretis, & ad ſuſcepte religionis augmentum & ad felicem perſeuerantiam modis omnibus intendatis, ut ex hoc gloriam conſequi poſſitis eternam. *Datum* Venetiis *in Riuo alto II. idus Maii.*

Datum.

DIPLOMA CXLII.

Confirmatio contractus inter Burggrauium *& coenobium B.M.*

PRo iniuncto nobis diuinitus officio curam eccleſiarum habentes, notum facimus tam futuris quam preſentibus, quod negotium quoddam eccleſie *beate Marie Magdeburg.* coram nobis tractatum, debito fine clauſimus, in eum modum, quo preſcriptum eſt. *Curia* quedam adiacet eccleſie beate Marie, de qua XVI. ſolidorum cenſus fratribus annua penſione perſoluitur. In hac curia domum edificauit pie memorie Sifridus *Bremenſis* archiepiſcopus, eamque in memoriam ſui Deo & beate Marie in uſum predictorum fratrum deuotus obtulit. Placuit autem illuſtri uiro *Burchardo Burgrauio Magdeburgenſi* domum eandem emere, & ipſam curiam inhabitare, ita tamen, ut prefatum cenſum

Burchardus Burggrauius Magdeb.

ſum annuatim etiam perſolueret. Et ne forte poſtmodum heredes ſui in ipſa *curia* ius ſibi aſſcriberent, cauta prouiſione, quicquid *edificiorum* in ipſa curia operauerat, iam dicte eccleſie *donauit*, ipſe quidem, quoad uiueret, eisdem beneficiis & eadem curia ſub prefati cenſus penſione fruiturus. Eo autem decedente, ſi quis heredum ſuorum ad preſcriptum cenſum curiam eandem ab eccleſia tenere uoluerit, XX. libras argenti dabit, & usque ad terminum uite ſue curiam eandem ſimili modo habebit, quo moriente ad eccleſiam poſſesſio redibit. De *argento* autem *reditus* comparabuntur, de quibus memorati *Burchraui* & parentum eius iugis memoria agatur. Vt autem hec rata & inconuulſa permaneant, actionem hanc ſcripto commendare & *ſigillo* noſtro ſignare curauimus, & poſſesſionem prefatam eccleſie beate Marie banno noſtro confirmauimus. Huius rei teſtes ſunt, Heinricus magiſter ſcholarum, Olricus canonicus ſancti Mauritii, Conradus & Bruno eiusdem eccleſie canonici. Laici uero Theodericus de *Hagen*, Ludolfus de *Iericho*, Heinricus *Scultetus*, Gerbertus *aduocatus*, Hugoldus de *Calue* Scultetus, Eſicus de *Aldendorp*, & alii quam plures.

donat eccleſiae B. Mariae curiam prope monaſterium a ſe aedificatam

& memoriam ſui ſuorumque anniuerſariam inſtituit.

Teſtes.

DIPLOMA CXLIII.

Confirmatio contractus.

NE oblabentis temporis curſu aut per obliuionis caliginem ea, que rationabiliter agimus, dampnoſa in poſterum contrarietas intercipiat, opere pretium arbitrati ſumus ſcripta noſtra interponere, que hec poſteritati elucident & diſtinguant. Notum itaque facimus Chriſti fidelibus tam futuris quam preſentibus, quod

Fratribus in Hildebergerode *donatur decima* nouali-um *in* Rezſtede, *pro area ibidem ſita.*

nos ob ſpem *uite* perhennis religioſis fratribus in *Hildebergerode* Deo ſeruientibus decimam *noualium* iuxta *Rezſtede* adiacentium libera donatione contulimus, & ad largitionis huius firmamentum aream unam in *Rezſtede* XII. *denarios* annuo cenſu ſoluentem, in concambium ab eis recepimus. Hanc itaque noſtram donationem firmam & inconuulſam eſſe uolentes *ſigilli* noſtri impreſſione eam roborauimus, & ne quis eam infringat, auctoritate Dei & beatorum apoſtolorum Petri & Pauli, & noſtra ſub *anathemate* prohibemus, adhibitis idoneis teſtibus.

DIPLOMA CXLIV.

Confirmatio contractus inter coenobium B. M. & comitem de Gardeleben, *Magdeburgico archiepiſcopo beneficiarium.*

Eccleſiae B. Mariae per concambium 4. manſorum in Santhoue, *traduntur decimae in praedio* Badenacker, *a comite H. de Gardel.*

VNiuerſitati fidelium tam preſentium quam futurorum. Notum eſſe cupimus, quod ad contractum cuiusdam *concambii* inter nos & eccleſiam b. M. in Magdeburg efficaciter operam adhibuimus, quod qua ratione dati & accepti factum ſit, ſubter annotata pagina euidenter explicabit. Verſus aquilonem iuxta fluuium, qui *Ora* dicitur, uilla quedam ſita eſt, uocabulo *Moſe*, eccleſie prefate pertinens, cum omnibus uſibus ſuis & cum decima, & cum quodam adiacente predio, quod uulgo *Badenakker* dicitur, cuius predii decima ad nos reſpectum habuit, quod etiam *comes H. de Gardel.* inter reliqua *beneficia* a nobis in feodo tenuit. Igitur fratres predicte eccleſie eandem decimam ex multis concurrentibus cauſis ſibi conſiderantes accommodam, ad hoc ſtudium ſuum ceperunt intendere, quatinus eam ſeu aliorum redituum commuta-

tione

tione, ſeu alio quocunque iuſto modo a nobis redimerent, & ſuis utilitatibus manciparent, ne forte de extraneorum cum eis commercio diſturbande eorum quietis & pacis oboriretur occaſio, & gratia huius partis uſusfructus eis imminueretur ſolite integritatis. Verum quod res effectum habere non poterat, preter eius conſenſum qui hanc in feudo tenebat, nos benigno aſſenſu iuſto eorum concurrere cupientes deſiderio, ita tamen quod *Halberſtadenſis* eccleſia nullo extra lederetur diſpendio, communicato conſilio fidelium noſtrorum, tandem cum iam dicto *comite* in hoc conuenimus, ut ipſe decimam in manus noſtras reſignaret, & quatuor manſos in uilla *Santhofe* pro eius redemptione a ſepe dictis fratribus Halberſtad. eccleſie collatos in recompenſationem *feodi* ſui reciperet, ſicque predictorum religioſorum uoto noſtrum deeſſet adminiculum, nec cuilibet parti aliquod ex noſtra negligentia proueniret detrimentum. Vt autem id, quod factum eſt, nulla ambiguitate titubaret inpoſterum, ad communiendum id *ſigilli* noſtri applicuimus teſtimonium, ſub *anathematis* animaduerſione prohibentes, ne id quod iuſte & rationabiliter ſtatuimus, futuris temporibus temeritatis eneruare attemptet incurſus, quin potius beate uirginis eccleſia ei quod iuſte commutationis adepta eſt titulo, libera & quieta poſſeſſione gaudeat, & ob merita in ea noſtri nominis memoria in benedictione perpetuo permaneat.

Refutatio feudi.

DIPLOMA CXLV.

Litterae pontificis ad epiſcopos, quibus deman-

 datur

datur compoſitio litigioſi canonicatus *ſublata Romam alias ſolenni adpellatione.*

LVCIVS *epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei* uenerabilibus in Chriſto fratribus, *Brandenburgenſi* & *Merſeburgenſi* epiſcopis, ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Conquerente W. Halberſtadenſe canonico ad audientiam *apoſtolatus* noſtri peruenit, quod cum *celerariam* Halberſtadenſem de canonica electione capituli adeptus fuiſſet, ſicut coram iudicibus a ſede apoſtolica delegatis depoſuit & probauit, & eam diutius pacifice poſſediſſet, nunc eadem pretermiſſo iuris ordine eſt ſpoliatus. Quoniam igitur *iniuſte grauatis* apoſtolicum nos conuenit impertiri patrocinium, fraternitati ueſtre per apoſtolica ſcripta mandamus, quatinus inquiſita diligentius ueritate, ſi ita eſſe conſtiterit, prefatum W. per cenſuram eccleſiaſticam, ſublato *appellationis* obſtaculo faciatis reſtitui & in pace dimitti. Reſtitutione autem facta ſi quid queſtionis apparuerit, audiatis illud, & que hinc inde proponuntur, plenius intellectis eandem fine canonico terminetis.

W. Halberſtadenſi canonico reſtituitur celeraria, a qua ſpoliatus fuerat.

Sublata adpellatio.

DIPLOMA CXLVI.

Litterae commendatitiae ad pontificem Rom. pro tuitione Miſnenſi habenda aduerſus manus laicorum uiolentas.

DOmino & patri ſpirituali VRBANO, ſancte Romane ſedis uniuerſali pape. H. humilis abbas ſancti *Iohannis baptiſte* in *monte* debitam obedientiam cum deuotis orationibus & humili ſeruitio. Ex quo diuina prouidentia patrem pacis & gubernatorem eccleſie uos conſtituit,

ſtituit, merito neceſſitates eccleſiarum ad ſinum pietatis ueſtre referuntur. Vt uero pax earum uiolata eſt, auctoritate ueſtra conſolidata reparetur & firma perſiſtat. Venerabilis *Miſnenſis* epiſcopus, quod clero ſuo reſiſtente eccleſiam ſuam ordinare non poſſet & quod a manu *laicali* multimodas oppreſſiones & iniurias ſuſtineret, *Magdeburgenſi* capitulo & confratribus ſuis epiſcopis, prelatis & clero eccleſiarum frequenter conqueſtus eſt. Verum quia nimia contra eum perſecutione preualente, timore uite ac etiam pro eccleſie ſue honore conſeruando ad pedes miſericordie & compaſſionis ueſtre confugit, zelo *compaſſionis* ſue & iniurie, nec non conſideratione honoris & utilitatis, quam in edificiis & in rebus eccleſie recolligendis, eccleſie ſue oſtendit, pietati & *excellentie* ueſtre pro ipſo humiliter ſupplicamus, quatinus auctoritas & gratia ueſtra de iniuriis illatis eccleſie ſue & ei ſatisfaciat, & non ſinat clericalis uel *laicalis* manus ita ei reſiſtat, quin iura *ſpiritualia* libere in diſpoſitione eccleſie ſue poſſit exercere, & *res temporales* eccleſie ſue pertinentes, quas *laici* uiolenter a *iurisdictione eccleſie* nituntur euellere, quiete poſſit poſſidere & eccleſie conſeruare.

H. abbas S. Ioh. baptiſtae in monte apud papam intercedit pro epiſcopo Miſnenſi a laicis oppreſſo. Magdeburgenſis archiep. iudex a Miſnenſi habitus.

Excellentia ueſtra.

DIPLOMA CXLVII.

CLEMENS *Papa exhortatur praepoſitum eccleſiae B. Mariae Magdeburg. ad* officium commiſſum *fideliter ſubeundum,* conceſſo *eidem* libero chirothecarum uſu.

CLEMENS epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, dilecto filio prepoſito eccleſie beate Marie in Magdeburg. Ad uniuerſalis eccleſie regimen pro-

Prooemium.

proůidentia ſuperne diſpoſitionis aſſumpti, ſic adminiſtrare debemus diſpenſationis nobis credite miniſterium, ut oculus apoſtolice ſedis ſaluti ac profectui ſingulorum inuigilet, & eos precipue ad obſeruationem bonorum operum debeat ſollicitius prouocare, qui ſub regulari militia ſacram exhibere domino nituntur ſeruitutem. Cum autem eccleſia tibi commiſſa per felicis memorie N. quondam Magdeburgenſem archiepiſcopum regularibus inſtitutionibus per Dei gratiam fuerit informata, & in ea rigor canonicus & regularis obſeruantia diſcipline laudabiliter hactenus Domino faciente uiguerit, & per ipſam laudabilis honeſtatis flagranciam nonnulle in partibus illis eccleſie ſint conſtructe, attentius ſollicitudine tue imminet precauendum, ne, quod abſit, inimico humani generis ſuadente ipſius religionis puritas refrigeſcat, & fraterna in uobis caritas & religionis obſeruantia temporibus tuis ſuſtineat detrimentum. Ideoque diſcretionem tuam monemus attentius, & exhortamur in domino, & preſentium auctoritate iniungimus, quatenus ad ea que anteriora ſunt, iugiter te extendens, circa ſuſcepte adminiſtrationis officium attenta ſollicitudine proſequaris, ſic ſubditos tuos ſalubribus monitis inſtruas & horteris, corrigas que fuerint corrigenda, edifices & plantes, ut & Deus in tuis actibus honoretur, & tuo ſtudio faciente non ſolum in eccleſia tua, ſed in ceteris ex ea transplantatis, nec non in omnibus de ordine ueſtro per totam Saxoniam, ſicut de iure ad te reſpectum habere debent, & reſecentur uicia, & uirtutum germina propagentur. Iuxta ſubditorum neceſſitates & indigentiam apoſtolice ſedis cenſura ſue diſcre-

Archiepiſc. Magdeb. praepoſito committit eccleſiam B. Mariae gubernandam,

cuius gubernationem Clemens papa laudat, addita exhortatione, ut in diligentia pergat.

Eccleſia B. Mariae mater & ſeminarium reliquarum per totam Saxoniam.

ſcretionis moderari conſueuit indulgentiam, ut que omnibus tenetur proſpicere, nullius fortunam uel meritum uideatur negligere. Inde eſt quod nos bone conuerſationis tue famam fauorabiliter proſequentes, deſiderio tuo efficaciter concurrimus & aſſiduum tibi cirotecarum uſum concedimus, ne uidelicet manus tuas, quas ſpiritualiter ſacris uſibus deuouiſti, alicuius feditatis tactus commaculet, ſed ab eſtus eas & gelu uredine continui operimenti conſuetudo incontaminatas conſeruet, &c.

In hunc finem papa prepoſito B. Mariae concedit priuilegium uſus chirothecarum.

DIPLOMA CXLVIII.

VRBANI *pontificis ad imperatorem* Fridericum *litterae, quibus de iniuriis ſibi & eccleſiae a filio Henrico Rom. rege illatis conqueritur.*

VRBANVS epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei kariſſimo in Chriſto filio F. illuſtri Romanorum imperatori ſemper Auguſto ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Si datum eſſet deſuper & celeſti prudentia ſtabilitum, ut inter eccleſiam & imperium ad ſalutem Chriſtiani populi tanta eſſet connexio caritatis, quod aduerſus eam nec ſuſurronum & malignantium ſtudia preualerent, nec ab alterutra partium aliquid in preiudicium alterius uel diſpendium ageretur, gratum nobis exiſteret & acceptum, & uniuerſis Deum timentibus, ſicut credimus, complaceret. Cum ad hoc ſapientia Dei duorum ſtatuerit cenſuram gladiorum, ut dum alter alteri cohereret, iniquorum malitiam diſtrictio unius compeſceret & contempnentes alterius potentia refrenaret. Quod nos piis, ſicut conuenit, affectibus intuentes ab ipſis noſtre promotionis iniciis

Vrbanus papa exoptat concordiam ſacerdotii & imperii.

Duorum gladiorum cenſura cur a Deo ſtatuta?

 fir-

firmum concepimus propoſitum, & tenemus inter eccleſiam & imperium, ſi per tuam ſerenitatem pacem perpetuam & concordiam reformare, & ut ſalua conſcientia loquamur, nequaquam occaſionem queſiuimus uel querimus ab hoc propoſito deſiſtendi. Sane imperiales apices ea qua decuit benignitate ſuſcepimus, eorumque ſerie plenius intellecta, ut tue celſitudini de noſtra conſcientia certius innoteſcat, ſerenitati tue per ſingula duximus capitula reſpondere. Recolimus ſiquidem nec ſine multimoda commendatione referimus, quod in promotione noſtra pacem eccleſie tua excellentia proſecuta debita reuerentia & deuotione ſuſcepit, quocirca nos manus domini uoluit non ex noſtris meritis, ſed ex ſua miſericordia operari. Attendentes ſicut credimus, quod ſicut princeps es ex diuina inſtitutione catholicus, ita in eccleſia Dei reuereri & ſeruare debeas catholicam unitatem. Poſtquam fatemur nos a tua magnitudine per litteras & nuncios accepiſſe, quod patrimonium eccleſie, ſicut ad tuum ſpectat officium, ſub tua uolebas protectione recipere, & ad hoc ſine noſtre conſiſtere beneplacito uoluntatis, Heinricum illuſtrem regem excellentie tue filium deſtinare. Bona utique & commendanda promiſſio, ſi debita efficacia compleretur, ſed quod ſine admiratione non ferimus, res in contrarium uerſa eſt, cum idem illuſtris filius tuus non ad defenſionem terre noſtre, ſed potius uideatur ad oppreſſionem intendere, & a ciuitatibus & aliis locis, que noſtre iurisdictionis exiſtunt, Narma uidelicet, Viterbio, Veruſio, & quibusdum aliis, forum & alia indebita ſeruitia exigat, & quibusdam denegantibus, que poſtulat, pro ſue uoluntatis arbi-

Caeſaris ſtudium in ſua promotione commendat pontifex,

e contrario de iniuriis ab imperatoris filio, Henrico rege Rom. ſibi & eccleſiae illatis conqueritur.

arbitrio comminetur. Placuit ergo promiſſio, placuit & affectus, & quia contrarius effectus exiſtit, graue gerimus, nec tue credimus excellentie conuenire. Quod autem Nouarianis pro culpa ſua a Chriſti corpore, quod eſt eccleſia, ſeparatos tua ſerenitas euitauit, debita commendatione proſequimur, nec aliter ſaluti & honori tuo, qui uniuerſos extollentes ſe aduerſus Deum & eccleſiam eius accepta debes poteſtate reprimere, & ſtatuta eccleſiaſtica firmiter obſeruare, congrue prouidiſſes. Ex eo uero quod nobis ſuper facto Cremonenſi intimaſti, eo grauius ammiramur, quo affectum tuum ad hoc cognoſcimus aliena forte ſuggeſtione inductum, ut pro his que gratiarum deberes proſequi actione concepiſſe in contrarium uidearis. Nam cum Cremonenſes ipſi ſepius ad noſtram preſentiam acceſſiſſent, humiliter poſtulantes, ut eos ſub apoſtolice ſedis protectione deberemus recipere, licet id ſalua conſcientia potuerimus admiſiſſe, qui uniuerſis ad nos deuote clamantibus fauorem tenemur apoſtolicum impertiri, ne tamen contra tuam excellentiam de fauore noſtro inſolentiores exiſterent, petitionem ipſorum nequaquam admiſimus. Et ut tua prouidentia non ignoret, quod inter te & ipſos pacem & concordiam noluerimus diſturbare, quod ſi forte uoluiſſemus, aliter negotia proceſſiſſent. Venerabili fratri noſtro, Cremonenſi epiſcopo, cum ad tractatum ipſius pacis intenderet, dedimus in mandatum, ut de reformanda concordia omni, qua poſſet, ſollicitudine laboraret. In quo ſi quam habeas materiam conquerendi, ſerenitas tua conſideret, quod nos id, recurrentes ad conſcientiam, non uidemus. Epiſcopis autem uel ciuitatibus Lombardie

Nouariani haeretici ab imperatore euitati.

Cremonenſes pontificis protectionem implorantes, in moleſtiam Caeſaru recipere detrectat pontifex.

Excuſatio pontificis.

Eiusdem mandatum epiſcopo Cremonenſi in cauſa Cremonenſium.

bardie nequaquam nos prohibuiſſe meminimus, ne magnitudinis tue impugnatione Cremon. ipſorum asſiſterent, & conſilium & auxilium debitum miniſtrarent. Licet epiſcopos ab initio potuerimus prohibuiſſe, cum eccleſiis Italicis nequaquam hactenus fuerit conſuetum, hanc ſeruitutem imponere, & imperialibus priuilegiis expreſſe, ſicut tua ſerenitas non dubitat, habeatur, quod ipſis eccleſiis nouas conditiones propterea non debeat inducere altitudo, non graue excellentiam tuam gerere uolumus uel moleſtum, ſi eas qui ſibi commiſſas eccleſias tam indebite conditioni ſubiicere preſumpſerunt, auctore domino paſtorali officio compeſcimus. Quibusdam tamen pro certo iniunximus, ut poſſesſiones & bona eccleſiarum Cremonenſis dioceſis in imperialis collatione auxilii non uaſtarent, quod quidem iniuncti nobis officii debitum requireret, quod tenemur eccleſiarum omnium ſtatui prouidere. Si que uero alterius tenore littere emanarunt, eas nobis libenter uolumus preſentari, & ſi de noſtra conſcientia proceſſerunt, cum nonnulle ſicut a ſerenitate tua, ita & a nobis littere ſurreptitie impetrentur, nequaquam denegabimus ueritatem. In his omnibus & aliis, dum conſcientiam & affectus noſtros ſollicita inueſtigatione diſcutimus, nil in nobis uarium contra tuam excellentiam inuenimus, ex quo iuſtam habeas materiam conquerendi, niſi forte occaſionem diuertendi poſtules ab amico. Nos uero quot & quanta a te & excellentie tue miniſtris, contra conſtitutionem diuinam & eccleſiaſticam libertatem impune hactenus ſuſtinuimus, attemptare, nequaquam ſine conſcientie dampno recolimus & imperialem

Grauamina papae contra imperatorem.

lem prouidentiam non credimus ignorare. Nam ut cetera tranſeamus, nuper in Taurinenſi & Hiponenſi dioceſibus miniſteriales tuos diceris ſtatuiſſe, quod eccleſiaſticos uiros indebitis exactionibus & moleſtiis pregrauantes eos ad ſecularia iudicia pertrahant, & ſuis compellant iusſionibus obedire. Memoratus etiam filius tuus & Bertoldus eccleſias Tuſcie congregati exercitus mole deuaſtant eiſque collectas pro ſua uoluntate ſtatuunt. Dux Spoletanus ita ſtatum eccleſiarum, circa quas de mandato tue celſitudinis commoratur, in ſpiritualibus & temporalibus noſcitur attuliſſe, eas uiris eccleſiaſticis pro ſua conferens & auferens uoluntate capiens clericos & ad redemptionem compellens, qui uiri eccleſiaſtici, qui in terra commiſſa ſue poteſtati conſiſtunt, propria coguntur tecta deſerere, & in opprobrium eccleſiaſtici ordinis uite ſtipendia mendicare. Id idem Galterus miniſterialis in Marchia Tuſcie & alii per regiones alias perpetrare non ceſſant. *Eccleſiaſtici ad ſecularia iudicia pertrahuntur.*

DIPLOMA CXLIX.

VRBANVS *pontifex reprehendit abbates Praemonſtratenſis ordinis, quod ad generale capitulum non ueniant cum exhortatione, ut in poſterum fiat.*

VRBANVS epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filiis uniuerſis abbatibus premonſtratenſis ordinis in terra Theutonica & Saxonia conſtitutis, ſalutem & apoſtolicam benedictionem. Transmiſſa nobis premonſtratenſis ordinis relatione comperimus, quod in ordine ueſtro ab ipſa ſui origine ſit ſtatutum, & per priuilegia Romanorum pontificum auctoritate ſedis apoſtolice *Statutum Praemonſtratenſium.*

ſtolice

ſtolice confirmatum, ut abbates eiuſdem ordinis ſemel in anno apud premonſtratum ad capitulum generale conueniant, in quo de obſeruantiis ordinis habita ſimul collatione pertractent, & emendanda corrigant, & que fuerint ordinanda, diſponant.

Papa reprehendit praemonſtratenſes, quod ad capitulum generale non uenerint,

Quia uero plures ex uobis tempore quo in partibus illis tempeſtas preteriti ſciſmatis latius inundauit, generali capitulo ſe ſubtraxerunt, ex tunc, ſicut audiuimus, quaſi in conſuetudinem deduxiſtis, ut ad prefatum capitulum aut nunquam aut rariſſime ueniretis. Quod utique tanto graue magis gerimus & indignum, quanto ex maiori cernitur tepiditate contingere, ſi quid pro diſcipline fuerat cuſtodia ſtabilitum, per ueſtram debeat negligentiam deperire.

eum ſerio mandato, ut ſingulis annis ad illud concurrant,

Vt igitur uos etiam non ſubtractionis filios, ſed obedientie filios comprobetis, uniuerſitati ueſtre per apoſtolica ſcripta mandamus, & diſtincte precipimus, quatinus omni appellatione & contractione poſtpoſita, ſqualorem preterite negligentie manu prompte ſollicitudinis detergatis, ita quod ſplendor rediuiui feruoris elucidet, quicquid in ordine ſupradicto nubes quedam precedentis tepiditatis obſcuret. Quapropter precauere uos uolumus & precipimus obſeruare, ut non obſtante aliquo reſcripto per ſuppresſionem ueritatis elicito, pro correptione ipſius ordinis ad premonſtratenſem eccleſiam, ſicut ſtatutum eſt & antiquitus obſeruatum, ad generale capitulum annis ſingulis concurratis, niſi forte illa uos impedimenta detineant, pro quibus ſecundum paternas traditiones ueſtras, poſſitis regulariter excuſari.

ſub comminatione

Alioquin ſententiam, quam predictum generale capitulum promulgauerit in abſentes, ratam eſſe uolumus & precipimus

pimus inuiolabiliter obſeruari. Dat. Veron. XI. Kal. Aug. *Datum.*

DIPLOMA CL.

Confirmatio emtionis ſilue Scartbowe.

Notum eſſe uolumus futuris & preſentibus uniuerſis Chriſti fidelibus, quod nos ſiluam Scarthowe adiacentem fideli noſtro Dragrebe ſub contractu emptionis contulimus, ita determinate, quod ipſe eam agricolis locorum, qui eam colant & ad reddendum fructum pro uiribus redigant, ueruntamen ſub ea forma conditionis preſentis actionis ſeries proceſſit, quod idem incola quartam portionem tam in agris quam in omni uſufructu percipiat, & ſuper uniuerſa bona noſtra & ſua aduocaciam feodali iure teneat. Ipſos autem manſos ad quadraginta extendi conceſſimus, ſed & colonis ipſis, qui preſcriptam ſiluam inhabitant, ius lindowis quod eligunt, inconcuſſe tenere decernimus. Adiunctum eſt nichilominus in ſerie huius noſtre conſtitutionis, quod manſus duos ſolidos ad cenſum, & unum ad collectam, que uulgo bede dicitur, annuatim, & inſuper decimam perſoluet, & penſionem que Worop appellatur, quilibet manſus VIII. modiis ordei redimet. Porro homines preſcriptam ſiluam inhabitantes ab omni iniuſto grauamine & oppreſſione liberos & extorres eſſe decernentes conſtituimus, ut preter ea que predicta & nobis perſoluenda, nulli addebeant, neque ad obſtruendum aque ſuper habundantis impetum aggerem terre, qui Dik uulgo dicitur, opere & laboris impenſam adhibeant. Adiecimus nichilominus ipſis de largitionis noſtre munificentia ius & libertatem piſcan-

Silua Scarthowe Dragrebe uenditur,

eiusque aduocatia ei in feudum conceditur.

ius lindowis ſiluam inhabitantibus tribuitur.

bede

Worop. (Wurff)

Priuilegium incolarum.

Dik (Teich)

ſcandi, & omni ſue utilitati applicandi alueum aque in ea parte ubi ſepe dicta ſilua ripam fluminis Albie contingit, usque ad eum locum ubi limes ſilue finem accipit. Hanc igitur noſtram conſtitutionem & conſtitutionis diſpoſitionem firmam & inconuulſam uolentes, ſigilli noſtri eam impresſione roboratam notitie poſterorum transmittimus & ne quis eam infringat, ſub anathemate prohibemus, adhibitis idoneis teſtibus.

Sanctio.

comminatio anathematis.

DIPLOMA CLI.

PROVINCIALIS *praemonſtratenſis reſcriptum ad ſui ordinis abbates ad* concordiae *leges obſeruandas ad ſimilitudinem regni coeleſtis & myſticos ſenſus* Cherubinorum.

Coabbates. N. abbas Praemonſtratenſis *eum tota congregatione praepoſitum* Magdeburgenſem, *omnesque in Saxonia huius ordinis praelatos hortatur ad* concordiam *&* *ſtatuta obſeruanda. Cherubim myſticus ſenſus.*

N. *Dei gratia premonſtrate eccleſie humilis abbas cum uniuerſitate coabbatum annui colloquii*, domino V. Magdeburgenſi prepoſito & uniuerſis in Saxonia *premonſtratenſis* ordinis prelatis ſalutem & dilectionem in domino. Sicut absque ordine nemo intrat in regnum celorum, ita ordinum diſtinctio *a filiis regni* ſollicite obſeruatur. Nam ſicut diſtincta ſunt *uocabula* & ordines *ciuium celeſtium*, ut ſacri codicis teſtatur auctoritas, ita diſtincte ſunt *profesſiones* & obſeruantie in exilio peregrinantium, ut in peregrina eccleſia Dei *facies* & ſimilitudo *celeſtis* eccleſie quodammodo repreſentetur. Inde eſt, quod ad *concordiam* ordinis dilectionem ueſtram inuitamus, melius aliquid in hoc prouidentes, ut ſcilicet eum propitiatum habeatis, ad quem ſola concordia peruenitur. Vnde duo *cherubim* uerſis uultibus concorditer reſpiciebant in propitiatorium, & uera eſt plenitudo ſcientie,

uno

uno corde & *una anima* iuxta noſtre profeſſionis regulam ad eum reſpectum habere, qui eſt propitiatio peccatorum. Exhortamur igitur fraternitatem ueſtram in Chriſto, ne in uacuum ordinis ſtatuta reſpiciatis, quod & ibi apoſtolico decreto renitimini, cuius auctoritas *premonſtratenſe* colloquium confirmauit. Qua auctoritate ſuffulti eadem mandamus & precipimus, ut decenter illud frequentetis, ne in futuro peremptorium Domini ſentiatis.

DIPLOMA CLII.

CONFIRMATIO *transactionis inter coenobium S. Albani in* Hildebergerode *& nobiles de* Wertherde *ſuper diuerſis bonis & fundis* Kallenuorde, *primo ereptis cum iniuria.*

SI ratione iniuncti nobis officii rationabiles quorumlibet petitiones tenemur admittere, potiſſimum tamen iuſtis eorum deſideriis efficaciter debemus concurrere, quos & religionis commendat profeſſio, & quorum noſtra beneficia iugis & indefeſſa apud dominum proſequitur deuotio. Eapropter notum eſſe uolumus tam preſentibus quam futuris Chriſti fidelibus, quod nos pro *diuina remuneratione* ſimul & probabili petitione uenerabilis uiri *A. prepoſiti* cenobii ſancti *Albani* in *Hildebergerothe* ad hec operam adhibuimus, quatinus eadem eccleſia bona quedam iniuſte ab ea *elongata* reciperet, eo quo ſubſcriptum eſt ordine. Secus fluuium, qui *Vona* dicitur, uilla quedam ſita eſt uocabulo *Kallenuorde*, que prefate eccleſie ab antiquo pertinebat, quippe quam a ſuis *fundatoribus* ab ipſo ſui exordio *dotis* nomine receperat, ſed poſtmodum per manum L. *comitis* ab ea alienata, in- po-

Coenobio S. Albani in Hildebergerode *reſtituitur Elongare.* Kallenuorde *ad Vonam fl.* *manu comitis alienata.*

poteſtatem cuiusdam B. de *Wetberde* prepoſtero ordine ceſſerat, qui etiam eam pro aduerſario magis uiolenter quam iuſte tenuit, filiisque ſuis

Delicz. Hermanno in *Delicz* & *Fridebelmo* quaſi hereditario iure poſſidendam dereliquit. Contra quos quemadmodum & compatrem cum a fratribus memorate eccleſie ſepenumero oborta fuiſſet querimonia, & illi non ad iuſticiam, non ad amicabilem compoſitionem ſuum accommodarent aſſenſum, tandem ex diuina uoluntate nobis mediantibus huius cauſe ad hoc deductum eſt negotium, quod iam dictus prepoſitus pro bo-

70 libris redemptum. no pacis pretaxatis fratribus *ſeptuaginta* libras exſolueret, ipſique eisdem bonis abſolute renun-

Warandia. ciarent, debitam etiam preſtantes *warandiam*, quod nec ab eis, nec ab eorum ſucceſſoribus contra predictam eccleſiam ullius impoſterum querimonie ſtrepitus contingeret, quin potius ipſa, quod iuſte *adoptionis* titulo ſortita eſt, libera & quieta poſſeſſione gauderet. Igitur cum utriusque partis conceſſiſſet *aſſenſus*, nos eadem bona ſupradicte eccleſie *reſignata*, in noſtre tuitionis immunitatem recepimus, de noſtre etiam liberalitatis munificentia hoc ſuperaddentes, ut quicquid in eadem uilla & in altera eidem contigua, que *Moriz* dicitur, que ſimiliter prefate eccleſie iuris eſt, ſupra id quod hactenus exſoluere uidebantur, fratres ſepe dicte eccleſie ſua induſtria elaborare potuerint, eorum *deci-*

Decima. *mam*, que noſtris nimirum rationibus legaliter imputari debuerat, noſtra donatione cum integritate poſſideant, & recompenſatione laudabili nobis protinus apud Deum orationum ſuarum ſuffragio ſpecialiter reſpondeant. *Vt autem hec* actio legitimo celebrata ordine ex tem-

po-

poris defluxu poſteritatis non elabatur memoriæ, ad hanc diſtinguendam ſcripta noſtra interponere neceſſarium duximus, que & *ſigilli* noſtri impreſſione ſubter roborauimus, ſub *anathematis* animaduerſione prohibentes, ne quis futuris poſtmodum temporibus contra hanc conſtitutionem auſu temerario ueniat, ſed id, quod rationabiliter actum eſt, debiti uigoris pondere ſubnixum ratum & inconuulſum perpetuo perueniat.

Confirmatio transactionis.

DIPLOMA CLIII.

Confirmatio areae *ciui de* Vlma *facta a praepoſito coenobii, a quo illam tenuit iure* cenſuali.

IN omnibus, que ad honorem uel utilitatem eccleſie noſtre agimus, ea nimirum diſcretionis cautela uti intendimus, ne per noſtrum commodum aliorum queramus diſpendium, & damnum, noſtre utilitati cupimus conſulere, etiam ad caſum alios uideamur impellere. Notum igitur eſſe uolumus uniuerſitati fidelium tam preſentium, quam futurorum, quod quidam *conciuis* noſter H. de *Vlma* aream quandam clauſtro noſtro contiguam *cenſuali iure* ab eccleſia tenebat, pro qua etiam X. ſolidos annuatim exſoluebat. In qua pro *tutela* rerum ſuarum in edificiorum munimentis aliquid certius ſibi prouidere cupiens, hoc pro poſſeſſionis ambiguitate laboris ſui fructu impoſterum fraudari metuens, eandem aream ſub preſcripto cenſu ſibi a nobis *confirmari* petiit, idque a noſtra beneuolentia de communi *fratrum noſtrorum* conſenſu obtinuit, ſub ea ſcilicet conditionis forma, ut eam quaſi legitima ſucceſſione ſub preſcripti

Conciuis ſubditus. *Area clauſtro contigua H. de Vlma confirmatur.* *Iure cenſuali tenere.*

cenſus penſione ſue poſteritati tenendum transmitteret,nulliusque importunitatem,pro uberioris fructus exactione poſtmodum ſuſtineret. Preterea etiam per multimoda eius circa nos deuotione factum noſtrum ampliori erga eum benignitatis augmento cumulauimus, in hoc uidelicet, ut ſi aliquo, quod facile eſt, fortune caſu diſtrahendorum edificiorum ſuorum ei neceſſitas ingrueret, ipſa nichilominus area ſub eiusdem cenſus ſumma in poſſeſſionem emptoris tranſiret, ne eorundem edificiorum detrimentum pateretur eſtimatio, ſi qua forte preter ſolitum annui cenſus fieret extenſio. Et ut hec noſtra conſtitutio ſtabilis ei & inconuulſa permaneat, futuris temporibus, ſcripto commendatam *ſigilli* noſtri impreſſione roborauimus adhibitis etiam idoneis teſtibus.

DIPLOMA CLIV.

LIBELLVS SVPPLEX *cuiusdam monachi*, *ad archipraeſulis* Magdeburgici ſerenitatem *ſcriptus*, *pro impetranda uenia ob neglectum* ambitioſioris *ſolemnitatis*, *cui non ex contemtu*, *ſed Brandeburgici antiſtitis conſilio non interfuit.*

Diſpenſatio diuina. Diuine *diſpenſationis* prouidentia, que ſue largitatis dona prout uult diſtribuit, de bone & *incomparabilis* ueſtre *opinionis odore* honorificentie & laudis incrementum cottidie accipit, dum ueſtre honeſtatis & munificentie fama, que in nullo iam totius orbis angulo excluditur, in eum a quo & per quem id quod eſtis uos eſſe conſtat, conſequenter refunditur. Ad *Archiepiſcopi uirtutes* *Archipreſulatus* ſiquidem apicem nemo iuſtius pro-

prouehitur, quam qui *equitatu* & miſericordie amictu induitur, qui in ſubditorum cauſis amore iuſticie nec odium nec gratiam nouit admittere, quin ſecundum *iuſticie rigorem* quelibet agenda perficiat, niſi ſolius duntaxat *miſericordie* temperamentum intercedat. Verum quod pro humane *imperfectionis* pondere nullius quamuis etiam ſapientiſſimi tam cauta & circumſpecta poteſt eſſe diſcretio, qua non in *opinionis errorem* iniuſta & maxime familiarium abducere poſſit *ſuggeſtio*, inde eſt, quod ego *a gratie ueſtre plenitudine preter meritum meum excidi*, *ſuper quo tamen nullam mihi innocentiam uolo defendere*, *ſed magis eidem ueſtre gratie per omnia committere*, cuius utique recuperande tantam mihi preſtet fiduciam & immutabile ueſtre mentis propoſitum, quod in ſue bonitatis exhibitione eousque non patitur faſtidium, ut amorem *conſuete clementie*, & in perſonas minus neceſſarias ſua plerunque beneficia uideatur transfundere. Sane ego in *defuncto fratre* meo multa ueſtre benignitatis recolo inſignia, & contigua his conſimilis ueſtre beneuolentie quam plurima in me ipſo incrementa, pro quibus ſi quid ſum, uel unquam eſſe potero, totum me cum omnibus meis abſolute *ueſtre dignationi* offero. Tantum ut deſiderabili *ueſtre ſerenitatis* preſentia mihi frui liceat, & ad oſtendendum ſue circa uos deuotionis ſtudium mea tenuitas locum inueniat. Enimuero *materia principalis* glorie eſt *delinquentium reatus*, *quia niſi culparum occaſiones emergerent*, *pietas locum non inueniret*. Vnde & *humilitatis mee* precibus iure inclinari ueſtra debet *nobilitas*, ac pietatis affectu eos rigoris terminos excedere, infra quos ſe

iuſticie reſpectu debuerat cohibere, quia unica & ſingularis uirtus eſt *miſericordia*, cui ſoli cedere reliquis uirtutibus non eſt uerecundia. *Serenitatem* dulciſſime *paternitatis ueſtre* erga me obnubilatam intellexi, pro eo quod in transacta *ſollempnitate* meam uobis preſentiam de more non exhibui, quia id ſecundum falſum quorundam iudicium *ambitioſioris* ſollempnitatis fecerim ſtudio, quod longe aliter eſſe, certiſſime ueſtra nouerit diſcretio. *Dominus* ſiquidem *Brandeburgenſis* nulla ut noſtris precum mearum importunitate, ſed gratuita potius & conſueta ſua bonitate in collatione eius mee indigentie conſuluit, mihique predictam *ſollempnitatem* ſecum celebrandam inſtanter indixit, cuius precepto ſimul & petitioni ſi alia eius circa me humanitatis non interceſſiſſet occaſio, pro tam recenti ſaltem penitus contraire non potui beneficio. Iu quo tamen ſi quid *ueſtre reuerentie* minus detuli, ſtare paratus ſum abſolute ſatisfactioni. Enimuero fateor, ueſtre circa me benignitatis exhuberantia longe pre omnibus mee prauitatis excedit anguſtias, ſub cuius umbra mihi ſemper tutum eſt refugium, cuius erga me liberalitatis ſedulitas non admittit faſtidium. Cui ſi ad digne *regratiandam* non ſuppetit copia, ſinceriſſima tamen deuotione longe retroſequens pietatis adoro ueſtigia, preſertim cum me ita multipliciter recognoſco obnoxium, quod uobis & pro uobis laboris recuſare non debeam incommodum, nedum ueſtre iocunditatis me ſubducerem participio. Cuius utique preſentia in qualibet ſtatus mei inequalitate mihi ſemper dulcis & quaſi pro ſingulari fuit remedio. Deo ſiquidem teſte in eo uos affectionis gra-

Excuſatio monachi cuiusdam apud archiepiſcopum, quod ſolennitati ab eo inſtitutae non interfuerit.

Regratiare

gradu teneo, quod neminem *veſtri ordinis* aut etiam ſuperiorem, quod tamen cum *conductu* & ſalua pace eorum dixerim, uobis parem iudico, ideoque preſentes apices ad ueſtram preſentiam neceſſarium duxi permittere, ut ex eorum inſpectione concepta aduerſum me indignatio debeat miteſcere, ſicque poſtmodum ueniens uos placatum inueniam, a cuius gratie plenitudine preter meam eſtimationem & meritum ſolo ſuſpicionis arbitrio pene excideram.

DIPLOMA CLV.

Conceſſio decimarum *monachis in* Hildergerode *facta.*

NE ob labentis temporis curſum aut per obliuionis caliginem ea que rationabiliter agimus, dampnoſa impoſterum contrarietas intercipiat, opere pretium arbitrati ſumus ſcripta noſtra interponere, que hec poſteritati elucident & diſtinguant. Notum itaque facimus uniuerſis Chriſti fidelibus tam futuris quam preſentibus, quod nos ob *ſpem uite perhennis* religioſis fratribus in *Hildergerode* Deo ſeruientibus decimam noualium iuxta *Rezſtede* adiacentium libera donatione contulimus, & ad largitionis huius firmamentum aream unam in *Rezſtede* XII. denarios annuo cenſu ſoluentem in concambium ab iisdem recepimus. Hanc itaque noſtram donationem firmam & inconuulſam eſſe uolentes ſigilli noſtri impreſſione eam roborauimus, & ne quis eam infringat auctoritate Dei & beatorum apoſtolorum Petri & Pauli, & noſtra ſub *anathemate* prohibemus, adhibitis idoneis teſtibus.

Monachis in Hildergerode *traditur decima noualium in* Rezſtede *per concambium areae ibi ſitae.*

DIPLOMA CLVI.

Confirmatio contractus permutationis inter Comitem de Gardeleben, *Magdeburgicum uaſallum & coenobium B.M. in Magdeburg.*

V*Niuerſitati fidelium tam preſentium quam futurorum notum eſſe cupimus*, quod nos ad contractum *concambii* inter nos & eccleſiam beate *Marie in Magdeburg* efficaciter operam adhibuimus, quod, qua ratione *dati* & *accepti* factum ſit, ſubter annotata *pagina euidenter* explicabit. Verſus aquilonem iuxta fluuium, qui *Ora* dicitur, uilla quedam ſita eſt uocabulo *Moſe*, prefate eccleſie pertinens cum omnibus ſuis uſibus & cum decima, & cum quodam adiacente predio, qui uulgo *Badenakker* dicitur. Cuius predii decima ad nos reſpectum habuit, quam etiam *comes* H. de *Gardeleben* inter reliqua *beneficia* a nobis in *feudo* tenuit. Igitur fratres predicte eccleſie eandem *decimam* ex multis concurrentibus cauſis ſibi conſiderantes accommodam, ad hoc ſtudium ſuum ceperunt intendere, quatinus eam ſeu aliorum redituum commutatione ſeu alio quocunque iuſto modo a nobis redimerent, & ſuis utilitatibus manciparent, ne forte de *extraneorum* cum eis commercio diſturbande eorum quietis & pacis occurreret occaſio, & gratia huius partis uſusfructus eis ſolite imminueretur integritatis. Verum quia res effectum habere non poterat preter eius conſenſum, qui eam in *feodo* tenebat, nos benigno aſſenſu iuſto eorum concurrere cupientes deſiderio, ita tamen quod *Halberſtad.* a nullo exinde lederetur diſpendio, *communicato fidelium noſtrorum conſilio* tandem cum dicto *Comite* in hoc

Decima in praedio Badenakker *eccleſiae B. Mariae traditur. Comes de Gardeleben uaſallus Magdeburgicus.*

Comes refutat decimas feudales

hoc conuenimus, ut ipſe *decimam* in manus noſtras *reſignaret*, & quatuor manſos in uilla *Sandowe* pro eius redemptione a ſepedictis fratribus *Halberſtadenſibus* collatos in recompenſatione *feodi* ſui reciperet, ſicque nec predictorum religioſorum uoto noſtrorum deeſſet amminiculum, nec cuilibet parti aliquod ex noſtra negligentia, proueniret detrimentum. Vt autem id quod factum eſt, nulla ambiguitate titubaret inpoſterum, ad confirmandum id *ſigilli* noſtri adhibuimus teſtimonium, ſub *anathematis* animaduerſione prohibentes, ne id, quod iuſte & rationabiliter ſtatuimus, futuris temporibus cuiuslibet temeritatis eneruare preſumat incurſus. Quin potius beate uirginis eccleſia eius, quod iuſte commutationis titulo adepta eſt, libera & quieta poſſeſſione gaudeat, & ob merita noſtri nominis memoria in ea in benedictione perpetuo permaneat.

per concambium 4. manſorum in Sandow.

Sanctio.

DIPLOMA CLVII.

GREGORII *papae ad imperatorem* Fridericum *litterae, quibus animum prodere uidetur pacis amantem, modo Caeſar agat non tam uerbis cum eo, ſed re ac* opere.

GREGORIVS *epiſcopus, ſeruus ſeruorum DEI kariſſimo in Chriſto filio FRIDERICO illuſtri regi Romanorum imperatori, ſemper auguſto ſalutem & apoſtolicam benedictionem.* Venientes ad nos imperialis magnificentie nuncii, uenerabilis frater noſter O. *Brandenburgenſis* epiſcopus & S. *abbas Herſueldenſis*, qui ad *anteceſſorem* noſtrum Vrbanum fuerant deſtinati, honorauerunt nos *preſentia corporali* & decenti reuerentia curauerunt & propoſuerunt ea, que ad predictum

Nuntii imperiales epiſc. Brand. & abb. Hirsfeld. ad anteceſſorem deſtinati.

Gregorius papa pacis ſtudium in imperatore collaudat

anteceſſorem noſtrum ab *imperiali excellentia* receperat in mandatis. Et quidem nos ualde gratum habuimus, quod ſententiam illam *imperiali* animo *fixam* cognouimus eſſe, qua dicitur: *Perſequimini pacem & comprehendite eam.* Arbitramur autem, quod de hac re non ſit apud nos multa opus inſtantia, cum huius rei bonum ſemper habuimus deſiderium, & nunc tanto amplius habemus, quanto magis huius & loci neceſſitas, quem tenemus, & communis utilitas Chriſtiana depoſcit. Ceterum non eſt nobis uiſum idoneum, ut, antequam ad eccleſiam de uocatione noſtra imperiales apices peruenirent, aliquem deberemus habere *tractatum*, per quem *indecenter* & contra honeſtatem ſacerdotalis officii, *fauorem* imperialem appetere uideamur. Speramus enim ſecundum animum, quem iam *tribuit* nobis dominus, quod taliter in *ueritate* ſua nos *diriget*, &, que ad pacem ſunt, faciet ſemper inquirere, ut nec *magnitudo imperii*, nec alii quoque *reges* ac *principes* Chriſtiani occaſionem iuſtam ex nobis inueniant, quo minus deuoti Deo, minusque *reuerentes* debeant eccleſie *apparere*. Cognoſcimus ſiquidem *inſufficientiam* noſtram, & ſcimus nos niſi per magnorum auxilium impoſitum onus utiliter portare, ac *malis* illis occurrere, que hoc tempore in populo Chriſtiano acciderunt. *Imperiali* ergo celſitudini *Deus inſpirauit*, ut id, quod nunciis oſtendit & *literis*, etiam per *opera* exequatur, nec tam ex *opinione* colligat, quam ex *opere*, quod de noſtra debeat excommunicatione ſentire, quia Deo auctore taliter nos diſpoſuimus habere, quod ex noſtra culpa non debeat eccleſia Dei in ſcandalo remanere. Datum Parm. III. Kal. Decembris. Indictione VI.

Ne tamen tractatus contra honeſtatem ſacerdotalis officii fiant.

Animus papae, ut Caeſar & reges eccleſiae adpareant. eiusque auxilium expetit.

Votum ne Caeſar litteris agat, ſed opere.

DI-

DIPLOMA CLVIII.

GREGORII *papae reſponſoria ad* HENRICVM *regem & electum imperatorem, qua eius in eccleſiam beneuolentiam extollit, promittitque honorem magnitudini Caeſaris habendum non in uerborum foliis, ſed in fructibus pomorum.*

G*REGORIVS epiſcopus ſeruus ſeruorum DEI kariſſimo in Chriſto filio HEINRICO illuſtri regi, electo Romanorum imperatori ſalutem & apoſtolicam benedictionem.* Laborantibus nobis in hoc *mari* magno & ſpacioſo & diuerſis cogitationum fluctibus agitatis, conſolatio ex *litris regiis* nobis acceſſit, dum ita regium animum ad *eccleſie reuerentiam* didicimus inclinatum, ut non ſine fructu laboraturos nos cum adiutorio Dei ad ſalutem populi Chriſtiani eſtimemus, ſi *magnitudinis* tue fauorem, ſicut pro certo ſperamus, contigerit nos habere. Monemus igitur & exhortamur in domino, quatinus erga *matrem tuam* eccleſiam in bono, quo cepiſti prepoſito, perſeueres, & gratum te Deo & miniſtris eius per uerba & opera ſtudeas exhibere. Speramus enim, quod in diebus *miniſtrationis noſtre* taliter circa celſitudinem regiam Rom. preſtante domino ſe gerat eccleſia, ut *regia celſitudo honorem* ſuum ſibi gaudeat *conſeruatum* & populus Chriſtianus per contrarias uoluntates eorum, quibus principaliter commiſſus eſt gubernandus, ſperata non debeat utilitate fruſtrari. Nos ſane multa & ſublimia *uerba* non ſolemus habere, nec uolumus, ſed a domino Deo requirimus, ut in *ueritate* nos faciat & rectitudine ambulare, nec tam *uerborum* foliis, quam *pomorum* fru-

Gregorius papa fauorem Henrici imperatoris erga eccleſiam praedicat, mater Caeſaris eccleſia.

Non uerborum folia,

ctibus

ſed fructus pomorum. Recrediti- uum. ctibus *mediocritatem* noſtram adornet. Nouerit ad hec *magnificentia regia*, quod *nuncii*, quos miſiſti, taliter ſe geſſerint, ut bene in eis magnificentia regia debeat complacere. DAT. *Parm. III. die Kal.* Decembr. Indictione VI.

DIPLOMA CLIX.

GREGORIVS *papa ſpernit dura conſilia & cenſuras aduerſus principes & praeſules obiurgatque ideo* TREVIRENSEM *archiepiſcopum, quod iuſto acrior fuerit. Exemplo illi propoſito* Orientalis *eccleſiae, cuius inde factus ſit receſſus.*

Nouae cauſae mutant leges. GREGORIVS *epiſcopus, ſeruus ſeruorum DEI, uenerabili fratri F.* TREVIRENSI *archiepiſcopo ſalutem & apoſtolicam benedictionem.* Propoſitum uincit affectus & ſuperuenientes cauſe ſepe compellunt mutare, quod firma diſpoſitum fuerat uoluntate. Nec locus ex hoc reprehenſioni relinquitur, cum *Salomon* dicat: *Omnia tempus habent, & eſt tempus loquendi & tempus tacendi.* *Ex edicto Salomonis, eccleſia leges uariat ſaepe.* Ex hoc ſiquidem eſt, quod eccleſia Dei ſua interdum *uariat*, pro filiorum neceſſitate inſtituta, & cohibet aut differt ſepe *uindictam*, quam quieto & pacato tempore ſtatuerat exercendam, iuxta hoc quod Salomon dicit: *Sapiens uidens malum declinat, ſtultus tranſilit confidenter.* *Quod nunc opus in turbis orientalis eccleſiae.* Hec uero cautela etiamſi alio tempore potuerit intermitti, hoc uero tempore tanto circumſpectius eſt tenenda, quanto ex caſu *orientalis eccleſie* in maiore turbatione uidetur chriſtianus propulus conſtitutus. Nec facile patet ex humana infirmitate ſucceſſus, niſi ad hoc *magnorum principum* corda contigerit ex ſancti ſpiritus *inſpira-*

ſpiratione moueri. Ex eo ſiquidem eſt, & ex aliis multis cauſis, quod nos corda *ſublimium principum* & eccleſie defenſorum, *imperatoris* ſcilicet & *filii* eius, ad bonum uolentes per humilitatem eccleſie prouocare, in bona cum ipſis manſuetudine ducimus ambulandum, & non tam contra eos *humanum* requirendum *auxilium*, quam diuinum, ſi debitum, quod non credimus, eccleſie reuerentiam decreuerint ſubtrahendam. Proinde quod tua fraternitas a domino *Vrbano* predeceſſore noſtro recedens & prouincie TREVIRENSIS fines attingens *durius*, quam e re uiſum fuit, ſe cepit in *epiſcopos* & perſonas alias exercere, & cum in ſcandalum multos miſerit, paucos ad ſe prouocauit in *gratiam*, nos *ex conſueto ſedis apoſtolice moderamine* prouidere uolentes, ne in *aſperitate* tua multorum a te facias animos alienos, & tandem ipſam etiam *cenſuram eccleſiaſticam*, ſi ſeruata non fuerit, contemptibilem reddas, *litteris* tibi preſentibus inhibemus, *ne ad excommunicationem uel depoſitionem perſonarum Treuirenſis prouincie ſine conſcientia & licentia noſtra procedas*, ſed ita in omnibus modeſtiam teneas, ut ex animoſitate aliqua uel indignatione preterita eccleſie cauſam & tuam faeias grauiorem. Cum etenim non prorſus ignores, quid nobis ſuper negotio tuo uiſum fuerit a principio, bene, ſicut credimus, tibi proſpicies, ſi talem in omnibus exhibere te cures, ut *ſiniſtram* de te habere opinionem minime debeamus. DATVM apud *Forum nouum* II. Kal. Decembr. Indictione VI.

Aduerſus Caeſarem & filium eius non auxilio humano, ſed diuino agendum.

De Vrbano.

Gregorius papa F. Treuirenſem archiepiſcopum uituperat, quod durius cum quibusdam Clericis egerit, eique excommunicationem uel depoſitionem religioſorum ſine praeſcitu ipſius pontificis interdicit.

Datum.

DIPLOMA CLX.

Transactio ſuper decima *in* Colbeke *cum*

con-

conſenſu capituli & magnatum *terrae, ordinum prouincialium.*

Eruditio apoſtolica i.e. doctrina.

Colbeke.

Decima eccleſiae & uillae Colbek, eccleſiae ibidem traditur Arneſtei.

Dapifer.

Conſenſus eccleſiae M. & magnatum terrae. per concambium 2½ manſorum in Iringesdorf.

Apoſtolica *eruditione* commoniti, ut dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes, maxime autem ad domeſticos fidei, negotium quoddam eccleſie beati *Magni* in COLBEKE non abſque difficultate aliquandiu uentilatum, optato fine ad ipſius eccleſie commoditatem domino annuente conſummauimus. Siquidem *decimam* bonorum ipſius eccleſie & totius uille *Colbeke* a nobis in *feodo* tenebat nobilis quidam *Walterus* de ARNESTEN, itemque ab eo eandem decimam hababebat *Th. dapifer* noſter, & ſicut plerunque moris eſt, exactores huius decime graues & moleſti erant prefate eccleſie. Vnde nos, pro bono pacis, *conſilio prudentum* decreuimus, ut interueniente equabili diſpenſatione, *Th.* duos *manſos* & dimidium ſoluentes duo talenta de bonis amicorum ſuorum conquireret, & *eccleſie Magdeburgenſi* conferret, noſque pro eisdem manſis predictam decimam abſolutam & liberam eccleſie b. *Magni* in *Colbeke* ſtabili donatione traderemus. Quod & factum eſt *celebri conſenſu* & atteſtatione *eccleſie noſtre* & *magnatum terre.* Nam duos manſos & dimidium ſoluentes duo talenta in uilla *Iringeſthorph*, & ius & poſſeſſionem Magdeburgenſ. eccleſie de manu Th. in concambio recepimus eosque ſupradicto W. in *feodo* conceſſimus, ut ipſos Th. *de manu* W. teneret, nos autem ſupradictam decimam abſolutam & liberam eccleſie beati *Magni* in *Colbeke* perpetuo poſſidendam contulimus. Quod ut futuris poſtmodum temporibus ſtabile & inconuulſum permaneat, totius

tius huius negotii ſeriem ſcripto mandauimus & *ſigillo* noſtro ſignauimus.

DIPLOMA CLXI.

BRANDENBVRGENSIS *epiſcopi* deſcriptio locorum *&* priuilegiorum *inſignium coenobii B. M. in* Lizeke. *Quod utroque nomine admodum notabile. Inprimis quod conſuetudo Magdeburgicae eccleſiae fuerit:* hereditare omnes ſacerdotes.

ORdinatione diuina uenerabiles & Deo digni predeceſſores noſtri *Wiggerus*, *Wilmarus* & *Sifridus* Brandenburgenſis ecclefie epiſcopi ſanctam congregationem religioſorum fratrum ſub regula beati *Auguſtini* & inſtitutione reuerendiſſimi domini NORBERTI Magdeburgenſis archiepiſcopi in monte beate *Marie* in *Lizeke* ad ſeruitium Dei adunatam, tempore mortalitatis per nos in uia domini dirigendam nobis *quaſi hereditaria ſucceſſione* reliquerunt. Nos itaque eorum deuotioni pro paruitate noſtra domino annuente ſubſeruientes, prefate congregationi omnimodum affectum noſtrum inclinauimus. Vt interea quiete Deo uacetur, exteriorem inquietudinem ab eis, quantum in nobis eſt, amouere dignum duximus. Inde eſt, quod *predia* & *poſſeſſiones*, quas *predeceſſores* noſtri aliique quilibet fideles eccleſie beate Marie in monte *Lizeke* diuine remunerationis obtentu contulerunt, *auctoritate Dei* confirmamus. Locum uidelicet ipſum, in quo *clauſtrum* ſitum eſt, cum ſilua contigua, eccleſiam in uilla *Lizeke* cum omnibus ſuis appendiciis, cenſum *fori* ac uille ueteris omnemque decimationem in eisdem locis degentium, tam de bonis domini *Gerberti*,

Tres epiſcopi Brandeburgici.

Epiſcopus Brandeburgenſis Auguſtinianis in monte B. Mariae in Lizeke, *uillas cenſus & decimas quasdam confirmat.*

auctoritate Dei confirmare. *Liezeke.*

berti, quam ceterorum, & tam de uineis, quam de agris & pecoribus, fundum quoque uinearum cum decimis earum, uillam que dicitur *Lodeburg* cum cenſu & decimis, & cum omni ſeruitio quod epiſcopo exinde debêbatur, ipſiusque uille eccleſiam cum reliquis prefate uille appendiciis, alias etiam uillas, *Termendhorp*, *Sowenc*, *Locho-we* & eius eccleſiam cum cenſu & decimis earumque pertinentiis, ſcilicet quadam curia que *Colebik* dicitur, & uillulam *Vzekeſtorp*, que in terminis *Cicerwe* continetur. Duas quoque partes decime de quatuor uillis, *Cidemic*, *Etz-bot*, *Siliz*, *Pradele*, totamque decimam in uilla *Cruſowe*, quam *marchio Albertus* in uſu ſuo aliquandiu habitam *conſenſu filiorum* ſuorum per *manum epiſcopalem* eidem eccleſie conferri obtinuit. Manſum unum in uilla *Slautiz* & *Woroph* eiusdem uille *Slautiz*, duas partes decime uillarum *Clutzowe* & *Bricin*, cum ſilua que *Brudene* dicitur, & *Mosbruke*, que per manum epiſcopi *Wilmari* in concambio pro *Gottowe* prefate eccleſie date ſunt. Villam quoque *Dulgeriz*, que nunc *Gloma* nominatur, cum ſiluis, pratis, paſcuis, molendinis, aquis, aquarum decurſibus cultis & incultis cum tota decima & reliquis ſuis appendiciis. Manſum unum cum uilla que *Welle* dicitur, ſoluente VIII. ſolidos. Sex manſos in uilla *Mulinge*, quos dominus Gerbertus & uxor eius pie memorie *Berchta* conſenſu heredum ſuorum, iam dicte eccleſie contulerunt. Sciendum etiam quod fratres eccleſie ipſius bona quedam prefati Gerberti petitione coniugis ſue *Berchte* & conſilio nobilium & miniſterialium noſtrorum per concambium de manu noſtra ſuſceperunt, curiam uidelicet in uilla *Liezc* prope

Lodeburg

Termendorf

Sowenc

Lochow.

Colebik

Vzekeſtorf.

Cidemic

Ezbot

Siliz, Pradele, Cruſow

Marchio Br. conſenſu filiorum alienat.

Slautiz.

Clutzow

Brizin

Brudene ſilua Moſbruck.

Gloma.

Welle

Mulinge.

Curia in Liezc

prope eccleſiam ſitam, uineam & predium eidem curie contiguum cum omnibus ſuis appendiciis, pratis, paſcuis, aquis aquarumque decurſibus. Duosque manſos & dimidium in uilla Zebeker, pro quibus tertiam partem decime frugum de duabus uillis *Meterae & Slautiz* & *Worop* de uiginti manſis *Slautiz* nobis uerſa uice dimiſerunt. Decimam uero pecorum & altilium de iam dictis uillis in uſus proprios retinuerunt. Atteſtamur etiam ſcripto preſenti, quod memorati fratres curiam quandam uille *Twergowe* contiguam a domino W. *Magdeburgenſi* archiepiſcopo *Scartuenſi iure* comparauerunt, cum ſiluis, pratis, paſcuis, aquis aquarumque decurſibus, & omnibus ſuis attinentiis. Preterea confirmamus eidem eccleſie beate Marie in monte *Lieze* parrochiales eccleſias illo pertinentes cum uillis que iure Chriſtianitatis ſacerdotibus ſuis tertiam partem decime perſoluere debent, quarum hec ſunt nomina. Parrochia *Lieze* cum uillis attinentibus, *Muſowe*, *Zebekere* & duabus uillis que uno nomine Crudeborne nominantur, *Slautiz* quoque & *Meterae*, a quibuscunque colonis inhabitentur, eidem eccleſie tertiam partem decime, tam de uineis quam de agris perſoluent. Eccleſia quoque Chidemic cum tertia parte decime trium uillarum, ſcilicet *Cudemic*, *Chinowe*, *Pameliz* & reliquis ſuis attinentiis. Eccleſia *Lochowe*, ad quam pertinet uilla *Querbiz*, licet ibi eccleſia edificari permiſſa ſit. *Winere* quoque & *Vethercib* & *Thuchoutlle*. Sciendum quoque eſt, quod prepoſitus eccleſie beate Marie in monte *Liezeke* a predeceſſoribus noſtris, ſimulque a nobis curam eccleſiarum & archidiaconatum tenet, & uicem epiſcopi gerit in omni-

Zebeker
Meterae
Slautiz
Worop
Curia in Twergowe
Scartuenſe ius.
Lieze
Muſowe
Zebeker
Slautiz
Meterae
Chidemic
Chinow
Pameliz
Lochow
Querbiz
Winere
Vethercib
Tuchouelle
Diſtrictus praepoſiti

in Liezeke ſubiectus, inter Albim & Hauelam Burchwardi. Loburg. Vibas & Zoias Wiſenberg Coſſewiz, Dobun, Wittenburg, Zane, Alſtermende

omnibus eccleſiis, que infra *Albiam* & *Hauelam* continentur, ab ortu ipſius Hauele usque ad terminum eius, ab ortu uero Hauele ſurſum deficientibus terminis per ſubſcriptos *Burchwardos* eundem archidiaconatum determinantes preſcripto preſenti communimus, totum uidelicet *Burchwardum Luburg*, preter duas uillas *Vibas* & *Zoias*, quas Hauela excludit, Burchwardum quoque *Wiſenberg*, & circa Albiam, *Coſſewiz, Dobin*, *Wittenburg, Zane, Alſtermende*, cum omnibus eccleſiis infra hos terminos conſtitutis. Hoc quoque opere pretium uiſum eſt huic pagine inſerere, quod in electione epiſcopi poſt *prepoſitum Brandenburgenſem*, qui primam in electione *uocem* habet, ſecundam prepoſitus *Liezekenſis* habeat, deinde utriusque eccleſie *canonici* libere eligant, ſicut iuſticia dictante mos obtinuit omnium cathedralium eccleſiarum. *Plebani* uero ſacerdotes rationabiliter & iuſte eorum electioni debitum aſſenſum exhibeant. Sicut etiam ante tempora noſtra ſtatutum fuit. Sic & nos Deo auctore ſtatuimus, ut ſi peccatis exigentibus, ſiue paganorum incurſu, ſiue quacunque cauſa *Brandeburgenſis* eccleſia *deſolata* fuerit, prerogatiua *electionis* cum adminiſtratione *archidiaconatus*, & cum aliis ſiqua ſunt, ad eccleſiam beate Marie in monte *Liezeke* tranſeat, quousque prefata Brandeburgenſis eccleſia reſtauretur & ſic per omnia priſtinam ſuam recipiat dignitatem.

Prepoſiti Liezekenſis *iura & priuilegia*
1) *eligendi epiſcopum Br.*
2) *canonicorum. Sacerdotes plebani.*
3) *uicariatus in epiſcopatu Brandeb.*
4) *hereditatis ſacerdotum in equitatura, mantello, pelliciis &c.*

Sacerdotum in eodem *archidiaconatu* decedentium *equitaturam* optimam, *mantellum*, *pellicium*, *ſuperpellicium*, iuxta *conſuetudinem Magdeburgenſis eccleſie & ſuffraganearum eccleſiarum* predicto archidiacono, remota omni occaſione dari precipimus. Si quis uero *fidelium* de epiſcopatu

ſcopatu

ſcopatu noſtro, ſiue undecunque locum ſepulture apud ſepe dictam eccleſiam expetierit, nulla eccleſiaſtica ſecularisue potentia id *inhibere* preſumat. *Monachos* etiam in epiſcopatu noſtro degentes, ad quos cura animarum non ſpectat, confeſſiones audire, penitentes abſoluere, mortuos ſepelire ſine conſenſu archidiaconi & ſacerdotum, quibus cura commiſſa eſt, omnino prohibemus. Super hec omnia ſtatuimus, ut nullus *aduocatus* prefate eccleſie fratres aut colonos infeſtare, aut res eorum auferre preſumat, & ſecundum iura a *Marchione* ALBERTO & filio eius OTTONE preſcripta in quarumlibet executione cauſarum memorate eccleſie defenſioni ſpe remunerationis eterne deſeruiat. Et ut hec omnia rata perpetim & inconuulſa permaneant, auctoritate Dei & beatorum apoſtolorum, domini quoque *pape*, & noſtra, cuncta que huic pagine inſcripta ſunt, ſub *anathemate* confirmamus, ipſamque paginam ſignaculo *ſigilli* noſtri ſignamus.

5) ſepulturae alienigenarum.
6) monachis inhibentur parochialia.
7) libertas ab aduocato.
Actum.

DIPLOMA CLXII.

VRBANVS *papa* Magdeburgico *archiepiſcopo queritur, quod imperator plura poſſideat eccleſiae, quae nolit reſtituere. Rogat itaque, ut ſi uenerit Magdeburgum, eum inclinare ſtudeat ad mitiora conſilia & reſtituendum, quae eccleſiae debeantur.*

VRBANVS *epiſcopus, ſeruus ſeruorum DEI. Venerabili fratri* Magdeburgenſi *archiepiſcopo ſalutem & apoſtolicam benedictionem.* Firmum in corde noſtro propoſitum habendi te ſincerius in uiſceribus Iheſu Chriſti karitas illa

Papa beneuolentiam captat archiepiſcopi,

fundauit, que diffuſa per ſpiritum in cordibus electorum, ita corpus eccleſie compage ſue uirtutis annectit, ut & caput membris ineffabili iunctura cohereat, & membrorum officioſa diuerſitas ab unitate capitis non recedat. *Nouerit* ergo tua fraternitas, quod nos circa te & commiſſam tibi eccleſiam caritatis huius ardore feruentes, fiduciam de te gerimus ſpiritualem, quod ſicut paternitatem tuam nexu quodam *ſingularis dilectionis* amplectimur, ita etiam *recompenſatione* laudabili a tua deuotione ſuſcepta copioſius ſemper in tuis affectibus oblectemur. Hac ergo ſuadente fiducia, materiam tibi noſtre *immodice turbationis* exponimus, ut noſtris te participante moleſtiis, de prudentia & *ſubſidio tuo* maius in domino ſolatium capiamus. Commonita inquam frequenter a nobis *imperialis culminis altitudo*, ut eccleſie Romane reſtituat *poſſeſſiones* eius, quas detinet occupatas, non ea, qua debuit *ſerenitate* reſpondit, nec uidetur uelle perficere, per quod inter eccleſiam & imperium firma poſſit pax & concordia prouenire. Vnde hoc ipſum prr litteras tibi duximus apoſtolicas *intimandum*, rogantes *attentius* & *mandantes*, quatinus cum ad partes illas acceſſerit, in quibus eius *alloquio* tua fraternitas potiatur, ſuadere ſibi & conſulere non obmittas, ut eccleſiam Dei, ſicut ad ſuam ſpectat *gloriam* & *ſalutem*, oculo *benigniori* reſpiciat, & materiam *fomitemque diſcordie*, ſicut decet eius magnificum principatum, funditus e medio laudabili pietate precidat. Quod ſi forſitan te commonente non fecerit, *culpam diſſenſionis* & odibilis ſimultatis in eam partem noueris eſſe refundendam, que culpam uidetur preſtare diſcidii, cum in manu eius

eique promittit recompenſationem.

Vrbanus papa conqueritur de imperatoris erga eccleſiam duritie in detinendis terris eccleſiae ac archiepiſcopum rogat, ut eum ad lenitudinem permoueat. Quia hic fomes diſcordiae.

eius poteſtas hereat & facilitas emendandi. *Dat.* VERONÆ VI. Kal. *Marcii.*

DIPLOMA CLXIII.

Henrici ALBANI *epiſcopi & legati apoſtolici* cenſura *acerrima* morum *& corruptelae inter* clericos *&* ſacerdotes *ſui aeui. Vnde ſingularis iſtorum temporum notitia poteſt hauriri Germaniae eccleſiarum.*

VEnerabilibus & in domino ſibi dilectiſſimis *archiepiſcopis*, epiſcopis, ceteriſque eccleſiarum Chriſti prelatis. *H. ALBANVS epiſcopus &* APOSTOLICE SEDIS LEGATVS, *per gloriam ſalutifere crucis ad perpetue lucis gaudia peruenire.* Publicani & peccatores uiolenter preripiunt regnum Dei, quod ab ipſis uim perpeti gratulatur, & qui *duces* eſſe debuerant, non ſequuntur. Propter quod preſens potiſſimum exiſtit attendendum, ut, quod Deus auertat, ex clericorum deprauatione incipiant reſarcire *principes tenebrarum*, que ex *laicorum conuerſione* ſuſtinent detrimenta. Cauendum etiam, ne mare dicat, ut *Sydon* erubeſcat, cauendum ne ſubiugale mutum hominis uoce loquens incipiat redarguere *inſipientiam prophetarum.* Veſtris itaque dilectiſſimi, ueſtris non tantum inſcribi frontibus ſignum *thau*, ſignum dominice poſſionis, ſed cordibus imprimi his preſertim diebus oportet. Atrum eſt *atramentum*, atrox atramentarium, quod a renibus eius dependet, qui in *lineo* habitu ſingularis candoris, qualem fullo ſuper terra facere nequeat, omnimode ſcilicet *puritatis*, quam impenitens nullus attingat, ſignaturus & inſignitus ad-

H. legati apoſtolici exhortatio ad clerum, ut uitam emendent, & luxum deponant.

Cleri prauitas maior laicorum.

Qui tamen Chriſti exemplum & uirtutes ſibi proponere deberent in omni uita, quod imitentur.

adueniit. Conſiderauit *atramentum* hoc, *atritudinem* hanc, hanc nigredinem, qui dicebat: *uidimus eum, & non erat ſpecies ei neque decor.* Obſecro uos dilectiſſimi, ne uos huic enormitati pigeat conformari. *Quod ſtultum eſt Dei, ſapientius eſt hominibus, quod deforme, formoſius uniuerſis.* *Michi*, ait apoſtolus, *michi abſit niſi in cruce domini gloriari.* Emulamini eius *humilitatem*, qui pro uobis annorum induit infantilium paupertatem, ignominiam crucis ſubire non renuit, reputari inter mortuos non refugit. Deponite *ueterem hominem* cum actibus ſuis, & exuuias ueteres eruat ſaluatoris ore prudentia commendata ſerpentis. Non competit huic *tempori*, non *merori*, ut plus *calcaria*, quam *altaria* fulgeant, cum & illa forſitan oporteret ſiciens interim operiri. Idem quoque de *ſellis*, de *frenis*, de *faleris* notabilibus & inanem preferentibus gloriam ſentiendum. In *ueſtibus* ſuis deponant clerici, que etiam *reges* abiiciunt, que ſignatorum Chriſti uniuerſitas noſcitur abdicaſſe. Abiiciant *uaria*, *griſea*, *zebelinos* & *pelliculas* eiusmodi *grandis pretii*, ſed coram Deo periculi grandioris, nec minoris in ueritate dedecoris, dum ad imaginem Dei creatus homo *pelliculis murium* ſeſe credit ornari. Audiatur *Petrus* ſaltem diebus iſtis, qui nullo tempore debuit non audiri. Audiatur, ut appetere uiros pudeat, pudeat clericos, quod eorum primus ad ipſorum gloriam primus in contumeliam eorum etiam mulieribus interdicatur. Non *manice*, non *calciamenta* eorum, ſiue etiam miniſtrantium eis cottidianis egeant *conſuturis*, ne *ſubtilitas* linea ligandis eorum manibus & pedibus in uincula debeat grauiora coniici, neue

In ſacerdotibus plus calcaria *quam* altaria *fulgent.*

Veſtimenta pretioſa abiicienda, Zobelini, pelliculae grandis pretii. Pelliculae murium hermelin.

calcei, manicae

uide-

uideantur funiculos texere, unde ligatis manibus & pedibus ſuis in exteriores tenebras demergantur. *Manicatis* etiam *cappis* non diſſimuletis abiicere que ex *cappis* & *tunicis* habitu duplicato *duplicitatem* redarguunt animorum. Qui ex lino & lana contextam ueſtem prohibuit, ſi uidiſſet ſuo tempore ueſtes *ex cappa fieri*, non laudaſſet. Prima fuit in celo generis humani transgreſſio, primam & eternam ex aduerſario ieiunans Chriſtus uictoriam reportauit. Siquidem uicit mundum in *appetibilibus* ſuis. Concupiſcentia carnis, concupiſcentia oculorum & ſuperbia uite, de uoluptate, de curioſitate & ambitione triumphans. Modum ſibi & numerum in *cibariis* laici poſuerunt, ut *duobus ferculis* ſint contenti. Quod ſi uobis diceretur uno fore contentos, forſitan *Germanicis* aliquibus non placeret. Verumptamen ſi uidetur ſufficere, quod ad cibum pertinet indicta frugalitas, ueſtrum erit imitatione dignum aliquid addere ſuper deliciarum ineptiis declinandis. Et quidem mater ueſtra ſacroſancta Romana eccleſia ſtatuit & decreuit omnibus *ſextis feriis* & in aduentu domini in cibo *quadrageſimali* clericis ſimul & laicis ieiunandum. Feria IIII. & ſabbato a *carnibus* & ſanguine abſtinendum, transgreſſores conſtitutionis huius ſacrorum reos canonum fore decernens. Sic & familiis ſuis a ſummo pontifice & fratribus ſuis in ſecunda feria eadem abſtinentia carnium eſt iniuncta, quod in nobis prelatos ſaltem, ſaltem maiores uoluntaria deuotione deceat emulari. Non competunt *uina* pigmentis delibuta merori, huic potiſſimum, cuius non expedit obliuiſci. Nunquam *negotiandum* eſt clericis, nunquam

cappae, tunicae,

Modus in ferculis ſeruandus. Duo ſufficiant.

Ieiunia ſeruanda.

Non negotiandum.

tiandum clericis. *uilius* comparanda que uenundari debeant *pretio cariori*, propterea, quod ſacrilegium fuerat ſemper, nunc preſertim grauius execrandum, & *Non forenſes illis proceſſus.* negotiis tamen ipſis deteriora uidentur *iurgia* *Ambitio reprimenda.* clericorum oportuerat magis inuicem ſupportare & *donare* uobismetipſis, ſi quis aduerſus aliquem habet querelam. Inſatiabilis eſt ardor *ambitionis*, nec ydropis auaricie ex diuitiis refrigeratur adeptis. *Aduerſus multitudinem praebendarum.* Quid gibbum gibbo camelus adiicit in uariis dignitatibus, & *multitudine prebendarum*. Non ſunt iſta, que diuinam erga hominem miſericordiam prouocent, ſed iram potius minantur. Ad negandum celeſtis regni per foramen acus intro- *Ludi & uenationes fugiendae.* itum *gibbus* poterat *habundare camelo*. Itane uobis ſtudia honeſtiora non ſuppetunt, ut in *auibus* ludere, nec uenationibus pudeat occupari. Dum etiam uobis ſuperfluitas reſecatur *crinium*, ab huius uanitatibus abſtinendum potius mementote. *Alcam* fugere Cato monuit, & gentiles, de qua uobis ad exemplum ſufficiat ad *miliciam* Dei ſignatorum, quos huiusmodi ludos cernitis abdicaſſe. *Simplex cantus in templis adhibendus, ceſſantibus organis.* Sufficiat etiam in eccleſiis *ſimplex cantus* ad preſens, & que maiorem redolent grauitatem, *organa conquieſcant*. Exhibeamus, quod legimus, ut in uocem flentium *organa* tranſeant, & in luctum cithara conuertatur. Ignoſcite mihi, ſi dixero, quod ſalubrius, quam *ſuauius* debeat reputari. A populis exterminata in eccleſiis licentia iam ea cauſa reſcinditur. Quid feſtiuitati & fatuitati? uel potius, ut apoſtolico ſermone uos commoneam, que conuentio *Chriſti ad Belial?* Nec uos latet in nonnullis *Aduerſus cappas oloſericas.* eccleſiis enormitates aliquando conſuetas aliquatenus reſecari, & in *oloſericis cappis*, quas offerunt,

runt, qui baculos ferunt, complacere. Quaſi uero non de *moribus*, quam de *ueſtibus* amplior cura Deo, quaſi in *feriis* plusquam *ſericis* delectetur. Veruntamen nec edictum ſuper his & huiusmodi generale procedit, nec perhenne proponitur interdictum, ſed, quod nulli debet eſſe moleſtum, his diebus ab huiusmodi uobis indicitur abſtinendum. De *incontinentia* uero clericorum, unde ira Dei contra nos maxime prouocatur, & ſcandala grauiſſima inter clerum & populum excitantur, apoſtolica auctoritate firmiſſime precipimus, ut omnes *ſuſpectas perſonas* de domo & procuratione ſua infra *quadraginta* dies remoueant, quod ſi non fecerint, ab omni officio & beneficio eccleſiaſtico ſuſpendantur. Quibuslibet itaque taliter actitandum, ſicut perſonis eccleſiaſticis eſt uiuendum, ut qui hactenus conſueuerunt de quibusdam, tanquam de malefactoribus detrectare, ex bonis operibus uos conſiderantes in tempore uiſitationis huius ad glorificandum in uobis dominum conuertantur. Preterea *tornamenta* ſub diſtricta prohibitione interdicimus, ut quicunque talia per hoc *triennium* preſumpſerint, omni dominica die apoſtolica auctoritate excommunicati denuncientur. Et quicunque eundo uel redeundo eos hoſpitio ſuſceperint, uel res ſuas eis uendiderint, ſimili excommunicationis ſententia innodentur. *Veſtes* notabiliter *inciſe* & *algotate* ſub eadem diſtinctione prohibeantur. *Velamina* etiam *mulierum*, que ad uerecundiam deſignandam eis ſunt conceſſa, ſed nunc per inſipientiam earum in *laſciuiam* & *luxuriam* excreuerunt, & immoderata longitudo *ſuperpelliciorum*, quibus *puluerem trahunt*, ad moderatum uſum ſicut decet

Caſtitati ſtudendum.

Tornamenta interdicta.

Mulierum ueſtitus qualis eſſe debeat non ad luxuriam.

Choreae & tabernae per triennium probibitae.

Amicitiae mutuae confirmatio & calumniarum abſterſio.

uerecundiam ſexus, per excommunicationis ſentenciam cohibeantur. *Choreas* & tabernas ſimili modo per hoc triennium interdicatis. Verbum, quod proxime ueſtra mecum contulit dilectio, frequenti retractatione meo poſtmodum reuolui animo, ſuper quo in diuerſas opiniones mea mens rapitur. Sed huc illucque fluctuans nulli adhuc certitudini innititur, que ſub amici forſitan hactenus ſpecie latuit, qui hoc ſue acerbitatis uirus de uobis fedo ore euomuit. Difficile ſiquidem, ſicut noſtis, eſt gratie cuſtodia, & incognitum prorſus, de cuius dilectione ſecura haberi debeat confidentia, quia ibi ſperate fidei ſepe nos moleſtat *defectio*, ubi utique nulla huiusmodi ſurrepſit ſuſpicio, ſicque erga quemlibet caute. Igitur nobis indicitur neceſsitas, licet hanc quaquauerſum ſeruare humani conſilii non ualeat imbecillitas. Precurrit ſiquidem amicitia iudicium, dum propenſiorem plerique ad diligendum habent animum, & impetus ruentes precipita *indiſcrete ſe amicicie* uel familiaritatis obligant laqueo, cum ſapientis ſit diligenter prius diſcernere, ſi iuſto dilectionis ſufficiens materia ſuppetat, cui ſe *ſimilis* applicando & commiſcendo animus illud ſanctum & uenerabile amicicie nomen conſtituat. Sane ego id uobis, quod aliis de uobis iamdudum ſpondeo, quia ex quo ueſtri agnitionem accepi, nihil in uobis iuſta reprehenſione dignum repperi, quin potius, ut uerum fatear, probata admodum ueſtra & *irreprehenſibilis fuit conuerſatio*, eius qui uos educauit tam intime & ſingularis erga uos dilectionis teſtimonio. Que utique iamdudum a uobis defecerat, ſi uos a ſue inſtitutionis tramite deuiantem inuenerat, quia bene inſtitutus ani-

animus ibi receptaculum non inuenit, ubi ſuis moribus diſparia ſtudia perſpexerit. Michi uero cure non eſt, quid *imperitorum de uobis ferat opinio*, ſed nec ob id ullam capere moleſtiam ueſtra debet diſcretio, quia teſte ut noſtis auctore, niſi que ſibi innocentie eſt conſcia, fame deridet & nichili pendit mendacia, atque extrinſecarum rerum amaritudine reſperſa, in ſeipſam quaſi in turrim fortitudinis recipitur, dum nulla intus illati criminis conſcientia titillatur. Hoc autem fateor, uerbum de uobis emiſiſſe absque qua non doleo, quia de aliqua circa uos ambiguitate hec me certificauit occaſio, dum diuerſis diuerſorum relationibus, & inuita interdum aure percipitur, quod non ſtatim conferri cum amico ipſa amicitie lex patitur, ne dum dilectionis roborari putatur uinculum, aduerſo noto eiusdem intercedat diſcidium. Quin potius ſecundum id amico adminiſtranda eſt ammonitio, prout illius animi ſe habet diſpoſitio, quia ea res inſtabilitatis motu non quatitur, que ſuis circunſtantiis hinc indiligenter libratis debito ordine perficitur. Igitur de mea erga uos ſinceritate nulla uos ob id dehortetur ſuſpicio, cui ego ſicut quibuslibet amicis meis ſincere amicicie deuinctus eſſe uolo uinculo, quibus ſi ad obſequendum exterius mihi rerum copia non ſuppetit, id tamen, quod omni iam re pretioſius eſt, affectionis ſcilicet & fidei plenitudo, nunquam aberit, quod non ſolum uiuentibus, ſed etiam mortuis uolo exſoluere. Quia ueſtra fides nec cum morte nouit deficere, que certe ibi potisſimum exigitur, ubi heu per ſe nihil poſſe amicus cognoſcitur. Quamuis uero *diffuſo amicorum* gaudeam *numero*, *diuites* tamen amicos habere non

non cupio, niſi duntaxat fidei & ſtabilitatis preditos opulentia, cuius generis eſt magna penuria, quia & quicquid in rebus dialibus habetur eximium, prorſus raritate uenit in pretium. Quibus tamen omnibus uere amicicie excellit iocunditas, utpote in qua & re & ſpe preſentis ſimul & future uite ſita eſt felicitas. Hoc autem ideo uobis ſcripto ſuggerere non ab re credidi, qui mutue uobiſcum collocutionis copiam ad id enucleate exprimendum non habui, dum ad uos ueniendi michi tam moroſum non cedit otium, uos quoque uerſa uice cum aliis concurrentibus cauſis, ne ad me ueniatis haut diſſimile prepedit negotium. Preterea etiam membrana uerecundie rubore non tangitur, quo ex mutua collatione ſepe amicorum uultus obducitur, non quod hec plerunque culpe conſcientiam ingerat, ſed quod in falſe de ſe ſuſpitionis errorem amicum abduci formidat. Preſertim cum nichil usquam *fidum*, nichil *ſtabile* creditur, quia cum olim apud Deum duntaxat omnia poſſibilia forent, iam nunc etiam apud homines pro hominum diuerſitate & ineuitabili perfidia in poſſibilitatem redigit, quicquid conſueto nature curſu & ordine impoſſibile aliquandiu putabatur. Ceterum rogo, ut hoc ſcriptum ita apud uos lateat, ne ſuperuacue in plurium noticiam deueniat. Non, quod tale ſit eius contentum, quod mihi honoris uel fame minari uideatur periculum, ſed quod facile prebetur occaſio de qua ſue peruerſitatis materiam obligatione ſum intentatus & plerunque naſcitur de cauſis leuibus, quod graues poſtmodum eructat exceſſus.

Praeſtat reprehendere calamo quam ore.

DIPLO-

DIPLOMA CLXIV.

WICHMANNI *archiep.* Magdeb. *mandatum, quo* legationem *ſuam inſtruit ad pontificem* R. Vrbanum, *eo fine miſſam, ut papa ſibi temperet ab* iniuriis aduerſus imperatorem *Fridericum, filium eius & imperium redeatque cum utroque in* concordiam, *ſublatis* grauaminibus imperii *aduerſus ſedem Romanam.*

W. archiepiſcopus Magdeb. cohortatur Pontificem ad concordiam cum imperatore.

R*Euerendo & uenerabili in Chriſto patri ac domino, VRBANO, ſacroſancte & uniuerſalis eccleſie ſummo Pontifici. W. Dei gratia ſancte* Magdeburgenſis *eccleſie archiepiſcopus, cum ſuis* ſuffraganeis, *cum debita ſubiectione obedientiam.* Cum diuine diſpenſationis gratia apoſtolice ſedis antiſtitem & totius ſancte catholice eccleſie paſtorem & patrem digniſſimum de altitudinis ſue conſilio uos prouiderit, uniuerſi & ſinguli, quorum par affectus & eadem uota dinoſcuntur, paterne ſanctitati ueſtre cum filiali reuerentia tanto deuotius aſſurgimus, quanto amantiſſimam paternitatem ueſtram in Deo patre ſincera caritate diligimus, & iura eccleſiarum prudentie ueſtre perfectione manuteneri, & tranquilliori in dies pace foueri ſperamus. Inde eſt, quod habita hinc inde conſideratione, tam deuotionis quam ſancte *Romane* eccleſie & ueſtre paternitati tenemur, quam *fidelitatis* & ſingularis *dilectionis*, qua domino *imperatori* & *imperio* per *ſacramentum* obſtringimur, ſuper diſcordia, que inter *imperium* & *eccleſiam* morboſis cepit radicibus pullulare, intimis anime uiſceribus conturbamur, non immerito dolentes, *duorum gladiorum acies* in aduerſum colli-

Archiepiſcopi deuotio erga Rom. eccleſiam ſed erga imperatorem fidelitas & dilectio.

di,

gladiorum imperii&ſacerdotii acies collidi. di, quorum mutuis, ut deceret, auxiliis eccleſiarum *paci, iuſticiis* imperii, & totius orbis commoditati accuratius fuerat prouidendum. *Sereniſſimus* quippe dominus noſter *Imperator*, princeps *chriſtianiſſimus*, celebrata nouisſime ſolempni *curia*, *nobis ceteriſque imperii principibus*, tam clericis, quam laicis, magnatibus quoque & uniuerſis *nobilibus* propoſuit & grauiter conqueſtus eſt, quod in ipſa dilectionis fiducia, quam erga *perſonam* eius & imperium uos habere confidebat, quamque ipſe erga *perſonam ueſtram*, & ſanctam Romanam *eccleſiam* conceperat firmisſime, cum illuſtrisſimum *filium* ſuum Romanorum regem Auguſtum, quem tanquam unicum diligit filium, quaſi in ſignum conſummate iam pacis, quibuslibet expoſitum periculis pro defenſione ac libertate eccleſie Romane quanta potuit uelocitate transmiſit, inimicitias & grauamina aduerſus eum quod de ueſtra michi paternitate minime crediaiſſet, ſtudioſius exercueritis, ſicut in facto *Cremonenſium*, quos cum tanquam *bannitos* & publicos tunc hoſtes imperii ueſtram decuerat reuerentiam euitare, familiariter collegeritis dehortando uniuerſas ciuitates *Ytalie* ab afferendo ipſis auxilio & expeditione promouenda. Epiſcopis quoque tam literis, quam nunciis ſub pena officii & beneficii pariterque *anathematis* interminatione inhibendo diſtinctius, ne uel adiutorium facerent, uel aliquid ſecum comparare preſumerent. Quas profecto litteras quidam ex nobis uiderunt & perlegerunt, ſuper facto tanto uehementius ammirati, quanto minus timendum fuerat, ſub ſpecie dilectionis inimicitias palliari. Maxime autem & ſpecialiter de

Grauamina imperatoris contra papam expoſita in comitiis clericis & laicis, principibus & nobilibus.

Filius imperatoris expoſitus periculis pro pace.

Cremonenſes hoſtes imperii, proſcripti.

de facto *Treuerenſis* eccleſie ſubiunxit, de quo nec credi potuit, nec animo concipi, quod eo nequaquam accepto fine foret concludendum. Nam ſi ſecundum *ordinationem ueſtram* idem factum inconuulſum permanere deberet, uideretur imperium *demembrationem* & maximam ſui iuris diminutionem incurriſſe, preſertim cum nulla anteceſſorum ſuorum ab aliquo anteceſſorum ueſtrorum factum fuiſſe antiquitatis curioſa reportet memoria, *quod epiſcoporum quiſpiam in regno* teutonico *conſecrationem prius, quam regalia per ſceptrum imperiale receperit, quod quidem rationi non derogans in hec usque tempora uſus approbatus celebritate conſeruauit.* Sed nec hanc imperii iuſticiam *infringendam* per *uos* aut aliquatenus permutandam dominus *Imperator* cum ut atteſtatione uenerabilium uirorum *Monaſterienſis* & *Aſtenſis* epiſcoporum & fidelis uiri S. mandatarii, quos eiusdem uerbi ſponſores ad eum remiſiſtis, manifeſtum eſt, dum nunquam uos conſecuturum in uerbo domini firmiter promiſeritis. Ceterum in archiepiſcopatu *Mediolanenſi* iniurias multo ex tempore a uobis imperio factas in publico propoſuit. Ea namque ſedes quando ceteris in *Italia* maior & excellentior perhibetur, tanto uirum prudentem & utilem imperium in ea requirit & neceſſarium habet. Sed ut aſſerit, uſum *regalium* imperio antiſtitem eccleſie iam pluribus annis denegaſtis. Adiecit inſuper, quantis *exactionum* muneribus uniuerſe de imperio per ueſtros eccleſie ſubiaceant, uidelicet ut tam *eccleſie* quam *cenobia*, quibus uel *panis cottidianus non ſufficit*, in *erogatione pecunie*, in paſtu *familiarum*, in *ſtabulatione equorum* Romane eccleſie ſuper omnem

Treuirenſia negotia.

Demembratio imperii.

Omni memoriae inauditum ante conſecrationem peti ab epiſcopo quam per ſceptrum regalia acceperit ab imperatore.

Mediolanenſia.

Aduerſus pontificis exactiones ex eccleſiis imperii, & ſeruitia in paſtu & ſtabulatione.

mnem posſibilitatem ſuam *deſeruire* compellantur. Hec ſiquidem & plura his ſerenisſimus dominus noſter imperator in *facie ſollempnis* curie nobis ceterisque principibus ſuis propoſuit, oſtendens euidenter, quod tales iniurias ad grauamen perſone ſue & imminutionem honoris imperii nec poſſit nec debeat ſuſtinere. Vnde & nos, qui de *conſeruando* & *manutenendo* iure & *honore imperii*, imperatori & *illuſtri filio* ſuo, Romanorum regi Auguſto per *ſacramentum* tenemur, nichilominus quoque reuerende matri noſtre ſancte Romane eccleſie *dilectionis* & *obedientie* debito aſtringimur, & paternam ſanctitatem ueſtram in intimi cordis ſinceritate amplectimur, *excellentiam ueſtram* obnixe rogantes totius humilitatis & filialis deuotionis ſtudio deprecamur, quatinus ad *laudem Dei* & pacem ac *unitatem eccleſie* Dei & *imperii*, que nunc *toti mundo deſideranda* uenit & exoptanda, ea, que ad *grauamen imperii* facta dinoſcuntur, quoniam a nobis ea ſuſtineri aut ſub *ſilentio* preteriri fidei noſtre ſinceritati *nullatenus conueniret*, ſaniori uero expedit conſilio permutari faciatis ueraciter, ſi quid a domino *imperatore* intelleximus, & pro ipſo teſtamur, qui paratus eſt & ſemper fuit ad faciendam iuſtitiam & recipiendam, & ſuper his, que aduerſus imperium eccleſia propoſuerit iuſticie amicabili componi, aut arbitratui bonorum uirorum aſſenſum indubitanter prebere. Propter quod honorabiles uiros, litterata preditos prudentia, & diſcretione conſpicuos, *Woltwinum* prepoſitum *Magdeburgenſem*, *Andream* ſcholaſticum *Spirenſem*, & magiſtrum *Ludolfum* Magdeburgenſem, ſanctitati ueſtre duximus tranſmittendos; paternam benignitatem ueſtram pro-

Querelae in plenis comitiis.

Ipſe archiepiſcopus ad iura imperii obſtrictus aduerſus papae iniurias.

Papae non ſanctitas, ſed excellentia rogatur, ut ſibi temperet ab iniuriis in imperatorem.

propenſius exorantes, quatinus conſueta apoſtolice manſuetudinis karitate eos recipere, & que ex parte noſtra propoſuerint, *clementer audire* dignemini, ac uerbis eorum fidem indubitatam adhibere.

DIPLOMA CLXV.

HENRICI *Albani epiſcopi, legati apoſtolici* litterae, *quibus* conuocat *ad* comitia *praeſules Germaniae per* portitorem *ad deliberandum de bellis ſacris aduerſus Saracenos ad uendicandum crucem & loca a Chriſti pedibus conſecrata.*

KAriſſimis in Chriſto fratribus & amicis, uenerabilibus Dei gratia *archiepiſcopis*, *epiſcopis*, *abbatibus*, *prepoſitis* & aliis eccleſiarum prelatis & dilectis in domino nobilibus uiris *ducibus*, *comitibus*, *marchionibus* & *aliis principibus* uniuerſis per regnum *teuthonicum* conſtitutis, ad quos littere iſte peruenerint. HEINRICVS *eadem gratia Albanus epiſcopus*, *apoſtolice ſedis legatus*, *ſalutem in domino*. Ex quo uox illa turturis, uox gemitus, uox doloris fines noſtros lamentabilis nuper nouitate rumoris aſperſit, quis ad tantam ſtragem non ingemiſcat populi Chriſtiani? quis *terram* illam *ſanctam*, quam *redemptioni* noſtre ipſi *dedicauerunt pedes* domini, *ſpurcitiis paganorum* exponi non doleat? quis *crucem ſaluificam* captam non deploret? & *conculcatam* ab ethnicis, & ſanctuarium domini *prophanatum?* Heu, heu ad auditum quendam ſimilem, cum *fixuras* clauorum *crux* ipſa ſuſciperet, terra *tremuit*, ſol expauit, petre ſciſſe ſunt, & aperta credimus monumenta. Cuius ergo

Querela legati Pontificii de terra ſancta ab infidelibus occupata.

Terram ſanctam redemptioni dedicauerunt pedes Chriſti.

Crucis elogia.

ergo uel *ſaxeum pectus* auditus iſte non emolliat, cum ſputis afficitur, configitur, habetur contumeliis *crux admirabilis*, noſtrorum curatio uulnerum, reſtitutio ſanitatum, lignum dulce, ſignum uite, *uexillum* militie chriſtiane? Fateamur neceſſe eſt, quamuis quidem minora patimur, ſed maiora quam potuerimus uel timere. Verumptamen quia uniuerſe uie Dei miſericordia & ueritas, eatenus nos deiicere non debemus, quin ſperandum nobis ſit, quod qui, peccatis exigentibus, populum chriſtianum, qui iam poſt concupiſcentias ſuas oculos ſuos ſtatuerat declinare in terram de iuditio flagellauit, redemptionem nobis de miſericordia ſua reſeruauit. Quomodo namque *aſportari permitteret lignum crucis ab ethnicis, niſi iterum crucifigendus ab eis?* Ecce uidemus iteratum redemptionis noſtre miſterium, dum pro nobis ſuo nunc nomini non pepercit uel cruci, qui quondam proprio filio non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum. Non enim abbreuiata eſt manus domini, nec brachium Domini infirmatum eſt, ut ſaluare non poſſit, ſed operatur miſericordiam ſuam inſcrutabilis altitudo Dei, *ut torpentem mundi deuotionem ſic excitet*, atque per obſequium ueſtrum & aliorum, quos ad hoc eligere dignatus fuerit, nobis ſalubriter & ſibi glorioſe de barbare nationis hoſtilitate triumphet. Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis, in quibus utinam *milites Chriſti* abiiciant opera tenebrarum, & ad uindicandam iniuriam crucis indui non differant arma lucis, loricam fidei & ſalutis galeam aſſumentes. *Malitia* fuit, non *militia*, quod hactenus Chriſtianorum cedibus & rapinis & execrabilibus tornamentis intenti ignem

Torpentem deuotionem excitat dominus per infidelium occupationem terrae ſanctae.

Malitia non militia.

ignem inextinguibilem & immortalium cruciatus uermium meruerunt. Felix eis abeſt militia, in qua & uincere gloria, ſed magis mori lucrum. Ad hanc inuitat uos hodie, qui amat animas, nec proprie pepercit iniurie, ut neceſſitatem fidelibus ſuis imponeret ad hanc miliciam compellentem. Adeſt qui ſignaculum uite gementibus ſuper tantis malis ad euaſionem intolerabilis percuſſionis imponat, & quamuis multiplicia uaſa interius exigentibus peccatis iam egreſſi teneantur percusſiones. Solos nocebunt eos, qui diuinitus oblatum ſibi uite ſignaculum recuſabunt. Inde eſt, quod a ſereniſſimo domino F. *Romanorum imperatore* & ſemper Auguſto, & nobis pariter, qui de mandato *ſedis apoſtolice* pro eodem negotio, quantum Domino cooperante facultas ſuppetit, laboramus. *Sollempnis* eſt *curia* conſtituta apud *Maguntiam*, ad quam dominica, qua cantatur *letare Iheruſalem*, diem feſtum agant & conuentum faciant omnes, qui diligunt eam. Quoniam igitur eadem curia ſingulariter eſt Saluatori Domino deputata, ſicut *imperialis maieſtas* ſua poteſtate nos conuocat, nosque ex parte Dei, & ea qua fungimur *legationis* auctoritate uniuerſitatem ueſtram ad eandem curiam *conuocamus*, &, ne quis ueſtrum legitima & certa neceſſitate preſentiam ſuam predicto *concilio chriſtianitatis* exhibere diſſimulet, iniungimus firmiter & mandamus. Vos autem uenerabiles epiſcopos in conuocandis Abbatis & aliis Prelatis, qui *ſub uobis* ſunt, una cum preſentium *portitore*, qui forte omnes adire non poterit, fore precipimus ſtudioſos. Illud etiam uniuerſitati ueſtre duximus nominandum, ut ad *curiam Ieſu* Chriſti in ea grauitate & modeſtia, qua con-

Ille demum miles, cui mori lucrum.

Conuocatio ſtatuum imperii ad conuentum Moguntinum.

Apoſtolici legati auctoritas conuocandi comitia in imperio.

Epiſcopi conuocant abbates & praelatos ad comitia, ſi ipſi ante uocati.

uenit, euectionum neceſſitate & omni curioſitate & gloria temporali poſtpoſita, ſtudeatis accedere, *igne* tamen *karitatis* & obedientie ad *exaltationem chriſtiani* nominis unanimiter inflammati, ut fidem, quam lingua noſtra loquitur, habitus, familia & conuerſatio fateatur.

DIPLOMA CLXVI.

EGIDII *Tuſculani epiſcopi & legati* apoſtolici *acerrima diſputatio aduerſus* ANTIOCHENVM *patriarcham, quod nolit* papae *Romano concedere* primatum, *contemnat* litteras *papae, ignominia adficiat* papales legatos, *ſeque non* filium *dicat ſed* fratrem papae, *cum iniuria decalogi.*

Legatus Pontificius cum patriarcha Antiocheno ob defectionem a ſede apoſtolica expoſtulat.

EGIDIVS *Tuſculanus epiſcopus, apoſtolice ſedis legatus* B. ANTHIOCHENO *patriarche*. Quod relatione non didici uel rumuſculorum deceptoria uarietate, immo ſub interminatione magni diſcriminis cum erubeſcentia declamo, experientiam proferens, non coniecturam. *Contempſeras* iam ſepenumero ſanctam & *apoſtolicam ſedem*, litteras omnium Chriſtianorum patris inſolenter reſpuens, *legatos* eius contra tue profeſſionis ſacramentum *reiiciens*. Ego tamen *legationem* domini mei pape aſſumens, cum his, qui oderunt pacem, pacificus eſſe optabam ſpe correctionis, non conſenſu malignitatis, decedebam ad hoc habite tecum *familiaritatis* aliquante contubernium, quod me tibi fideliſſimum preſentabat, propenſiorem ad obſequendum tue caritati, quam ad arguendum. Demum ſi aliquando perſona *potens* minus *aptum* delegauerit *nuncium*, non deſpicitur *humilitas miſſi*,

Legatus non ex ſua, ſed mittentis dignitate

miſſi, quia ſeruatur *reuerentia mittentis domini*. Tu autem ſummi *pape* non attendens *imperium*, me *conſeruum* tuum de finibus noſtris *exturbaſti* ſuffocatum eſtimans, ſi allegatum tibi directe ſilentium potenter imponeres. In quo nimirum facto tibi dicit *Zacharias* propheta: *Leua oculos tuos & uide maledictionem, quaſi uolumen uolans, uenientem ad domum iurantis in nomine meo mendaciter, ut conſumat eam.* Scriptis profecto & patentibus argumentis a modo demonſtrabitur uniuerſis, quanto cum tuo periculo contra omne fas & ius temptes antiquum diuinitatis conſilium immutare, quodam ſupercilio Romanum contemnens dominium. Illi ſane poſt communem in *baptiſmate* promisſionem in *conſecratione* tua coram domini ſepulcro obedientiam pape promiſiſti, ſumſiſti denuo palii fidem, cooperante domino *Mauricio Portuenſi* epiſcopo. Iam pridem *erroris* ſeductus *fantaſmate* aſcendiſti equum ſuperbie, ut cadas retro confuſus, non in faciem, ut *Saulus*. Qualis uero quam lamentabilis uere & deteſtabilis eſt illa *ſacrilega uſurpatio*, qua te *collegam* & *fratrem* domini *pape* iactas. quod dicere ad hec usque tempora omnis *borruit Chriſtianus*, & dicentem inter chriſtianos eccleſia non habuit. Ignoras *Petrum* a petra Chriſto denominatum, ſuper cuius *corpus Rome* tota conſiſtit eccleſia. Petrus iſte implet fundam & fiſiſtheum *Goliath* in frontem percutit, ubi crucis uexillum prophanus & impius non habet. Omnis ſiquidem eccleſia Romana aduerſarios cernit. Fundamentum aliud preter id, quod poſitum eſt, fruſtra laborantes ſtatuere. Recordare tandem, quod *ſacra hiſtoria* narrat. Profecti arrogantes de oriente in campum *Sennaar* con-

aeſtimandus.

Legatus a-poſt. exturbatus.

Diuinitatis conſilium: Romam omnibus imperare.

Fantaſma erroris, ſi quis non paret papae.

Sacrilegus patriarcha, *qui ſe* fratrem *dicit* papae.

In Petri iniurius primatum.

conſtruxerunt turrem *Babel*, habentes lateres pro ſaxis, & bitumen pro cimento. *Oriens* non immerito *uniuerſalis* eccleſia *Roma* eſt, a qua quicunque reſilierit, fetorem omnibus ſociis facit, *Sennaar* enim fetor eorum interpretatur. De quibus propheta; *Computruerunt in iniquitatibus ſuis.* Et Yſaias: *Erit pro ſuaui odore fetor, & pro zona*, cetera. Iſti terrenis uoluptatibus dediti *luto* & *lateribus* celum attingere cupientes dum attollunt ſe ſuper ſe, confuſionis ſempiterne *Babel* edificant cum *Egiptiis*, qui cum ſimili opere *filios Iſrael* affligebant, in abyſſum repente diuoluendi. Enimuero ſi in *petra fidei*, que eſt Romana eccleſia Petri, edificii fabricam conſtrueres, non in harena mundane ſpei, in qua *Moyſes* ſepeliuit Egiptium, memor eſſes beneficii a pia matre tibi copioſe collati, libenter te *ſubiiceres illi*, que quoſcunque reges tibi ſubiecit. Hoc ſanctum ut implere ualeas, clama cum Yſaia. *Lateres ceciderunt, ſed quadris lapidibus edificabimus. Siccomoros ſucciderunt, ſed cedros immutabimus.* Alioquin time, quod prouerbia tibi ſpecialiter imprecantur. *Oculum, qui ſubſannat patrem, & deſpicit matrem, effodiant corui de torrente, & comedent eum filii aquile.* Quod procul dubio re ipſa tibi continget, quando dictante iuſtitia dominus *papa*, *epiſcopi*, *cardinales*, *tota accordante eccleſia*, aduerſus preſumptiones tuas conſurgent. Tunc preſumptiones tue crepabunt. Qui ſe in ſe in altum dirigens ultra metas tui ordinis te extollis non conſiderans teipſum. Porro bonum eſt, ut oculus ſcandalizans *eruatur* & proiiciatur, quatinus intuitus ſuperbie & malicie obceratur, & oculus ſane fidei ac ſimplicitatis aperiatur. Vnde dicit apoſto-

Coelum uult tangere, ut Babylonii, qui par uult eſſe papae.

Imo ita patrem & matrem ſubſannat.

Omnium iras meretur.

Meretur que perdi.

ſtolus: *Si quis inter uos uidetur eſſe ſapiens.* Qui aliquando excecatur illo ſuperbo oculo, ſpirituali illuminatus eſt a domino. Heccine Romane ecclefie recompenſas, que miſeram *Antiochiam* ex ipſis *biantium faucibus hoſtium ualenter uiolenter extraxit* iam funditus abſortam, & in dies filios ſuos ad conſeruandam eam mittit, ſuam tolerans imminutionem, ob ipſius liberationem? Mirum in modum factum eſt, ſicut quod dicit Amos: *Quomodo ſi eruat paſtor de ore leonis duo crura aut extremum auricule, ita uos eruit apoſtolica pietas de ineſtimabili Perſarum rabie.* O altitudo profana. Parum erat litteras domini pape *negligere*, ſi non & meipſum epiſcopum tu epiſcopus per tuum *capellanum & caracteres contumelioſos* confutares, legatum domini tui impudenter repelleres? neſciens forſitan *legationem ſolam* ſequeſtram pacis uel belli a ſapientibus nuncupari. *Vtinam aperiret dominus oculos tuos*, ſicut aperuit zezi, uidens multo plures nobiſcum eſſe, quam tecum. Sed pudor cecitate percuſſus niſi per *Helyſeum* ducaris in *Samariam*, ſicut *Benadab*, uiſum recuperare non poteris, uidelicet per obedientiam domini pape redire ad metropolin *Iſraelitarum*, Romanam ecclefiam. Sin autem ut Balaam apertos tandem habebis oculos, cum ſola uexatio dabit intellectum. Timendum certe & uere timendum, ne propter tuam ſingularem *extollentiam orientalis* confundatur ecclefia, inter ſe inteſtinum miſcens excidium, & *occidentalis* ecclefie perdens auxilium. Quod indubitanter eueniet, niſi ad te redieris, & niſi ſuffraganeos ſuos *Treuirenſi* archiepiſcopo libere dimiſeris, nullius in hoc ſuſtinens preiudicium, ſi domin. pa-

Ingratus aduerſus papam benefactorem.

Aquileia defenſa per papam.

Contemtus Aquileiae aduerſus papam.

Extollentia patriarchæ iniuſta.

Bella inteſtina Orientalis eccleſiae.

Treuirenſis.

pape mandatum obſerues. Scandalis iſtis de medio ſublatis per Pſalmiſtam loquatur dominus pacem in plebem ſuam, & in - - - & *ambulabimus in domo domini cum conſenſu.* Ceterum in *rebellione* cum pertinacibus pacem non habebimus, ne operibus malignis communicemus, quia nec ſpiritus hic fecit pacem, hominibus bone uoluntatis offerens. Confidimus tamen ex diuina pietate, quod uel ab hiis ammonitus ceſſabis. Denique ſi de ſcola *Petri Antiochenam* eccleſiam proceſſiſſe aſſeris, *nauem Petri in Ieruſalem edificatam* cognoſce, portuque ab illo anchora ſoluta littoribus ueſtris per eſtuantium uolumina undarum applicuiſſe. Atteſtante enim domino oportebat predicari euangelium in omnes gentes incipientibus ab *Ieruſalem*. Igitur quia de Syon principium noſtre ſalutis diuerſis de cauſis exaltare nos conuenit, ut exaltemur. Poſtremo pro Chriſto legatione fungens tanquam Deo exhortante per me, obſecro *reconciliare patri tuo, ut uiuas propter eum, qui eſt pax noſtra,* qui fecit utramque uniri.

Primatus Antiochenus a ſchola ibi Petrina.

Sed ita primae debentur Hieroſolymitano.

DIPLOMA CLXVII.

Fragmentum litterarum aduerſus Antiochenos *recuſantes papae primatum.*

EGIDIVS *Dei gratia Tuſculanus epiſcopus, ſacre Romane eccleſie legatus ad Antiochenos.* Approbate ſanctionis concilia, ſcita canonum, legumque uenerabilium conſulta, irreuocabili promulgata decreto, quatinus in urbe Roma totius *eccleſiaſtice diſcipline* prerogatam diuinitus prefulgeat, *regalium* apex *dignitatum* ibidem prepolleat, ubi ipſe uertex & cardo apoſtolorum *Petrus carnis ſue* beatam *reſurrectionem* in nouiſſimo die expectat.

Romae apex regalium dignitatum.

DIPLO-

DIPLOMA CLXVIII.

anno 1372.

Fragmentum confirmationis contractus coenobii B. M. de Rodenburg *&* Hondorp.

Licet officii noſtri debitum exigat, ut iuſtis quibuslibet petitionibus noſtra ſe benignitas efficaciter accommodare debeat, confidentius tamen id a nobis expetunt, qui *familiarioris* affectus obſequio nobis deſeruiunt. Ea propter uniuerſitati fidelium notum eſſe cupimus, quod nos ſedula circa nos deuotione fratrum eccleſie *beate Marie* prouocati, inter reliqua que munificentia principali in *Rodenburg* eis contulimus, quandam etiam planitatem ſuper addidimus, que inter utrosque montes, *Rodenburg* uidelicet & *Hondorp* porrigitur, & tribus nichilominus uiis intercluditur. Poſtmodum autem placuit predicte eccleſie fratribus dimidium manſum a uenerabili *Robero* maiore prepoſito acquirere, qui idem prope Salam ſitus complantandis *uinetis* uidebatur accommodus. Quod quia ſine communi canonicorum ſuorum conſenſu fieri non poterat, nobis mediantibus eo ordine res acta eſt, quod pretaxati fratres memorato prepoſito manſum unum in uilla Stemerc.

Planicies inter Rodenburg & Hondorp ſita,

item uinea prope ſalam eccleſie B. Mariae traditur.

DIPLOMA CLXIX.

CVNRADVS *archiepiſc.* Magdeb. *feudum* patronatus *& praediorum*, *ſibi* refutatum, *donat coenobio B. M. cum conſenſu decani & capituli anno* 1372.

anno 1372.

Conradus *Dei gratia ſancte Magdeburgenſis eccleſie archiepiſcopus &c. in perpetuum.* Quoniam humana natura ſemper ad diſſentiendum prompta & quodammodo labilis ad delicta.

Homo ad diſſentiendum facilis.

anno 1372. Nos ea, que uel coram nobis fiunt *rationabiliter*, uel aguntur, ne *obliuionis* ne uel fermento *calumpnie* uicientur, in publicam ſcripti reducimus notionem. Nouerint igitur uniuerſi, quod ſtrenui *milites*, uidelicet Ericus, Fredericus & Ludouicus fratres dicti de *Esbeke*, uolentes benefate eccleſie beate Marie in Magdeburg, nobis humiliter ſupplicarunt, quatenus cum eccleſia in *Welsleue*, in qua ius *patronatus* & *temporalia* a nobis habuerunt in *feodo iure hereditario*, in manibus noſtris parati eſſent eatenus *reſignare*, ut eam in *proprietatem* dicte eccleſie *beate uirginis* donaremus, nos attendentes dictorum *militum* pium eſſe propoſitum & ſalutiferum, ipſorum precibus inclinati, & facta prius ab eis *reſignatione* ſepe dicte eccleſie & *collegio ſancte Marie uirginis*, quam & quidem ſpeciali amplectimur caritate, de approbatione noſtri *capituli* & *conſenſu* dictam eccleſiam in *Welsleue*, quam ad ius *patronatus* & *temporalia iure proprio* damus & tradimus in perpetuum, ad habendum, tenendum, poſſidendum & de ea deinde faciendum, quicquid facere poſſunt in aliis eccleſiis ſuis, in quibus *patronatum* habere cum temporalibus dinoſcuntur, prouiſo, quod bona *dotalia* illius parrochie non diſtrahantur, iura *archidyaconi* non diminuantur, & honeſta *hoſpitalitas* & conſueta inibi conſeruetur. Sunt autem bona dotalia, que habet eccleſia memorata, *tres manſi* liberi in uilla *Welsleue* ſiti, & quartus manſus cenſualis in uilla *Lurſtorp*, ſoluens V. ſolidos, & V. pullos in feſto Mauricii annuatim. Colonus etiam ſiue cultor illius manſi eſt eccleſie ſupradicte. Item in eadem uilla *Welsleue* quinque aree ad dexteram pertinent pratum & ſalices

Milites Magdeburgici ab Esbeke.

Eccleſia in Welsleue donatur fratribus B. Mariae Magdeb. quae in feudo ab archiepiſcopo idque iure hereditario.

Feudi refutatio eo fine, ut illud a domino donaretur eccleſiae.

Cum conſenſu capituli dat archiepiſcop. temporalia coenobio B. M.

Conſeruanda hoſpitalitas in coenobiis.

Pertinentia ad eccleſiam in Welsleue *ſ.*

ſalices prato aſtantes, item iuxta pratum predi- *anno* 1372.
ctum iugerum unum eſt a latere terminantes a- 1015.
lie *ſalices* in longinquo, item in uilla *Kokedhe* *bona* dota-
dimidium iugerum eidem eccleſie aſſcriptum. lia.
Huic etiam donationi & tradidimus nos WAL- *Decanus*
TERVS *Dei gratia decanus* totumque maioris *Magd. for-*
eccleſie capitulum interfuiſſe recognoſcimus & *mula utitur*
etiam conſenſiſſe. In cuius rei teſtimonium Dei gratia.
noſtrum & *capituli* noſtri ſigilla his literis duxi-
mus appendenda. Teſtes huius ſunt illuſtris *Teſtes.*
comes Sifridus de *Anhalt*, Ritbertus de *Druile-*
ue, Thimo de *Eisleue*, Georgius canonicus ec-
cleſie ſancte Marie, frater predictorum militum
de *Esbeke* & complures alii fide digni. ACTVM *Actum.*
Magdeburg anno domini MCCCLXXII. quinto
idus *Iunii*. Pontificatus *noſtri* anno VI.

DIPLOMA CLXX.

GERO *archiep.* Magdeb. *inſtituit eccleſiam* B. M. *& inſigni* fundorum *&* iurium *mercatus &* monetae *numero adparatuq; inſtruit, dotat adaugetque anno* 1015.

IN *nomine ſancte & indiuidue trinitatis.* GE- *anno* 1015.
RO *ſolo nomine archiepiſcopus, licet indignus.*
Omnibus eccleſie catholice fidelibus. No-
uerit uniuerſitas fidelium tam preſencium,
quam futurorum, qualiter nos ad augmentum
diuini cultus pro ſalute anime noſtre & prede-
ceſſorum noſtrorum archiepiſcoporum eccleſi- *Fundatio*
am in honore beate *Marie* a fundamentis erexi- *eccleſiae*
mus, & in ea congregationem clericorum collo- *ſanctae Ma-*
cauimus, quos etiam in noſtre congregationis *riae in*
fraternitatem, ſanctorum uidelicet *Mauricii* & *Magdeb.*
Innocentii martyrum ſuſceptos noſtra diligentia
firmiter ſtabiliuit. Hec ſunt autem, que ad ſu-
ſtentationem eorum, & poſt ipſos futurorum
per-

anno 1015. *eiusque dotatio.* perpetuo poſſidenda contulimus. In uilla *Rodennorde* XXII. manſos. In uilla *Winkeldorp* VII. manſos. In *Byere* IX. manſos. Slauicum *Byere* totum, X. ſcilicet manſos. In uilla *Mulinge* Slauorum hobas VI. In uilla *Wellesleue* VII. manſos cum poſſeſſoribus eorum. Villam *Swalcze* totam, X. ſcilicet manſos cum colonis eorum. Ciuitatem *Froſe* cum omnibus, que ad eam pertinent, queſitis inquirendiſque areis, edificiis, pratis, paſcuis, aquis ſalſis & inſulſis, & quicquid in ea utilitatis eſſe poterit, in *mercatu*, *theloneo* & *moneta*, & *capellam* eiusdem ciuitatis in honore ſancti Laurencii dedicatam cum dote ſua, VII. uidelicet manſis & decima ipſorum, & prato, quod adiacet Albi, quod *Froſinkgewiſche* dicitur. Villam quoque *Kanoldeſthorp* cum decima & *mancipiis utriusque ſexus* in ea commorantibus. Manſum unum in uilla *Euenthorp* cum tota decima eiusdem uille. In uilla *Rotardaſtorp* V. manſos, & eccleſiam eiusdem uille cum dote ſua. In uilla *Moſe* V. manſos XV. ſolidos ſoluentes. In uilla *Salbeke* X. manſos, cum ſilua, que intercluditur antiqua & noua Albi certis terminis diſpoſita, a uiro nobili *Harterado* centum talentis libratis comparata, legitimis eius *heredibus conſentientibus* & compromittentibus, in preſencia domini *Heynrici* regis ſecundi conſiſtente eo *Walehuſen*, anno regni eius XII. Item uillam *Volcmareſtorp* a quadam nobili matrona *Emmeke* uocata precio centum LXX. marcarum comparatam, ut quicquid ex ea utilitatis prouenire poterit, tam in areis quam in edificiis, terris cultis & incultis, ſiluis, pratis, paſcuis, riuis riuorumque diſcurſibus, mancipiis, totum in uſus fratrum nouelle plantationis cedat. Ad-

Loca diuerſa Byern. Mulingen. Wellesleue. Swaleze. Froſe.

Froſinkgewiſche. Kanoldesdorp, cum ſeruis & ſeruabus. Euenthorp. Rotardasdorp. Moſe. Salbeke.

In praeſentia Henr. II. Volckmarsdorp.

Addimus & huic donationi noſtre quaſdam res propriе utilitatis noſtre in uilla *Oddenheim*, & *Oddendorp* LXIV. manſos & XV. manſos in uilla *Rothmaresleue*, quatuorque manſos in *Karelesbach* & in *Kareſtat* ſitos dedi cenobitis in *Heroldeſuelt*, pro decima cuiusdam uille *Darlinge* dicte, in parrochia *Haluerſtadenſi* ſite, ut de ipſa decima ea que uetuſtas in lignorum inſtrumentis conſumpſerit, reparentur. Predicte uero canonice familiam hoc donamus libertatis *priuilegio*, ut nullius expeditionis aut alterius ſeruicii incommoda exactione grauentur. *Canonici* autem defuncto *prepoſito* uel *decano* non cogantur alios accipere, niſi quod probatos uita & moribus elegerint. Quod ſi in *eligendo* partium uota ſe diuiſerint, aliis alium clamantibus, ſanior pars fauente gratia epiſcopi quem elegerit, obtineat. Idem uero qui & *prefectus* eſt urbis *Magdeburgenſis*, aduocatus eorum ſit, nullumque pro ſe ſibi aduocatum, niſi rogatu canonicorum, ſubſtituat. Huius rei teſtes ſunt confratres noſtri & *chorepiſcopi* Meynwertus, Hildewardus, Ericus, Wigo, & Nazo, fratres de ſancto Mauricio, Herimon decanus, Helmericus presbyter, Hildebrandus presbyter, Theodericus presbyter, Srps presbyter, Geddo presbyter, Fridericus dyaconus, Meyngoz dyaconus, Gero presbyter, Siuart dyaconus, Eric ſubdyaconus. His igitur diffinitis & certis teſtibus aſſignatis, auctoritate ſancti ſpiritus in uirtute domini noſtri Iheſu Chriſti excommunicamus & eterno *anathemate* a ſocietate *ſupernorum ciuium* ſequeſtramus, ſi quis hanc noſtram ſanctionem preſumpſerit uiolare & temeritatis auſu in aliquo temptauerit annullare. *Data* ydus Decembris, *Anno*

anno 1015.
Oddenheim
Oddendorp
Rothmarsleben.
Karlsbach.
Karſtaett.
Darlinge.
Immunitas a ſeruitiis.
Non maiora ualeant, ſed ſaniora.
Aduocatus ſit praefectus urbis.
Teſtes chorepiſcopi.
Sanctio.
Datum anno

anno 1015. 1317. *no Chriſti* 1015. *papa Caeſaris pontificis Magdeb.*

no dominice incarnationis MXV. indictione XIIII. preſidente ſancte uniuerſali Romane ecclefie *Benedicto* papa octauo. Anno autem glorioſiſſimi *Heynrici* regis ſecundi regni XV. imperii tercio. Anno quoque *Pontificatus* Geronis *archiepiſcopi* III. Actum *Magdeburg* feliciter. Amen.

DIPLOMA CLXXI.

RVDOLFVS *miles de* Gatersleuen *donat coenobio B. M. cum conſenſu* filiorum *& conſanguineorum ſuorum aliquot manſos in* Eſcherſted *anno* 1317.

anno 1317.

IN *nomine domini, amen. Ego RODOLPHVS miles de nouo* GATERSLEVE, *recognoſco atque tenore preſencium publice proteſtor*, quod acceptis quatuor *marcis* argenti *Stendalgenſis*, ab honorabili uiro domino *Wernero* prepoſito ecclefie *ſancte Marie in Magdeburg*, & ſuo conuentui donaui & contuli ipſis nec non ecclefie ipſorum proprietatem *duorum manſorum* in campis uille *Eſcherſtede* ſitorum, ac arearum ad eosdem manſos pertinentium, que ad nos ex *obitu* propinquorum noſtrorum *iure hereditario* fuerat deuoluta, a dictis uidelicet domino *prepoſito* & ſuo conuentu *proprietatis* titulo perpetuo poſſidendam, ualens eosdem ab impetitione quorumlibet *warandare*, & *heredes* mei dilecti ſcilicet Henningus, Hinricus, Rodolphus & Hogerus *filii mei* debent eos ſimiliter defenſare. Et quia *fateor*, hanc *donationem de conſenſu predictorum heredum meorum* rationabiliter eſſe factam, dedi ſupradictis domino prepoſito & conuentui preſentem litteram *ſigilli* mei munimine roboratam. Teſtes huius donationis ſunt dominus Gumpertus

Rodolphus de nouo Gaterſleue donat eccleſiae B. Mariae 2. manſos in Eſcherſtede. Warandare euictionem praeſtare.

Teſtes.

tus de *Alsleue* miles, auunculus meus. Item fratres & canonici memoratae eccleſie, ſcilicet dominus Conradus dictus diues *cellerarius*, & Arnoldus de *Goslaria*, & Iohannes Plebanus in *Luderdeborch*, item frater Conradus *magiſter piſtorum* & frater Loth rector curie in *Luderbeborch*, qui dictis *placitis* interfuerunt, ac plures alii fide digni. Datum anno domini MCCC. ſeptimodecimo, feria ſecunda poſt dominicam Quaſimodogeniti. *anno* 1317. *magiſter piſtorum.*

DIPLOMA CLXXII.

TRANSACTIO *poſt rem Magdeburgi* iudicatam *inter* obedientiarium *B. M. coenobii & monaſterium muliebre S.* Mariae Magdalenae *in Magdeburg, ea lege, ut ultimis cedant* areae, *adiudicatae primis, ſub annui cenſus praeſtatione.*

Nos *BVRCHARDVS prepoſitus*, *IOHANNA diuina miſeratione* PRIORISSA, *totusque conuentus monaſterii ſancte Marie Magdalene in Magdeburg.* Recognoſcimus per preſentes, quod cum aliquandiu inter nos ex una, & dominum Hinricum *Hiddonem obedientiarium* eccleſie ſancte *Marie* in Magdeburg parte ex altera ſuper quadam proprietate duarum *arearum* apud cimiterium ſancti *Iacobi* ſitarum, quarum una uocatur area *Wockenſtede*, & alia *Seuemeke*, contentio habebatur. Tandem partibus coram iudicio & *ſcabinis* ciuitatis Magdeburg. comparentibus *iudicialiter* & *ſententialiter* extitit iudicatum: *quod proprietas dictarum arearum de iure ad eccleſiam ſancte Marie* in Magdeburg & *ad* obedientiarium *eiusdem eccleſie pertineret & dudum* *Obedientiarius.* *Duae areae,* Wockenſtede & *Seuemeke eccleſiae ſanctae Mariae adiudicatae. Sententia lata in urbe coram iudi-*

per-

cio & ſcabinis. *pertinuerit ad eosdem.* Sopita autem huiusmodi contentione *obedientiarius* de predicta proprietate iuſticialiter potens factus fuit, & in eandem proprietatem a *prouiſore* noſtri monaſterii demonſtratus. Idem uero obedientiarius ob *reuerenciam* beate *Marie Magdalene* & fauorem ſpecialem inter nos dudum habitum in hoc conſenſit de *capituli ſui* conſenſu, quod *obedientiarius*, qui pro tempore fuerit, prouiſori noſtri monaſterii perſone fidedigne & poſſeſſe, uel alie perſone fide digne &. poſſeſſe, que pro tempore fuerit, nomine noſtro easdem debeat conferre *areas* pro *ſedecim ſolidis cenſus*, ita quod VIII. ſolidi in feſto paſche tempore cenſus, & octo ſolidi in ſeptimana communi tempore cenſus annis ſingulis de predictis areis *obedientiario* perſoluant, perſona defuncta cui dicte aree collate fuerant, ſucceſſori illius *obedientiarius* predictas areas conferre debeat, ita tamen, quod idem ſuper collatione dictarum arearum in *obedientiarii fauore* maneat, atque uiuat. Conſentimus etiam in hoc, ſi *cenſus* de his areis a prouiſore noſtro ſiue per nos ſi per tempus aliquod prouiſore *careremus*, obedientiario, ut dictum eſt, in predictis terminis *non fuerit perſolutus*, extunc obedientiarius ſuper defectum predicti cenſus non ſoluti in his areis *inpignerandi liberam* habeat facultatem. Item ſi perſona, cui dicte aree collate ſunt, *tempore cenſus* ſoluendi, preſens in ciuitate non eſſet, extunc obedientiarius uel ſuus nuncius pro eodem cenſu in ſupradictis terminis *inpignerandi* habeat poteſtatem. Ex parte noſtra huic ordinationi interfuerunt *Burchardus* prepoſitus noſter, Iohannes de *Brunesſwich*, apud ſanctum Iacobum morans, frater Nicolaus

A qua ſponte abit obedientiarius cedendo areas pro annuo cenſu.

Cenſitae ei clientela addicti,

Facultas pignorandi.

Teſtes.

us de noſtra *curia* & Symon filius Petri tub *ripa*. *anno* 1274.
Ex parte altera *obedientiarius* predictus, Iohannes de *Helmeſtede*, canonicus eccleſie ſancte Marie in Magdeburg. Conradus & Heyno *Brunonis*, ciues in Magdeburg, quos ponimus hic testes. Et ne cuiquam ſuper eo inpoſterum dubium aliquod oriatur, preſens inde confectum noſtris *ſigillis* fecimus roborari. DAT. Magdeb. *Datum* 1293.
anno domini MCCXCIII. X. Kal. Febr.

DIPLOMA CLXXIII.

CVNRADVS *archiepiſcopus Magdeburgicus* aduocatiam *in coenobium B. M.* feudi *iure delatam* Denſtediis pincernis, *ab his, pretio ſoluto, refutatam, donat coenobio B. M. anno* 1274.

IN *nomine Domini. Amen.* CONRADVS *Dei gratia ſancte Magdeburgenſis eccleſie archiepiſcopus uniuerſis preſentibus & futuris in perpetuum.* Quoniam honor *aduocatie* ac defenſionis plerunque mutatur in *onus* offenſionis iudicio claudicante, unaqueq; libenter conſueuit eccleſia de *ſe onus hoc excutere*, ut quem *pro ſe* debuit *defenſorem* habere, contra ſe non coleret *offenſorem*, dampnis potius ſe ſubiiciens momentaneis, quam ſubiaceat ſempiternis. Hac itaque conſide atione dilecti in Chriſto nobis *Nicolaus* prepoſitus, totusque *conuentus* eccleſie ſancte *Marie in Magdeburg* premuniti a *Iohanne* filio Hinrici *pincerne de Denſtede* felicis memorie *aduocatiam* ſuper octo manſis in *Rothmersleue* ſuo pertinentibus monaſterio, quos a *nobis* tenuit idem *pincerna* in *feodo*, pro uiginti marcis totaliter abſoluerunt, nobis humiliter deprecantes,

anno 1274.

Honor aduocatiae uertitur in onus. Defenſores facti offenſores.

pincerna de Denſtede eccleſiae B. Mariae aduocatiam in Rothmersleue

anno 1274. ut huius aduocatie *proprietatem* ſue eccleſie do-
1170. naremus. Nos igitur ſtudentes incremento ſe-
refutant pro numis. pius repetite, quam beniuolo fauore proſequi-
Quod coenobio donat archiepiſc. mur & honore, prelibato *Iohanne pincerna ſeu-dum* nominate aduocatie in noſtris *manibus re-ſignante, & reſignante omni iuri*, quod compete-bat ei uel uidebatur competere in eandem *ad-*
Aduocatia adfixa 8. *manſis.* *uocatiam* ſuper *octo manſis* in *Rothmersleue*, con-ſenſu noſtri capituli, accedente pietatis intuitu, tradimus & *donamus* monaſterio ſancte Marie in Magdeb. in ius perpetuo poſſidendam, transferentes *omne ius* in ea, quod habuit *noſtra mater Magdeburgenſis eccleſia*, ad collegium memoratum.
Teſtes. Teſtes huius rei ſunt comes Hinricus iunior de *Blanckenburch*, dominus Hermannus de *Werberch*, Hinricus de *Rychowe*, Iohannes de *Ozſtrowe*, Ludolphus de *Esbeke*, milites. In cuius noſtre donationis & premiſſe exemptionis euidens teſtimonium preſentem tradimus litteram, *ſigillis*, noſtro ſcilicet & noſtri capituli roboratam.
Datum. DATVM *Magdeburg*, *anno* Domini MCC LXXIIII. VIII. ydus *Marcii*, *pontificatus* noſtri anno ſeptimo.

DIPLOMA CLXXIV.

WICHMANNVS *archiep. Magdeb.* commutationem, *eccelſiae utilem*, *facit cum coenobio B. M.* *idque conſenſu* 1) capituli 2) papae *anno* 1170.

IN *nomine ſancte & indiuidue trinitatis. WICHMANNVS Dei gratia ſancte Magdeburgenſis eccleſie archiepiſcopus.* Quandoquidem, domino annuente, curam gerimus ſancte Magdeburgenſis eccleſie pro debito officii noſtri iuſtum eſt,

nos

nos prouida ſollicitudine res eccleſiaſticas in uſum eorum, qui nobis commiſſi ſunt, fideliter diſpenſare. Proinde notum facimus omnibus Chriſti fidelibus, quod de *reditibus epiſcopalibus deliberato conſilio concambium fecimus* cum uenerabili prepoſito *Baldramo* & fratribus *eccleſie beate Marie* in Magdeburch, quemadmodum noſtre & ipſorum utilitati potiſſimum competere uidebatur. Siquidem ab eis ſuſcepimus in uilla *Wulue* & *Boderethoet* LX. manſos cum omni palude adiacente, que certis terminis deſignata eſt, & cum omnibus attinentibus, & pro eadem poſſeſſione dimiſimus eis uillam *Beberekleue* cum agris attinentibus & dimidia parte piſcoſi lacus qui eidem uille contiguus eſt, & cum omnibus que ad eandem uillam pertinere noſcuntur. In propinqua quoque uilla *Poppenthorſſtede* quatuor manſos nichilominus eis contulimus pro eccleſia auce que eſt in *Wulue*, tribus manſis dotata foreſem eccleſiam in Magdeburg in honorem beati *Iohannis euangeliſte* conſecratam & tribus nichilominus manſis dotatam memorato prepoſito & fratribus eius in concambio dedimus, eamque cum omnibus attinentibus in perpetuam poſſeſſionem eccleſie beate Marie *ſuper altare eius Dei* omnipotentis & beatorum apoſtolorum *Petri* & *Pauli*, domini quoque *pape* & noſtra *auctoritate* celebri largitione confirmauimus. Quia uero hoc conſilio & aſſenſu primatum eccleſie noſtre *rationabiliter* & iuſte facta ſunt, actionem hanc conſcribi & *ſigillo* noſtro inſigniri fecimus. Et ne qua poſtmodum *eccleſiaſtica* ſecularisue perſona factum hoc caſſare & in irritum reuocare temerario auſu preſumat, ſub *anathemate* & comminatione iudicii Dei in per-

anno 117?

De reditibus epiſcopalibus concambium.

Villa Beberekleue *deuenit ad eccleſiam S. Mariae per concambium* 60. *manſorum in* Wulue *&* Boderthoet.

it. 4. *manſi in* Poppendorfſtede.

it. eccleſia S. Ioh. euangeliſtae in Magdeb.

Sanctio.

Anno 1170. 1152. *Teſtes.* petuum prohibemus, Huius autem rei teſtes ſunt Sifridus *abbas* de *monte*, Rokerus maior *prepoſitus*, Sifridus *decanus*, Gero *uicedominus*, Otto Swenus & tota eccleſia *Magdeburgenſis*. ACTVM anno dominice incarnationis MCLXX. regnante domino *Frederico* glorioſiſſimo Romanorum imperatore & ſemper auguſto feliciter. Amen.

DIPLOMA CLXXV.

HARTWICVS *archiep.* Bremenſis, *filius* Rudolfi marchionis *Br. donat eccleſiae B. M. in* Magdeburg capellam, *iure* hereditario *ſibi delatam*, *poſt* inbeneficiatam *aliis*, *demum* refutatam *ab his* donatamque *dicto coenobio anno* 1152.

anno 1152. IN *nomine ſancte & indiuidue trinitatis.* Notum eſſe uolumus omnibus fidelibus tam futuris quam modernis, qualiter ego *HARTWICVS Dei gratia* BREMENSIS *archiepiſcopus eccleſie* *Capella S. Stephani in Magdeb. donatur eccleſiae B. Mariae ibidem.* *ſancte Marie contuli capellam ſancti Stephani protomartyris ſitam in curia patris mei*, *RVDOLFI* MARCHIONIS iuxta forenſem eccleſiam Magdeburgenſem, que iure *hereditario* in me deuenerat, & a me in *beneficio* tradita fuerat nobilibus perſonis ſibi ſuccedentibus. Predictam uero capellam Theodericus de ſancto *Odulfo* nobis ei cupientibus obtinuerat, qui propria uoluntate in hac mea donatione aſſenſum prebuit, ea conditione, ut cum ipſe *manum retraxerit*, predicta capella *domine mee*, ſancte Marie perpetualiter reſeruiat. Hoc autem ideo feci, ut *memoria mea* iugiter apud fratres illius eccleſie, ſupradicti etiam patris mei & matris mee Richarde

charde, fratris quoque mei Rodolfi. Quod ut ratum eſſet, adhibitis teſtibus *banno* noſtro roborauimus, cum interminatione, ut qui hoc uiolauerit, niſi reſipiſcat, ſit *anathema*. Teſtes huius rei fuerunt clerici dominus *Wigmannus* Madeburgenſis electus, Otto *uicedominus*, Bertoldus eccleſia prenotatus, *Teodericus* & tota conuentio fratrum de ſancta Maria. Laici, Burchardus *caſtellanus*, Hadamarus *prefectus*, Gernoth de *Burch* & alii quamplures. ACTA ſunt hec *anno* ab incarnatione Domini MC quinquageſimo ſecundo. *anno* 1152. 1309. *Teſtes.* *Actum* 1152.

DIPLOMA CLXXVI.

FRIDERICVS *epiſcop. Brandenburgenſis in coenobium B. M. in Magdeburg, in honorem S.* Norberti *transfert ius patronatus in parochiam* SCHARTOVVE *ſub reſeruatione* 1) *cenſus* 2) *iurisdictione dioeceſana* 3) *cathedratico* 4) *ſynodatico* 5) *iure ſynodali* 6) *exactionibus precariis anno* 1309.

IN *nomine ſancte & indiuidue trinitatis. FREDERICVS Dei gratia Brandeburgenſis eccleſie epiſcopus, Iohannes prepoſitus, Waltherus prior, totumque capitulum eiusdem eccleſie, uniuerſis tam preſentibus quam futuris in uero ſalutari ſalutem & ſinceram in domino karitatem.* Sicut ingratitudinis uicium fluenta gratie & fontem liberalitatis exſiccat, ſic utique gratitudinis uirtus accendit animos deuotorum in amplioris fidei & plenioris ſinceritatis affectum. Vt ergo purum fiat, quicquid circa deuotos agimus & ſincerum, ſtatum ipſorum cupimus ampliari potius, quam arctari. Poſtquam ergo ex quadam per- *anno* 1309. *Ingratitudinis uitium.* *Donatio &*

anno 1309. incorporatio eccleſiae S. Sebaſt. in Schartow ad eccleſiam B. Mariae in Magdeb. Sepultura NORBERTI in coenobio B. M. Edicta Norbertina.

mutatione ius *patronatus* eccleſie parochialis *ſancti Sebaſtiani* in uilla *Schartowe* dyoceſis *Brandenburgenſis* ad honorabilem uirum *prepoſitum*, dominum & eccleſiam ſeu monaſterium *beate Marie uirginis* in Madeburch ordinis *Premonſtratenſis* titulo *permutationis* fuiſſet translatum, conſiderantes qualiter prefata eccleſia ſancte Marie tam iugiter *quam preclare pre ceteris ſit deuota ac praefulgeat corpore* reuerendiſſimi patris NORBERTI, qui ibidem *memoriter tumba* requieſcit, attendentes quoque, quomodo noſtra eccleſia cum ſimilibus ſalutiferis gaudeat & fulcitur *edictis Norbertinis*. Cupientes nunc oportuno tempore predictam eccleſiam beate Marie aliquo ſpeciali ſalutare ad *honorem Dei* patris omnipotentis ac ad laudem alme uirginis *Marie* iam dicte eccleſie patrone, nec non ad decorem *ſereniſſimi patris Norberti* ex meritis *deliberatione* dudum prehabita, ut preſentia cedant in capacitatis memoriam, in futuro uolumus & ordinamus infra ſcriptam noſtram ordinationem ac incorporationem in perpetuum ualituram, uidelicet, quod *Plebanus* quicunque ſeu Rector eccleſie prefate in *Schartbowe*, qui pro tempore fuerit, VI. marcas argenti *Stendalgenſis*, Magdeburgenſis ponderis, & octo choros diuerſi generis annone ſupradictis prepoſito, qui pro tempore fuerit & eccleſie ſancte *Marie* ſingulis annis in perpetuum & cunctis temporibus ſeculorum de reditibus & prouentibus ipſius eccleſie analis in *Schartbowe* ad uſus prefati prepoſiti ac ipſius eccleſie perſoluet, preſentabit, donabit atque dabit ad diem ſancti *Martini* hiemalem, quas VI marcas & *octo choros* ad uſus dicte eccleſie ſancte Marie in Magdeburg *incorporamus*,

Sereniſſimus pater Norbertus.

ramus, ad quam etiam preſtationem & perſolutionem redituum predictorum ſepedictis preposito & eccleſie permittitur ſic libere, ſic pie faciendam omnem qui in dicta eccleſia parochiali *plebanus* ſeu *rector eccleſie parochialis* inuentus fuerit, aut ſe pro *plebano* uel *rectore* geſſerit uel habuerit, cuiuscunque ſtatus uel conditionis fuerit, ſingulis annis nunc & in perpetuum uolumus obligari. Si uero quoquo modo talis *rector* prefate eccleſie parochialis contra predictam noſtram ordinationem nouiter aut in ſolutione predictorum redituum *negligens* ſeu *rebellis* fuerit, aut quicquam fecerit per ſe uel per alium aliqua cauſa uel ingenio de iure uel de facto ſub pena *dupli* dicte ſumme VI. marcarum & refectione dampnorum & expenſarum litis & extra ad predicta ſciat ſe teneri & pena ſoluta uel non predicta damna & ſingula rata & firma permaneant & perdurent. Ne igitur *beneficium* ſicut premittitur, gratanter factum, fiat nobis & eccleſie Brandenburgenſi in poſterum *inutile* & *dampnoſum* in omnibus premiſſis prout narrata ſunt & narrantur, *iura epiſcopalia* eccleſie noſtre *Brandeburgenſi* ac prepoſiti eiusdem eccleſie & loci in uniuerſis & ſingulis ac in *kathedratico, ſynodatico* & *ſynodalibus* ſuo tempore dandis & preſtandis, nec obſtantibus nec preiudicantibus premiſſis, nobis retinemus ſemper ſalua. Ad hec adiicimus, quotienscunque, quandocunque & ubicunque ab epiſcopo *Brandeburgenſi*, qui pro tempore fuerit, ſeu ab ipſa eccleſia *Brandeburgenſi* contigerit fieri in ipſa *dyoceſi Brandeburgenſi* in cleros ſeu clericos *precariam* exactionem ſub ſubſidium generale uel ſpeciale, ex nunc prout ex tunc *precariam exactio-*

anno 1309.

Plebanus ſeu rector eccleſie parochialis.

Poena dupli in neglectu.

Iura epiſcopalia
1) *cathedraticum,*
2) *ſynodaticum.*
3) *ſynodalia.*

4) *precariae exactiones.*

anno 1309. *ctionem* ſeu ſubſidium, quoad eſtimationem uiginti & octo *fruſtorum* redituum nobis & eccleſie Brandeburgenſi retinemus. Hoc eſt, predicta eccleſia ſancte Marie in Magdeburg una cum prefata *parochiali eccleſia* in *Scharthowe* ſeu *rect re* eiusdem eccleſie in *Scharthowe*, qui pro tempore fuerit, nomine ipſius eccleſie parochialis pro *uiginti* & *octo* fructis in tali *precaria* exactione ſeu ſuſidio contribuere & ſoluere tenebuntur nobis & eccleſie Brandeburgenſi, que ſumma XX. & octo *fruſtorum* fuit, eſt & erit uetus & antiqua eſtimatio eccleſie in *Scharthowe* prelibate. Item eiusdem *Plebanum* ſeu *rectorem* eccleſie ad *mandata noſtra* recipienda & illa exequenda ad omnia alia & ſingula facienda, que *ſubditi* noſtri & eccleſiarum rectores ſeu *Plebani* inter dyoc. nobis & eccleſie Brandenburgenſi faciunt & obediunt, obligatum eſſe uolumus & aſtrictum. Teſtes predicte ordinationis & incorporationis ſunt honorabilis uir, dominus *Otto* de *Brena* canonicus & cellarius eccleſie Magdeburgenſis, dominus Iohannes *prepoſitus* eccleſie *Brandeburgenſis* & totum eiusdem eccleſie *capitulum*, Albertus dictus Storm, notarius noſter, & quamplures alii fide digni. Preterea proteſtamur, immo ſpecialiter nobis reſeruamus & retinemus, quod propter dictam ordinationem & incorporationem & gratie factionem noſtram, nullum *preiudicium* & incommodum de *iure* & de *facto*, quod nunc & quocunque tempore in poſterum poterit ſuſcitari, nobis & eccleſie *Brandeburgenſi* uolumus generari, ſed ſecundum noſtrum arbitrium & *placitum* in dicta eccleſia in *Scharthowe* plene nobis retinemus poteſtatem & uoluntatem; *cuncta & ſingula facere, que in parochiis* &

ad fruſtorum menſuram.

Teſtes.

de Brena.

capitulum Brandeburgenſe.

Reſeruantur iterum iura dioeceſana in Schartow.

& eccleſiis parrochialibus noſtre dyoc facimus aut *anno* 1309.
in futurum faciemus, nec non *Plebanum* ſeu 1308.
rectorem *dicte* parrochialis eccleſie, qui pro tempore fuerit, in his & in ſimilibus & aliis eccleſiis parochialibus noſtre dyoceſeos requiruntur & exiguntur per preſentes noſtras literas & preſentem noſtram proteſtationem ordinationem & conſeruationem uolumus obligari. Vt autem predicta noſtra ordinatio & incorporatio & omnia predicta, ſicut a bona uolunta- *Sanctio.*
te & liberalitate noſtra procedunt, perpetua ſtabilitate ac ſollicitudine ac futuro tempore firma & inconuulſa a cunctis *fidelibus* habeantur & obſeruentur, preſens inde priuilegium conſcribi precipimus, *noſtrarum imaginum* impreſſionibus & ſigillorum noſtrorum munimine roboratam. *Actum* & datum anno Domini Milleſimo *Actum*
trecenteſimo nono. *Pontificatus* noſtri Fred. *anno* 1309.
ante dicti epiſcopi.

DIPLOMA CLXXVII.

FRIDERICVS *epiſcopus* Brandeburgenſis, *eadem formula, qua in praecedenti, in coenobiam B. M. transfert iura* patronatus *in eccleſia* Burch *& cenſum a* plebano *praeſtandum, reſeruatis ſibi iuribus* 1) cathetradico 2) ſynodatico 3) ſynodali 4) precarii *exactionibus* 5) iurisdictione *in plebanum & parochiam anno* 1308.

IN nomine *ſancte & indiuidue Trinitatis. FREDERICVS Dei gratia* BRANDEBVRGENSIS *Eccleſie epiſcopus*, Iohannes *prepoſitus*, Waltherus *prior*, totumque *capitulum* eiusdem eccleſie, uni- *anno* 1308. *Ingratitudinis uitium.*

anno 1308. niuerſis tam preſentibus quam futuris in uero ſalutari ſalutem, & ſinceram in domino karitatem. Sicut ingratitudinis uicium fluenta gratie & fontem libertatis exſiccat, ſic utique gratitudinis uirtus accendit animos deuotorum in ampliorís fidei & plenioris ſinceritatis affectum. Vt ergo purum fiat, quicquid circa deuotos agimus & internum ſtatum ipſorum cupimus ampliari potius, quam arctari. Poſtquam ergo ex quadam *permutatione* ius PATRONATVS eccleſie parochialis *ſancte Marie* in ciuitae BVRCH & ipſius appendicie eccleſie ſancti *Nicolai* dyoc. Brandeburgenſis ad honorabilem uirum dominum prepoſitum & eccleſiam ſeu monaſterium beate *Marie* uirginis in *Magdeburch* ordinis *premonſtratenſis* titulo permutationis fuiſſet translatum, conſiderantes qualiter prefata eccleſia ſancte Marie tam iugiter quam preclare pre ceteris ſit dotata ac preſulgeat corpore reuerendiſſimi patris *Norberti*, qui ibidem memoriter tumba requieſcit, attendentesque, quomodo noſtra eccleſia cum ſimilibus ſalutiferis gaudet & fulcitur *edictis Norbertinis*, cupientes nunc oportuno tempore predictam eccleſiam *beate Marie* aliquo *ſpeciali* ſalutare ad Dei patris omnipotentis ac ad laudem alme *uirginis Marie*, iam dicte eccleſie patrone, nec non ad decorem *ſereniſſimi patris Norberti* ex multa deliberatione dudum prehabita in capacitatis memcoriam in futuro uolumus & ordinamus infra ſcriptam noſtram ordinationem ac incorporationem in perpetuum ualituram; uidelicet, quod *Plebanus* quicunque ſeu rector eccleſie prefate in *Burch*, qui pro tempore fuerit *XL. marcas* argenti *Stendallienſis* Magdeburgenſis ponderis ſupradictis pre-

Ius patronatus eccleſiae B. Mariae, it S. Nicolai in Burg transfertur ad eccleſiamB. Mariae, in Magdeb.

In honorem reliquiarum Norberti. & Norbertinorum edictorum.

Plebanus ſoluat B.M. coenobio ex parochia Burch *cenſum.*

prepoſito, qui pro tempore fuerit & eccleſie ſancte *Marie* ſingulis annis in perpetuum & cunctis temporibus ſeculorum de reditibus & prouentibus ipſius eccleſie parochialis in *Burch*, ad uſus prefati prepoſiti ac ipſius eccleſie perſoluet, *preſentabit*, *donabit* atque *dabit* ad diem beati Martini hyemalis, quas marcas XL. ad *uſus dicte eccleſie in Magdeburch* ſancte Marie incorporamus. Ad quam etiam preſtationem & perſolutionem redituum XL. marcarum predictarum ſepedictis prepoſito & eccleſie permittitur, ut libere, ſic pie faciendam omnem, que in dicta eccleſia parrochiali *Plebanus* ſeu rector eccleſie parrochialis inuentus fuerit, aut ſe pro *Plebano* uel rectore geſſerit ſeu habuerit, cuiuscunque ſtatus uel conditionis fuerit, ſingulis annis nunc & in perpetuum uolumus obligari. Si uero quocunque modo talis *rector* prefate eccleſie *parrochialis* contra predictam noſtram ordinationem & incorporationem uenerit, aut in ſolutione predictarum marcarum negligens ſeu rebellis fuerit, aut quicquam fecerit per ſe uel per alium aliqua cauſa uel ingenio, de iure uel de facto ſub pena *dupli dicte* ſumme pecunie & refectone dampnorum & expenſarum litis & extra ad predicta ſciat ſe teneri & pena ſoluta uel non, predicta omnia & ſingula rata & firma permaneant & perdurent. Ne igitur beneficium ſicut premittitur, gratanter factum, fiat nobis & eccleſie *Brandenburgenſ* inpoſterum inutile & dampnoſum, in omnibus premiſſis, prout narrata ſunt, & narrantur, iura epiſcopalia eccleſie noſtre Brandeburgenſis ac prepoſiti eiuſdem eccleſie & loci in uniuerſis & ſingulis, & in *kathedratico*, *ſynodatico* & *ſyno-*

anno 1308.

Sub poena dupli, ni rite ſoluerit.

Reſeruantur epiſcopo Brandenburgenſi *iura*

1) *cathedratica*

anno 1308. *ſynodalibus* ſuo tempore dandis & preſtandis,
2) *ſynodatica* non obſtantibus nec preiudicantibus premiſſis,
nobis retinemus ſemper ſalua. Ad hec addicimus
3) *ſynodalia* quotienscunque quandocunque & ubicunque ab
epiſcopo Brandeburgenſi, qui pro tempore fuerit ſeu ab ipſa eccleſia Brandeburgenſi contigit
fieri in ipſa dyoceſi Brandeburgenſi in cleros
ſeu clericos *precariam* exactionem ſeu ſubſidium generale uel ſpeciale ex nunc prout ex
4) *precariae exactiones* tunc *precariam exactionem* ſeu ſubſidium quoad
eſtimationem C. fruſtorum redituum nobis &
eccleſie Brandeburgenſi retinemus. Hoc eſt,
predicta eccleſia ſancte Marie in Magdeburg,
una cum prefata parrochiali eccleſia & ſua ap-
ſecundum fruſtorum cenſus. pendicia in *Burch* ſeu rectore eiusdem eccleſie
in *Burch* qui pro tempore fuerit, nomine ipſius eccleſie parrochialis pro C. *fruſtis* in tali
precaria exactione ſeu ſubſidio contribuere &
ſoluere tenebuntur, nobis & eccleſie Brandeburgenſi, que ſumma C. fruſtorum fuit eſt &
erit *uetus & antiqua eſtimatio eccleſie in Burch*
5) *iurisdictio in plebanum.* prelibate, item eundem *Plebanum* ſeu rectorem eccleſie ad mandata noſtra recipienda &
illa exequenda, & ad omnia alia & ſingula facienda, que ſubditi noſtri & eccleſiarum *rectores* ſeu *Plebani* noſtre dyoceſeos nobis & eccleſie Brandeburgenſi faciunt & obediunt, uo-
Teſtes. lumus eſſe aſtrictum & obligatum. *Teſtes* predicte ordinationis & incorporationis ſunt honorabilis uir dominus *Otto* de *Brena*, canonicus & *cellarius* eccleſie Brandenburgenſis, dominus Iohannes, *prepoſitus* eccleſie Brandenburgenſis, Iohannes de *Milaw* canonicus regularis eiusdem eccleſie, frater Heinricus dictus de *Apelt*, ſanctorum fratrum minorum in

Magde-

Magdeburch. Albertus dictus *Storm*, notarius noſter, & alii quamplures fide digni. Preterea proteſtamur, imo ſpecialiter nobis reſeruamus & retinemus, quod propter dictam ordinationem incorporationem & gratie factionem noſtram nullum *preiudicium* & *incommodum* de iure & de facto, quod nunc & quocunque tempore in poſterum poterit ſuſcitari, nobis & eccleſie Brandeburgenſi uolumus grauari, ſed ſecundum noſtrum arbitrium & placitum in dicta eccleſia parrochiali in Burch plene nobis retinemus poteſtatem & uoluntatem ponendi & inſtituendi capitula noſtra & cuncta & ſingula facere que in parrochiis & eccleſiis parrochialibus noſtre dyoceſeos facimus aut in futurum faciemus. Nec non *Plebanum* ſeu *rectorem* dicte parrochialis eccleſie, qui pro tempore fuerit in hys que in ſimilibus & aliis eccleſiis parrochialibus noſtre dyoc. requiruntur & exiguntur, per preſentes noſtras literas & preſentem noſtram ordinationem proteſtationem & conſeruationem uolumus obligari. Vt autem predicta noſtra ordinatio & incorporatio & omnia predicta, ſicut a bona uoluntate & liberalitate noſtra procedunt, perpetua ſtabilitate ac ſollicitudine ac futuro tempore firma & inconuulſa a cunctis fidelibus habeantur & obſeruentur, preſens inde priuilegium conſcribi precipimus noſtrarum ymaginum impreſſionibus ac ſigillorum noſtrorum munimine roboratum. *Actum* & datum *Brandenburch Anno* Domini MCCC octauo, duodecimo Kal. *Marcii*, Pontificatus noſtri Frederici antedicti epiſcopi anno *quinto*.

anno 1308. *Repetita iurium reſeruatio.*

Actum anno 1308.

DIPLOMA CLXXVIII.

HENRICVS *Magdeburgenſis archiep. commutat*

anno 1307. *mutat ius* patronatus *in* Burch *&* Schartowe *cum iure patronatus in* Bricſyn *in gratiam coenobii B. M. cum capituli conſenſu anno* 1307.

anno 1307. **I***N nomine Domini, Amen.* *HINRICVS Dei gratia ſancte* Magdeburgenſis *eccleſie archiepiſcopus omnibus in perpetuum.* Paſtoralis officii cura nos ammonet, ut ſtatus omnium eccleſiarum noſtre dyoceſeos, tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus per nos, prout Deo ſumus rationem reddituri, feliciter gubernetur. Hinc eſt, quod nos pro *cultu* diuini nominis *augmentando*, & uolentes noſtre eccleſie meliora proſpicere, *de conſenſu totius noſtri capituli*, unanimi & expreſſo fecimus *permutationem* cum uiris religioſis, prepoſito, totoque conuentu monaſterii *ſancte Marie* noſtre ciuitatis Magdeburch, iurium *patronatus* eccleſiarum in *Burch* & *Schartho̊we*, que iura patronatus ipſe eccleſie ad noſtram eccleſiam iamdudum pertinuerunt, pro *iure patronatus* eccleſie in *Bricſin*, que eccleſia tunc pertinuit ad monaſterium memoratum. Tranſtulimus etiam dictas eccleſias *Burch* & *Schartho̊we* uacantes tempore translationis huiusmodi cum dotibus earundem ac omnibus aliis fructibus redditibus & prouentibus ad easdem eccleſias pertinentibus in dictum *monaſterium ſancte Marie*, a prepoſito & conuentu predictis in ius proprium *proprietatis* ſeu donationis tytulo perpetuo poſſidendas, & *redditus*, fructus ſeu prouentus earundem eccleſiarum dicto monaſterio tradidimus & incorporauimus in uſus proprios, prout prepoſito & conuentui predictis expedire uidebitur, conuertendos. Pro quibus redditibus fru-

Ius patronatus eccleſiarum in Burg &, Schartovv per concambium ad eccleſiam B. Mariae in Magdeb. deuolutum.

fructibus & prouentibus, ſeu rebus *temporalibus* dictarum eccleſiarum prepoſitus & conuentus predicti, molendinum in *Bricſyn*, & predium adiacens cum agris, paſcuis, ſiluis, aquis, piſcationibus ad ea pertinentibus, talibus iuribus, quibus ea iamdudum poſſediſſe noſcuntur, quibus bonis ius patronatus eiusdem eccleſie in *Bricſyn* eſt annexum, in *recompenſam* nobis noſtreque eccleſie donauerunt, & in noſtram eccleſiam *proprietatis* tytulo tranſtulerunt. Ad donationem uero ac translationem predictas, rite & rationabiliter perpetuo obſeruandas, nos noſtrumque ſucceſſorem de *conſenſu noſtri capituli* preſentibus obligamus, & ad perpetuam rei memoriam preſentes litteras nos HINRICVS *archiepiſcopus*, noſtro, nos quoque Bernardus *prepoſitus*, Godefridus *decanus*, totumque eiusdem eccleſie capitulum, noſtro, *ſigillis* fecimus communiri. Teſtes autem huius rei ſunt religioſi uiri, Petrus *abbas*, Iohannes *prior*, Arnoldus *burſarius*, Albertus *cellerarius*, Fratres de *Ceima*, ſancte Marie ordinis Cyſterttienſis, dyoceſis Brandenburgenſis, item layci Conradus *longus*, Conradus Hiddonis, Woltherus de *Slonſtede*, Heynemannus *Ammpſilber* & Wernerus frater ſuus, ciues in *Magdeburch*, ac uniuerſitas *ſcabinorum* & *conſulum* dicte ciuitatis cum multis aliis fide dignis. Actum anno Domini Milleſimo trecenteſimo ſeptimo.

anno 1307. *Ius patronatus certis praediis adnexum.* *Conſenſus capituli.* *Teſtes.* *Actum. anno* 1307.

DIPLOMA CLXXIX.

BVRCHARDVS *archiep. Magdeb. largitur coenobio B. M. ius patronatus in* 1) Eſterhauſen 2) Borne 3) Chrade *cum omnibus commodis, iuribus & cenſibus, patrono a parochia debitis.* *In*

Eccleſia B. M. in Magdeburg

IN *nomine Domini*, *Amen.* BORCHARDVS *Dei gratia ſancte* MAGDEBVRGENSIS *eccleſie archiepiſcopus*, honorabili uiro, *prepoſito* totique conuentui eccleſie *ſancte Marie* in Magdeburch, *ſalutem & ſinceram in domino karitatem.* In hys que diuini cultus augmentum reſpiciunt, tanto nos congruit ſollicitius intendere, quanto amplius cura & ſollicitudo huiusmodi pontificali officio firmiter ſunt annexa. Cum itaque eccleſia ueſtra, que a cunctis retroactis temporibus eccleſie *Magdeburgenſi* ſe in omnibus deuotam exhibere conſueuit, facultatibus, temporis faciente malicia, non mediocriter ſit *collapſa*, ne *temporalibus* deſtituta ſufficientiis, in executione ſpiritualium ſe inueniat impeditam, ipſam paterne conſolationis remedio duximus adiuuandam. Ea propter iura *patronatus* eccleſiarum *Eſtrehuſen*, *Borna* & *Chrade*, cum filiabus ſuis ipſis annexis, que ad nos ſpectare dinoſcuntur, uobis & eccleſie ueſtre, communi & *unanimi capituli noſtri* accedente conſenſu, auctoritate preſentium liberaliter concedimus & donamus, ita quod uos, uel prepoſiti eccleſie ueſtre, qui pro tempore fuerint, ad prefatas eccleſias, cum eas uacare contigerit, *canonicos* ueſtri ordinis, aut etiam *ſeculares clericos*, prout nobis ueſtrisque uiſum fuerit archidyaconis locorum eorundem *noſtre eccleſie* ualeat preſentare. Et quod *fructus*, *redditus* & prouentus earundem eccleſiarum in ueſtram & utilitatem ueſtre eccleſie totaliter conuertantur. Clericis tamen eisdem eccleſiae parentibus nobis noſtraeque eccleſiae.

lapſa reditibus

inſtauratur ab archiep. M. iure patronatus in eccleſias
1) Eſterhuſen
2) Borna
3) Chrade.

Cum cenſu patronis debito.

Finis codicis Viennenſis.

Index

TOMI SECVNDI
INDEX NOMINVM LOCORVM FAMILIARVMQVE.

A.

Achſpachenſis epiſcop. N. 240
Adelbertus marchio Miſnenſis 191
Adelbertus primus Pomeraniae epiſcopus 260
Adelsheim uilla, 242
de *Agge* Theodoricus, 256
Alani populi, 9
Albarenſis epiſc. Ioannes 211
Albertus marchio, aduocatus coenobii B. V. 36
Albia antiqua & noua, 343
Aldenburg caſtrum 201
de *Aldenburg* Albertus, 199
Gerhard & Sifridus, 201
de *Aldendorp* Ticus, 403
Alemanni populi, 9
de *Alisleue* Henricus dapifer, 232
de *Allesleue* Alexander, 343
Alſatiae landgrau. Vlricus, 177. 279
Alzheim 119
Ambiani populus, 9
Ameken uilla, 358
Amensleuienſis abbas Luitbertus, 342
de *Anhalt* comes Sifridus, 459
Antrabitae populus, 9
Aquileienſis patriarcha, Berchtoldus 221
Argentinenſis ep. Burchardus, 191
Conradus 240
de *Arneſtein* Albertus, 232
Walterus, 430
Aſcaniae comes Henricus, 221
de *Aſt* Ludou. praepoſitus maioris eccl. Wormat. dein epiſc. 161
Auguſta Vindel. 182

B.

Babenbergenſis epiſc. Egilbertus, 217. 401
de *Baden* marchio Hermann. 217
Heſſo 240
Balderamus praepoſitus B. Mar. Magd. 339. 348
Baſileenſis epiſc. Burchardus, 178
Bataui populus Germ. 4
Bathſen Theodoricus, 238
Belegarde caſtrum Pomeran. 261
Bellarenſis epiſc. Octauianus 211
Bensheim ciuitas, 153
Berbetomachum, *ciuitas Vangionum*, 6
de *Berka* Dietericus, 192
Biarici ciuitas Slauica, 396
Bierſtaſt uilla prope Wormatiam, 36
Bingen, 119. 127
de *Biſenburg*, com. Hoyerus, 384
Biſtichow mare ſiue lacus Pomer. 261
Bizich, 215
de *Blanckenburg*, Sifridus, 232
Henricus. 466
Bobardia urbs 126. 127
de *Bobenberg* Emicho epiſc. Wormat. 142
de *Boland* Werner, 195. 196
Bode fl. 338. 374
Bodenthorp. 358
Bodicenſe monaſterium. 158

Boguslaus D.Pomer. 286
de *Boogsberg* Crato. 222
Bopardia 68
Bouttardt caſtrum 242
Brandenburg.epiſc. Volmarus, 342
Wickerus, 191
Wigerus, 401
de *Braunneck* Godf. 241
Bremenſis archiepiſc. Hartvvigus, 191
de *Bren* Reinhard, 238
de *Brena* Otto, 472
de *Bretheim* Elhimo, 242
Brixia, 221
Brouz, uilla, 213
de *Bruneck* Andreas & Gotfr. 277
magiſtri aulae 279-281
de *Brunſuig* dux Albertus, 248
de *Bruneſwich* Ioannes, 464
de *Buckuwiz*, uilla, 200
de *Buckwiz*, Tielemannus, miles. 245
Buchen minor, uilla, 234
de *Buch* Henningus, capitaneus marchiae Brandenb. 294
de *Bullerem* Henricus 321
de *Bulby*, Euerhardus, 259
Bumidi eccleſia, 189
de *Brunowe* Gunther, miles, 237
de *Burch* Gernoth 469
Burchardus comes urbanus Magdeb. 349
Burg ciuitas Slauica, 396
Burgundiones, populus 9
de *Bunicken* Cuno epiſc. Wormat. 129

C.

de *Caloen* com. Godfrid. 181
de *Calue* Hugoldus 403
Camin caſtrum Pomer. 261
Carinthiae dux B. 217
Bernardus. 221
Caſeedre uilla. 342
de *Caſtele* comes Henricus 243
Hermannus, 277. 282
de *Caſtronouo* burggrauii, Henricus & Hermannus 245
de *Catzenellenbogen* comes Eberhard, 402
S.Ceciliae presbyter card, Petrus, 211
Chorun Henricus ſenior, 215
Cieruiſti, prouincia Slauiae, 396
de *Cigno* Henricus, 259
Cizenſis epiſc. Wichmannus, 191
de *Claramonte* Ioannes 281
de *Clingenberg* com. pincerna. 212
Cluebuc uilla, 362
de *Coldiz* Thimmo, 201
Colonienſis electus Conradus, 211
de *Colſoube* Henrieus, 199
Coluberg uel Colberg caſtrum Pomer. 261
de *Columna*, Iacobus, dictus Serre 207. 281
Confluentia, 43. *Conradus* epiſc. 32 Wormat- 130
Corbienſis abbas, Wibgoldus, 186
de *Cracow* uilla. 381
de *Cracouia* Matthaeus, epiſc. Wormat. 151
de *Cranicuelde* Volradus epiſc. Halberſtad. 232
de *Crautheim* Wanvvredus, 217
de *Creilsheim*, 228
pe *Cremowe* Theodoricus, 265
de *Cronenberg* Eberbinus epiſc. Wormat. 142
Henricus, 232
de *Cuiſſowe*, Gunzelinus, 215
de *Crutheim*, Cunradus, 228
de *Cunigelsburge*, Henricus 486
Cuno I. epiſc. xxx. Wormat. 229

Cu-

Cuno II. epiſc. XLII. Wormat. 144
Cunradus I. epiſc. XXIV. Worm. 101
Cunradus II. epiſc. XXV. Worm. 101
Cunradus marchio Miſniae, 191
Curthefurt, Henricus, miles, 238
Cyce, Zeiz, 236
de *Cyre* Henricus, 369
S. Cyriaci eccleſia, in Nuhuſen conſecrata, 166

D.

de *Dalburg*, Guda Kemeren, prioriſſa monaſt. Hochheim. 139
Ioannes epiſc. Wormat. 169
de *Dalwersleue*, Echtericus, 358
Damfobreshuſen uilla. 234
Delicz, 418
Della uilla, 522
de *Dernowe*, Werner 259
de *Ders* Eckardus, epiſc. Worm. 148
Dalwarekesleue uilla, 358
Ditmarus epiſc. XXII. Worm. 77
Dieſesphorth, locus, 237
Diza, matrona Wormatienſis. 87
Dobergaſt, 197
de *Domneck* Frider. ep. Wormat. 153
Dorindorph uilla, 538
de *Dormſtein* Henricus prior Kirsgartenſis 158
Dormſtein caſtellum epiſcopi Wormat. 155
Droſetowe uilla, 200
de *Droſchlbiz* Albert. Henr. & Barthol. 264
de *Duisburg* Joannes, 259
de *Dune* uel *Duren* Henricus epiſc. Wormat. 144
de *Durcken* Conrad epiſc. Wormat. 130
Duzic, uilla, 200
Dymerſtein, 116

E.

de *Ebenheim*, Conradus 224
Eberbinus epiſc. Worm. 39
Ebernbergenſis eccleſia, 102
142
de *Eberſtein* Otto 241
Eeſchen Hermann, 224
de *Egowe* Otto, 365
de *Eisleue* Thims 450
Einwick uicus, 257
de *Einwick* Ioannes, 255
Eiſtetenſis epiſc. Renuardus, 92
de *Eizeldorf*, H. et Th. milites, 236
Ekkardus epiſc. 47. Worma 148
de *Elten* Gerhardus, 166
Emericus epiſc. 40. Wormat. 143
Eptenſtein caſtrum, 125
de *Erpach* pincerna, epiſc. Wormat. 144
Erxleue uilla, 354
Eruelwald, 255
de *Esbeke* Ludolf, 466
Ludouicus, 232
Euermodus praepoſitus S. M. Magdeb. 309
de *Eyſolfried* Heinricus, marſcalcus, 294

F.

de *Falkenſtein* Burchardus comes 343
Felwicus epiſc. VI. Wormat. 31
de *Flursheim* Eliſabetha, prioriſſa coeli coronae, 138
Frankeneuord 182
de *Fleckſtein* Ioannes epiſc. Wormat. 152
Franco epiſc. XV. Wormat. 43
de *Friſchenheim* Erlandis, prioriſſa coeli-coronae, 138
de *Freiſingen*, Henric[illegible] magiſter, 277. 281

Friedburg. 126
Frield oppidum. 126
Frendorf, uilla. 234
Fuldenſis abbas Henricus. 184
Marquardus. 191

G.

de *GArdeleue* nobiles fratres. 358
de *Gardesleue* Henricus. 248
Gatterſtede uilla. 347
de *Gebexſtede.* 192
Geirſtadt. uilla. 234
Gelshuſen. 126
de *Gemmingen* Margaretha, prioriſ-ſa monaſt. Hochheim. 138
Gerhardus hirſutus epiſc. 36. Wormat. 141
Gerbirga abbatiſſa Quedlinb. 344
Gerlacus ep. 43. Wormat. 144
de *Geisleue* Hoyvolfus. 358
de *Gerslow* Wichardus. 379
Gertrudis uxor Conradi III. 185
Geſipedes, populus. 9
de *Giuekenſtein* Ehrenfridus. 232
de *Glichen* comes uicarius Moguntini. 167
de *Gline* Henricus 269
de *Gnottsſtadt* Otto, miles. 224
de *Godemburg* Wernerus. 232
de *Gorgoche* abbas. 205
de *Goslaria* Arnold. 463
Grabo ciuitas Slauica. 396
de *Grifenhagen* Radboto. 199
de *Groiz* Sibodo camerarius. 201
de *Groitſch* Frider. miniſterialis Friderici I. imp. 200
Grozſuma, prouincia Pomer. 261
de *Grunbach* Marquard. 196
de *Gunello*, Guillermus. 320
Gunto epiſc. ix. Wormat. 33
de [illegible], Ludolfus. 215

H.

